¶ Hic dat formā medicinaꝝ. s. ꝙ sint pillule. s. late vt lupini tenende sub lingua vt ibi ꝯseruate paulatim dissoluanť: ⁊ sint electuaria dicta looch a lambēdo paulatim enim ptranseunt ⁊ vadit aliqua pars ad pulmonē p cānā ꝓprie cū dormit supinus: q₂ tunc melius obuiat pti cāne que tāgit mery: ⁊ q₂ tardius ⁊ morosius īcedit. Un̄ sicut aqua qn̄qꝫ adheret parietibus cursim eūdo p illos ita elābendo aliquid de huiusmodi medicinis vadit per cānam. Auenzoar tn̄ pmo libro teisir trac. 11. ca. 2. imaginať ꝙ fiat per modum trapellatiōis sicut trapellat aqua a vasis recētibus qn̄ impleť aqua. ⁊ si quis considerat intentio Auenzoar ibi redit ad intētionē nostraꝫ. Et humectet. i. alteret. ⁊ dixit humectet: q₂ oīs medicia q̄ hoc mō īprimit siue sit exiccatiua siue humectatiua aut alia venit cū hoc mō humectatiōis ⁊ eliquatiōis in suba medicine. Lacertos. ⁊ p. i. cānam. vel per lacertos ītellige ptes alias sub canna: ⁊ si non sint vere lacerti: vel ītellige lacertos epigloti.

¶ Et propinqor modus declinatiōis superfluitatū pulmonis est latus qđ mery seqtur: quapropter iuuať vomitu plurimū cū non est ibi quod prohibeat.

¶ Considerandum ꝙ sicut propinquior via perueniendi medicine ad pulmonē est p cānam eius cū cōicat mery: ⁊ longior via est per venas epatis cū medicine vadūt ad stomachum: ⁊ ab eo ad epar ⁊ ab epate ad cor ⁊ ad partes adiacētes: ita ēt ꝓpinquior eductiōis materierū est per latus qđ sequiť mery. s. per cānā: ⁊ hoc fit cuꝫ tussi: ⁊ hoc tacuit Aui. q₂ notū est. Sed q₂ minus videbať de vomitu: iō dixit iuuať vomitu cū nō est ibi qđ ꝓhibeat. v. g. ruptura vene.
¶ Considerandum ꝙ impetu vomitus materie q̄ stant circa cannā pulmonis possunt agitari ⁊ eliquari vt fluant versus os simul cum materys que vomunť: ⁊ ideo ꝯfert vomitus in tussi puerorū: vt Aui.

vt Aui.tertia primi.ca.de egritudinibus infantium:q2 eoꝝ materie sunt facilis mobiles ꝛc.

¶ De materijs siccis aliter sitis in pulmone ꝛ iudicijs earuz in curatione. Cap.5m.

Materie que continenẗ in pulmone qn̄q3 sunt ex genere sanguis:ꝛ qn̄q3 sunt ex genere humiditatis:ꝛ qn̄q3 sunt ex genere saniei ꝛ sunt mãe calide ꝛ subtiles. Et mãs qdem siccas in pulmone qn̄q3 est difficile spuere:quare nõ adheret ei ventositas expellens eas cũ tussi:imo rumpiẗ humiditas sup ventositatẽ:q̄re aduenit ei ventositas nõ eradicans. S3 ad vehementiã multitudinis eius cuz sunt humores pectoris grossi nõ ꝑuenias ad vltimũ in exiccãdo:imo sis occupatus cũ lenificatiõe ꝛ incisione cũ resol'one materiei. Et sit itentio maior duaꝝ rerũ tibi incisio aut sit studiuz cũ incisione plus q̄3 sit cũ resolutione:ꝛ administra in oibus illis medicinis aquã mellis.est eniz faciẽs eas penetrare ꝛ lenificat ꝛ abstergit.

¶ Hic ponit cañ.generales:tñ sunt minus gñales q̄3 ꝓmissi: q2 isti cañ.sunt determinati ad mãs siccas.i.grossas difficilis motus. Un̄ rubrica dicit.de materijs siccis.i.grossis dnris ꝛ difficilis motus:ꝛ iudicijs.q2 dabiẗ sup eas iudiciũ hoc ꝙ difficile expuũtur ꝛ dabiẗ modus. Primo ergo enumerat diuersas mãs aggregabiles in pulmone. Scd̄o dat iudiciũ in materijs siccis.ibi(Et mãs.) Tertio ponit cañ.curatiõis.ibi(S3 ad vehementiã.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ in hoc enumerat oẽs modos possibiles iueniri in pulmõe:q2 mãe pectoris ꝛ pulmonis diuersificanẗ:vel ex ꝑte geneꝝ humoꝝ:q2 quedam sunt sanguinee:quedã flegmatice:quedã mel'ice:ꝛ q̄dam chol'ice.ꝛ has ꝓ enumerat cũ dicit.ex genere sanguis ꝛ humiditatꝭ.i.flegmatꝭ ꝛ ille plus repiunẗin pulmõe:ꝛ iõ eas exp̄ssit dãs itelligẽ de mel'ia ꝛ chol'a. Uel diuersificanẗ ex ꝑte mãe corruptiõis:q2 quedã sunt saniate ꝛ q̄dã nõ:ꝛ tetigit eas cũ dixit.ex genere saniei. Uel diuersificanẗ ex ꝑte qualitatis:q2 q̄dã sunt calide q̄dã fride.ꝛ tetigit eas cũ dixit.ꝛ sunt mãe calide. Diuersificanẗ ẽt ex ꝑte subẽ:q2 quedã sũt grosse quedã subtiles:ꝛ itellexit hoc cũ dixit:ꝛ subtiles. Et mãs.q.dã dicũt ꝙ d3 dicere.ꝛ nãs qdẽ siccas.i.mãs subtiles aquosas que nõ p̄nt ab aere colligi nisi diuidanẗ ꝛ erũpanẗ:vt Gal'.i libro de accidẽti.5.ca.4. Aliter exponit Dynus. Alij imaginanẗ quoddã pol'e lõginquũ ꝙ mãe sũt sicce puluerizabiles:vñ nõ p̄nt colligi ab aere s3 ad vehemẽtiã. ¶ S3 ꝯsiderãdũ ꝙ medicie exiccatiue fortes vt suffumigatio sulphuris cũ auripigmẽto qñq3 ꝓcedunẗ in passionibus pulmonis. Uult ergo Auicẽ.ꝙ in vsu medicinaꝝ ꝛ alioꝝ fortis exiccatiõis nõ sis ausus in mã multa ꝛ grossa:q2 talia resoluendo subtilia magis igrossant. Et ꝑꝑ hanc cãm vt infra diceẗ ꝓhibẽtur diuretica fortia quãdoq3 in passionibus pulmonis. Intende ergo mollificationi materiei ꝛ eius diuisioni ẜm ꝙ docet ẜm ꝙ est grossa vel viscosa. Et si resoluis sit minor intentio vt non fiat iduratio. Et admistra in oibus illis medicinis aquam mellis:q2 facit penetrare dulcedine ꝛ lauat ꝛ abstergit.

¶ De medicinis pectoris singularibus ꝛ cõpositis ꝛ de forma administrationis eaꝝ. Cap.6m.

Medicine pectoris sunt medicine que mundificant pectus ꝛ sunt ẜm ordines. Ordo primus est sicut farina fabaꝝ ꝛ aque mellis ꝛ semen lini assum ꝛ amigdale ꝛ vinũ dulce. Nã ipm vehementer aperit oppilationẽ pulmõis sicut ipm vehemẽter generat oppilationẽ epatis queadmoduz scies in cap'o epatis. Et ex frigidis semẽ cucumeris ꝛ batheche ꝛ cucurbite. Butyri v̄o cum solum administratur maturatio est plus q̄3 eius mundificatio. Si aũt deglutiatur cum melle ꝛ amigdalis amaris est eius maturatio minor ꝛ mũdificatio ei⁹ maior. Et forti⁹ illo ẽ glutinũ albotin ꝛ amigdale amare ꝛ oxymel sq̄lliticũ ꝛ fenugrecũ ꝛ olybanũ ꝛ dactyli heirõ h̄nt fortitudinẽ i hac itẽtiõe. Et fortiora illis sũt cyminũ ꝛ pip ꝛ herb⁹ ꝛ radix lilij ꝛ radix opoponaci ꝛ castoreuz cũ melle ꝛ sq̄lla assata cõtrita ꝛ cõfecta cum melle ꝛ cẽtaurea maior ꝛ aristolochia rotũda ꝛ nigella ꝛ v̄mis q est sub vrceis cũ desiccatur sup testaz super prunas aut in furno donec albescat ꝛ cõmisceatur cuz melle. Et similiter enula quando ponitur in medicinis ꝛ aqua eius est vehementis iuuamẽti. Et alreumed est ex summa eoꝝ que faciunt facile sputum. Et siseleos est valde iuuatiuuz ꝛ proprie crudum:ꝛ post ipsum illud quod non est elixatum nisi elixatura vna. Et crocus confortat instrumenta anhelitus ꝛ facile efficit sputum valde. Et medicine qdem iste sunt conuenientes ebibite ꝛ sunt ꝯuenientes vt emplastrum superposite.

¶ Hic ponit medicias singulares. Scd̄o cõpositas.ibi(Ex medicinis.) Tertio addit cañ.ibi(Et scias.) Pria in tres. Prio ꝓmittendo ꝙ iste medicie sunt ẜm ordinẽ ꝓ ponit p̄m ordinẽ. Scd̄o 2m.ibi (Et forti⁹ illo.) Tertio 3m.ibi(Et fortiora.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ oẽs ille medicie sũt mũdificatiue ꝑtiũ pulmõis ꝛ pectoris:ꝛ ille sunt in ꝓ gradu q̄ sunt in hoc leuiores:sed in scd̄o sunt fortiores in hoc:ꝛ in tertio sunt adhuc potẽtiores vt scias eis gradatim vti cũ expedit. Semẽ lini assuz.q2 remoueẗ ex h sua iflãmatio. In ca.epatꝭ.i. fen.14.trac.ꝓ.ca.de causis nociuis epatꝭ.ibi ꝗ legaẗ.ꝛ a Gal'.3° regiminis acutoꝝ 2° cõmẽto. Batheca est melon. Glutinũ albotin.i. terbẽtina. Dactyli heriõ.i.maturi vel illius speciei. Alreumed nec reumes alicubi iuenio. Siseleos qñq3 est siler mõtanus:ꝛ qñq3 est radix aniuden vt fen.14..de cura hydropisis in fine.ꝛ Rasis in suo antidotario ca.de medicinis ad caput.

¶ Ex medicinis autem compositis sunt pillule Platonis ꝛ sunt pillule de storace ꝛ syrupus de hyssopo cuz descriptionibus diuersis ꝛ medicamen Andromachi ꝛ medicamen Asclepiadis ꝛ medicamen Galeni ꝛ syrupi de papauere cum descriptionibus ꝛ medicamen mammius ꝛ medicamen anacardi cum myrabol'. Et ex eis que faciunt spuere humores grossos ꝛ saniem est medicamen quod. ℞.serapini ꝛ myrre amborum añ.auẗ.j.cordumeni aur.ij opij ꝛ castorei amborũ añ. auẗ.j.conficiantur cum vino dulci:cuius potio est medietas aur. Et ex eis que expta sunt est medicamẽ qd̄ ℞.olibani.iiij.myrre.ij.cum tribus vnc.rob.coquantur cuz melle ꝛ deglutianẗ:aut succus caulis cũ equali pondere mellis aut decoctio eius: decoquãtur ambo donec coagulenẗ ꝛ sit ignis carbonum. Et ẽt myrrha ꝛ piper ꝛ semen vrtice ꝛ serapinũ ꝛ synapis sumantur ꝛ fiant ex eis pillule:ꝛ detur in potu ex eis mane ꝛ vespere apud somnuz. Et etiã synapis.ʒ.j.baurach.ix. kirat:succi cucumeris asinini kirat.j.ꝛ.s.ꝛ sunt potio vna educens superfluitates plurimas ꝛ mundificat sine lesione. Et ex medicinis fortibus est vt sumantur nasturtiũ ꝛ synapis ꝛ semen vrtice ꝛ succus cucumeris asinini ꝛ anisum coniungatur totum illud cum melle ꝛ conficiantur cũ eo. Et ex cõmistis declinãtibus ad caliditatẽ est vt sumantur fenugreci vnc.j.semis lini vnc. j.ꝛ.s.herbi vnc.j.eius quod est inter grana cotti vnc. s.succi liquiritie vnc.ij.inuoluantur omnia oleo amigdalino ꝛ coniungãtur cum melle. Et iterũ sebesten ꝛ fic⁹ albe ꝛ passe enucleate ꝛ radix lilij ꝛ capillus vene. decoquantur in aqua vehemẽter ꝛ detur ex ea ad potandum.ꝛ si in hac aqua decoquantur polypodium ꝛ turbith erit iuuatiuum valde.

¶ Primo ponit nomina:ꝛ tu recurre ad antidotariũ:tamẽ multas medicinas cõpositas Aui.nominat quas in quinto nõ iuenies saltẽ sub illo nomine. Scd̄o quarũdam ponit descriptiones .ibi(Et ex eis.) Et hec pars h3 octo sicut octo medicinaꝝ ponit cõpl'ones.

¶ Considerandū ꝙ in multis medicinis pectoralibus ponit opiuꝫ aut ꝓpter medicinarū fermētationē si debēt fermētari: aut vt catarros sistat aut vt faciat qescere medicinas aut vt infrigidet iflāmatas ptes. ⁊ fen.3. plixe dixim⁹ de opio qđ hic potest adduci. Tu aūt in his medicinis cōsiderare debes posse illarū ⁊ assumere varietates dispōnis pectoris ⁊ pulmonis vt scias vti eis.

¶ Et scias ꝙ multotiēs retinet aliqd in pectore ⁊ ē recipiēs vt expuat nisi virtus eius ab eo debilitet: ⁊ tūc qdem oportet vt adiuuetur cum sternutatione.

¶ Cōsidera ꝙ mā in pectore retēta qñqꝫ de se est apta ad expulsionē: ⁊ hoc est qđ dicit. recipiēs vt expuat nisi virtus debilitet. i. pigritet: qꝛ stat quasi sopita: ⁊ tūc iuuet cū sternutatione qꝛ excitat mēbroꝝ iferioꝝ expulsiuā: vt.5. de accidēti.5.ca. ⁊.4. cōtinētis.1.c. ⁊ oēs medicine simplices ēt multo plures ibi ponuntur.

¶ Sermo vniuersalis de anhelitu. Cap.7m.

Anhelitus complet duob⁹ motibus: iter quos sunt due more ꝯm ꝙ res se habet in pulsu nisi qꝛ motus anhelitus est volūtarius qui pōt alterari cū volūtate a cursu nāli ⁊ pulsus est naturalis purus. Et intentio quideꝫ in anhelitu est vt ipleat pulmonē aere frigido donec ꝑparet ꝑparatio cordis: ⁊ non cesset cor sumere ex eo aerem frigiduꝫ ⁊ reddat ipsi vaporem fumosuꝫ ad hoc vt accidant illi attractioni due res: quarum vna est conuersio ipsius a frigiditate cū calefactiōe eius quod ei vicinat ⁊ eius qđ ei cōmiscetur: ⁊ altera est cōuersio ipsius a claritate sua ꝓpterea ꝙ admiscet ei vapor fumosus: tunc enī remouet ab eo intentio qua sit cōueniēs ad hoc vt extendatur pulsus ab eo: quare necessaria fit eius eductio ⁊ ꝑmutatio ipsius. Et inter duas res sunt due more: ⁊ eius quidem introitus ⁊ est attractio aeris fit cuꝫ dilatatione pulsus pulmonis sequens motum corporum quibus circundatur.

¶ Postquā ꝑmisit ea q̄ sunt sic ꝑncipia ad spālē sciaꝫ dispōnū pulmonis ⁊ pectoris: hic exequit. Et ꝑ determinat de dispōnib⁹ horuꝫ mēbroꝝ q̄ isunt eis vt sunt organa anhelitus. Scđo ꝯm ꝙ sunt organa vocis. ibi in ꝑn° scđi tractatus (Uocis factor.) Tertio de dispōnibus vel accidētibus qbusdā hoꝝ mēbroꝝ que accidentia sunt tussis ⁊ sputū sanguis. ibi in ꝑn° tractat⁹ tertij (Tussis est.) Quarto determinat de apatib⁹ eoꝝ. ibi in ꝑn° q̄rti tractatus ibi (Qñqꝫ accidūt.) Qualis vo ordo essentialis sit in h̄ dicet in singulis tractatib⁹ sequētibus. ¶ Pria in.d. Prio determinat de anhelitu sermōe generali. Scđo in spāli. ibi (Anhelitus magnus.) ¶ Pria in quatuor. Prio notificat anhelitū quātū ad sui ptes ⁊ causas: ex hoc derelinquēdo notā sui dispōnē cōsimilem diuisiōi pulsus. Scđo notificat anhelitū quātū ad sui noiationē. ibi (Et anhelit⁹ qdē apud.) Tertio quātū ad eius diuersitates. ibi (Et mot⁹ anhelit⁹.) Quarto ex dict̄ ifert efficaciā anhelit⁹ in significādo. ibi (Et tu qdē. ¶ In ꝑma pte ꝑ inuit q̄tuor ptes anhelitus. s. duos motus ⁊ duas qetes q̄ ꝫ eo ꝓbant scđa ꝑmi sic de pulsu. Scđo cōparādo ad pulsum ostēdit cās anhelitus. Et ꝑ cām efficiētē in qua differt a pulsu: qꝛ anhelitus est motus volūtarius: qđ ꝓbat: qꝛ qđ pōt alterari ꝯm volūtatē opꝫ ꝙ eius ꝑn^m efficiēs sit virtus aīalis estimatiua siue electiua: ⁊ instr̄m sui ꝓpinquū ⁊ efficiēs sunt musculi ⁊ nerui. Ostēdit ēt cām finaleꝫ duplicē ꝓpinquā: ⁊ est iplere pulmonē aere ⁊ extraducere illuꝫ. Et ꝑncipalē ⁊ est tēperamētū caloris cordis. Hoc aūt tēperamētū siue vtilitas quā hꝫ cor est tēperamētū eius ⁊ aduētus aeris ꝑparati sibi a pulmōe: ⁊ mūdificatio ei⁹ ꝑ exclusionē vapoꝝ. Accidūt eniꝫ aeri huic attracto due res. Una qꝛ ꝑmutat a sua frigiditate que tēperat calorē cordis ⁊ calefit a corꝑibus calidis qbus vicinat ⁊ sunt ptes cordis: ⁊ a fumis calidis qb⁹ ēt miscet. Scđa res est qꝛ fit turbidus ⁊ ꝑdit suā claritatē. Tertio nō est ampli⁹ ea vtilitas: nec pulsus cordis plus extēdi siue ꝑdurare pōt ex illo aere sicut pēdet res ex fine quesito: opꝫ ergo ꝙ ꝯstrīgat pectus vt aer pellat. Apparet ergo cā finalis anhelitus ⁊ appet in hoc anhelitus cōponi quasi ex duobus motibus. Ex quo statim ifert Aui. ꝙ sint ibi due qetes. Est aūt differētia: qꝛ quies ante dilatationē videt eē maior q̄ꝫ quies añ cōstrictionē vt sumitur in libro de disnia caplo ꝑmo. ⁊ tertio cōtinētis caplo de anhelitu caplo qnto. Cōsiderandū ꝙ scđm rei veritatē anhelitus ⁊ ēt pulsus hꝫ duos motus ⁊ vnā qetē iter illos: qꝛ alia est quies media inter motū vnius anhelitus ⁊ motū anhelitus sequētis. ita Rab 3° ꝯtinētis de anhelitu in fine ca.5. Et sic appet cā finalis qꝛ est talis cōpositio ex his ptibus. Causa autē materialis apud medicos large accipiēdo materiam est aer cum ꝯm veritatē sit finis ꝓpinquus in aere: ergo sunt partes in quibus fundant hi motus ⁊ quies. Pulsus pulmōis. Improprie sumit hic pulsus. s. ꝓ motu pulmonis. Et sequēs. supple est pulmo in hoc motu motū corpoꝝ. i. motū pectoris ⁊ diaphragmat̄: ⁊ in hoc voluit ꝙ pulmo de se nullū habeat motū: sed sequat motū membroꝝ dictoꝝ.

¶ Et anhelitus quidē apud cōmunitatem est illud qđ educitur ⁊ apud medicos: ⁊ in positiōe que est iter eos quādoqꝫ est illud quod educitur sicut est apud cōmunitatem. Et quandoqꝫ est hoc totū sicut pulsus apud cōitatē est motus dilatatiuus: ⁊ apud medicos in ipso est positio propria ꝯm speciem notam.

¶ Uult ꝙ hoc nomē anhelitus apud vulgares significet expirationē siue extraductionē: ⁊ forsan ꝙ est apud vulgares in ptib⁹. A. Et apud medicos. s. aliquos: ⁊ h̄ appet ex eo qđ subdit. ⁊ in pōne nois scꝫ anhelitus q est iter eos. s. medicos: qꝛ iter se nō ꝯcordāt. Qñqꝫ est illud qđ educit qꝛ iuenit a qbusdā medicis hoc dictū: vel iuenitur qñqꝫ dictū. Et qñqꝫ. Hoc totū. s. eductio ⁊ attractio nominant anhelitus apud medicos: sed pulsus apud vulgares in ipso pulsu est ꝓpria ꝓportio nois: qꝛ iponit duobus motib⁹ ⁊ duabus qetib⁹ cordis ⁊ arteriaꝝ: ⁊ hoc est qđ dicit. ꝯm spēm notam. i. ꝯm specificationem: vt scđa primi. ca. de pulsu.

¶ Et motus anhelitus equalis naturalis vacui a nocumento complet motu velaminis. Si aūt indiget additione fortitudinis ꝓpter illud qđ nō ingredit nisi cum labore aut vt cōfortet anhelitus ad extrahēdū isufflationem cōicat velamini in hoc adiutoriuꝫ lacertoꝝ pectoris oiuꝫ ita ꝙ supremoꝝ eius aut saltem quorūdaꝫ inferioꝝ eius tantū. Si aūt est necessariū vt secet litteras aut generet ex eo locutio nō est excusatio qn administratio sit lacertoꝝ lingue: ⁊ qñqꝫ est necessarium in eis administrare lacertos labiorum.

¶ Hic vult ponere diuersitates que accidūt in anhelitu siue distinctiones. Sunt aūt in gñe tres. Una gñalis multuꝫ qua dicimus ꝙ anhelitus qdā est nālis qdā inaturalis. Et hanc ꝑ ponit ostēdēs qbus ꝑncipijs cōplet nālis. Scđa diuersitas est distinctio ei⁹ in sua genera siue spēs qua dicimus ꝙ alius est velox alius tardus ⁊c. ⁊ hanc scđam ponit ibi (Et queadmodū.) Tertia diuersitas est minus gñalis qua dicim⁹ ꝙ anhelit⁹ inaturalis hꝫ duas cās qbus fit inaturalis vel appropriatas istrumētis anhelitus vel ꝑ cōitateꝫ: ⁊ hāc ponit ibi (Et nocumēta q̄ accidūt.) ¶ Pria in.d. Primo ponit qūo cōplet anhelit⁹ nālis. Scđo declarat quedā dicta. ibi (Si āt.)

¶ Ex eo qđ dicit Aui. relinquit notū ꝙ est ēt qdā anhelit⁹ ad queꝫ cōcurrit actio nō solū diaphragmatis sed ēt alioꝝ mēbroꝝ. In hoc aūt dicto stamus snie auctoris ꝙ si hō sit sanus vacuus nocumēto sufficit solus motus diaphragmat̄ ad dilatādū ⁊ ꝯstringēdū pect⁹ ⁊ pulmonē: ⁊ forsan ꝙ hic hō est tēpat⁹: ⁊ multi hoīes ēt sint sani. videm⁹ enī in nobis cōiter sanis qetatis nobis ꝙ nō appet nobis manifest⁹ mot⁹ nisi in fine pectoris circa stomachū: ⁊ hoc est signū ꝙ diaphragma ibi stās facit illū motū. Si aūt idiget additione ⁊c. qꝛ dixit ꝙ anhelitus nō idiget nisi motu velaminis declarat ꝙ nō accidit qn in anhelitu ꝯcurrat qñqꝫ mot⁹ alioꝝ lacertorū: ⁊ hoc est qñ homo idiget forti motu ad attrahēdū vel cōplendū aerē vt qñ homo vult facere exufflationeꝫ. vñ lacert̄ pectoris ⁊ costaꝝ qñqꝫ cōcurrunt aut saltem quorūdam: qꝛ in forti exufflatiōe sufficit fortis cōpressio ⁊ constrictio lacertorum pectoris.

¶ Et queadmodum in pulsu est magnus ⁊ paruus ⁊ lōgus ⁊ breuis ⁊ velox ⁊ tardus ⁊ calidus ⁊ fridus ⁊ frequēs ⁊ rarus ⁊ fortis ⁊ debilis ⁊ intercisus ⁊ cōtinuus ⁊ spasmosus ⁊ tremulus ⁊ parue repletionis venarum ⁊ multe earum ⁊ reruꝫ illaudabilium ⁊ oibus illis sunt cause ⁊ oibus illis sunt significationes ꝯm res suas. Et est ex eis diuersitas ꝯm complexiones etates ⁊ genera ⁊ accidentia corporea ⁊ aīalia. Simil'r anhelitui sunt iste res numerate ⁊ q̄ sunt eis similia: ⁊ vnaqueqꝫ res eaꝝ hꝫ cām: ⁊ ois res ex eis hꝫ significationē. Anheli-

tus igitur alius est magnus ⁊ alius est paruus ⁊ alius est longus ⁊ alius est breuis ⁊ alius est velox et alius est tardus ⁊ alius est rarus ⁊ alius est frequēs ⁊ alius est strictus ⁊ alius est latus et alius est facilis et alius est difficilis ⁊ alius est fortis ⁊ alius est debilis ⁊ alius est calidus ⁊ alius est fridus ⁊ alius est equalis ⁊ aliꝰ est diuersus. Et ex speciebus quidem anhelitus sunt que habent nomina ꝓpria sicut anhelitus intercisus ⁊ preparatus ⁊ anhelitus duplus ⁊ anhelitus suffocatus ⁊ anhelitus violētus: ⁊ habens fetirat vel fetorez sicut est in apoplexia ⁊ similibus.

¶ Hic inuestigat spēs anhelitꝰ ex simili diuisione que fit in pulsu ⁊ tangit oīa quatuor genera. Innuit tñ diuersitatē ex parte cāꝝ tā rerū naturaliū: ac etiā annexarū: q̄ etiā nō naturaliū vt accidētiū aīe: ⁊ in hoc inuit cibū ⁊ potū ⁊ similia. Rerum laudabiliū ⁊c̄. i. boni pōderis ⁊ mali pōderis. Uel forsan īnuit in hoc ꝙ ex eis spēbꝰ pulsus: quedā sunt laudabiles ⁊ nāles: quedā innāles. eodē mō est de anhelitu. vnde subdit: anhelitus ⁊c. ¶ Considerandū ꝙ per hoc qđ dicit. facilis ⁊ difficilis. pōt sumi ꝙ in anhelitu est vnuz genus plus q̄ in pulsu. Facilitas enī ⁊ difficultas in pulsu noīant velocitas ⁊ tarditas: ⁊ hoc q2 pulsus est motꝰ nālis: sed cū anhelitus possit per voluntatē fieri dicit facilis ille qui faciliter ⁊ sine dolore fit ⁊ sine fatigatione: sed difficilis qui fit cū fatigatione: ergo pōt esse anhelitꝰ facilis ⁊ tardus: q2 nō est necessitas euētādi: ⁊ posset esse difficilis ⁊ velox per conatū virtutis: ⁊ tu cōsidera hic. Preparatus. i. in quo homo seipm̄ p̄parat ⁊ stat rectus. Fetirat. i. hꝫ interpositionē. ¶ Sed tu dices in quo differt ab anhelitu intrinseco. ℣ Dicendū ꝙ esse intercisum est nomē generale ad anhelitū intercisum siue per motum cum expectabat quies ⁊ venit motꝰ: ⁊ hic dicit duplus. siue per quietē ⁊ expectabat motꝰ ⁊ venit quies sic est in apoplexia ⁊ dicit fetirat vel al's fecerat. ⁊ iste est intercisus cū magna quiete sicut quādoq̄ pꝫ in apoplexia.

¶ Et nocumenta que accidunt sunt in mēbris anhelitus ⁊ in pricipijs eoꝝ ⁊ in eis que cōicant eis cū vicinitate. Et mēbra qdem anhelitꝰ sunt epiglotis ⁊ pulmo ⁊ cāna ⁊ vene nō pulsatiles ⁊ arterie ⁊ velamen et lacerti pectoris ⁊ pectꝰ ipsum. Nam nocumentū quādoq̄ fit in ip̄o pectore cū est dbile ⁊ paruū: ⁊ aduenit ei ꝓpter illud in anhelitu nocumentum.

¶ Hic ponit diuersitatem in anhelitu nocitiuo que excipit ex h̄ ꝙ nocumētū est ex mēbris appropriatis vel cōicantibꝰ. Et p̄ p̄mittit diuisionez. Scđo exequit. ibi (Et mēbra.) ℣ Prima adhuc in tres. Primo determinat que sunt mēbra anhelitꝰ qbꝰ sicut organis fit anhelitꝰ. Scđo que sunt mēbra que sūt origo ⁊ p̄ncipiū in hoc. ibi (Eoꝝ aūt.) Tertio que sunt cōicātia istis. ibi (Mēbra aūt.) ¶ Cōsiderādū ꝙ enumerādo mēbra anhelitꝰ ponit oīa illa in qbꝰ vt in subiecto ꝓpinquo recipit iste motꝰ: ac a qbꝰ īmediate fit ex qbꝰ īmediate pōt lesio fieri in hoc motu: ⁊ iō enumerat venas nō pulsatiles ⁊ pectꝰ ipm̄: accipiēdo pectꝰ pro ip̄a corpulentia ſm ꝙ est qdā paries ⁊ qd motū circūscriptis musculis mouētibꝰ. vnde pectori sic accepto pōt inesse ꝑuitas: vñ nocet anhelitꝰ. Et pꝫ ꝙ hic ſmo nō solū est de nocumētis accidētalibꝰ: sed et nālibꝰ: ⁊ ex h̄ ꝙ dixit ꝑuitas: q2 illud pēdet ex creatiōe nisi velles ītelligē ꝑuitatē extenuationē ⁊ ꝯsumptionē ex febribꝰ ⁊ alijs causis ꝯ nām. ¶ Cū est debile. Dices que debilitas pōt sibi inesse si excludant lacerti. ℣ Dōm ꝙ tūc cū dixit est debile: sumit pectus pro cōiuncto simul cū lacertis. vel si sumat pectus vt dicit clibanū qđdā sine lacertis erit debilitas. i. ineptitudo ad motū ꝓpter duritiem.

¶ Eoꝝ aūt principia sunt cerebrū ipsum ⁊ nucha etiā: qm̄ ipsa est origo velaminis. Nascit enī plurimū eius ex pari quarto neruoꝝ nuche ⁊ ꝯtinuant ei rami qnti ⁊ sexti ⁊ nerui ad ipsum venientes.

¶ Probat ꝙ nucha ⁊ cerebruꝫ sunt p̄ncipia ꝓpinqua: q2 a quarta spondili ⁊ qnta ꝑueniūt nerui ad diaphragma: ⁊ in h̄ est ei origo. Nascit. n. plurimū eiꝰ. s. nerui diaphragmatꝭ ex pari ⁊c̄. Idē ponit Gal. 4. de īteriorībꝰ. 6. ca. ⁊ in lib. de voce. ⁊ q2 cerebrū est p̄ncipiū nuche sequit ꝙ sit p̄ncipiū diaphragmatis ⁊ sic motꝰ anhelitus. Pōt tñ dici ꝙ Aui. ꝓbat ꝙ cerebrū sit p̄nm̄ eoꝝ. s. mēbroꝝ anhelitus: q2 a sexto pari neruorū venit aliqd ad diaphragma: vt sumit p̄ᵃ p̄mi ca. de anathomia neruoꝝ. ⁊ h̄ inuit Aui. cū dicit. ⁊ nerui veniētes ad ipꝫ diaphragma a cerebro ꝯtinuant ipsi diaphragmati.

¶ Membra aūt cōicantia cū vicinitate sunt sicut stomachus ⁊ epar ⁊ matrix ⁊ itestina ⁊ reliqua viscera.

¶ Primo enumerat illa mēbra. Scđo moduꝫ nocumētoꝝ in eis in qbus ledāt anhelitū cōitate. ibi (Et illa nocumēta.) ¶ Cōsiderādū ꝙ vicinitas pōt sumi hic pro vicinitate situs ⁊ ꝓ vicinitate societatis: ⁊ hoc cōparādo illa mēbra iter se: q2 cōparādo ea ad mēbra extrinseca. s. manus ⁊ pedes: oīa possunt dici vicina per sitū ꝓpinquū. Reliqua viscera. vt splen renes ⁊ vesica ⁊ alia.

¶ Et illa nocumēta aut sunt malitia cōplexionis succedēs calida aut frigida aut humida aut sicca quecūq̄ earū sit pura aut cū mā humoris retenti vel effusi ad ip̄m plurimi aut viscosi aut grossi. Et sanies ⁊ pus sūt ex sūma eius aut vētositate aut vapore aut egritudo officialis ex paralysi et spasmo aut resol'o singularis ex scissione aut putrefactiōe aut vlceratiōe aut corrosione aut ex apate frigido aut calido aut duro aut ex dolore. Et tu qdē sciuisti per illud qđ narraui tibi ꝙ anhelitꝰ est fortis significatus ⁊ currit cursu pulsus.

¶ Innuit ꝙ nocumēta in mēbris vicinantibꝰ que cōmunicāt mēbris anhelitus sunt aūt egritudines aut accidentia vt dolores: ⁊ si egritudines aut mala cōplexio aut mala cōpositio aut solutio cōtinuitatis aut apostema: ⁊ tunc est fortis significatio sumpta ab operatione ⁊ pendet ex membris p̄ncipalibꝰ ⁊ nobilibꝰ. ¶ Considerandū ꝙ anhelitus currit cursu pulsus nō in numero motuum ſm eādē partē cōparatis: q2 corde diastolato pluribꝰ vicibꝰ anhelitus quiescit qñq̄: sed currit cursu eiꝰ quātuꝫ ad finē cōmunē qui est tēperies caloris: ⁊ quātū ad cās permutantes. Eisdē enī causis qbus permutat pulsus: fit etiā tunc permutatio in anhelitu ⁊ ad easdē differētias. Exercitiū enī ⁊ vltra motū situs velocitat pulsum sicut anhelitum ⁊ sic de oībus alijs causis. Unde in libello de disnia sūma. 3. 3. cap̄. postq̄ induxit in multis causis alterationem fieri in pulsu ⁊ in anhelitu subdit. Sicut enī in etatibꝰ ita in horis ⁊ regionibꝰ ⁊ ꝯtinētis nos aeris ꝯstitutionibꝰ īspirationes. i. anhelitus ꝓportionabiliter pulsibꝰ se habēt. In calidis qdē ad velocitatē ⁊ spissitudinē ⁊ magnitudinē ꝯuerse. In frigidis aūt ad ꝯtrarium. Et ideo in sequenti cap̄. ꝯcludit. Proportionabiliter enī sic se habere videt in oībꝰ alijs respiratio ⁊ pulsus. Idē etiā ponit in libello de vtilitate pulsus. 1. cap̄. Et vide instātiā quā facit de permutatione pulsus ⁊ anhelitꝰ a cibo sumpto: q2 pulsus ab eo magnificat ⁊ ꝙ anhelitꝰ paruus fit: ⁊c. currit cursu pulsus in iudicio.

¶ Postq̄ tu obſuas in eo ꝯsuetudinē sicut necesse est tibi vt obserues rē nālem consuetā in pulsu etiam.

¶ Quia debes ꝯsiderare anhelitū homini naturalē sicut tu obseruas rem naturalē in pulsu cōsuetā: ⁊ ꝓprie pulsum hoīs sibi sani: q2 quorūdā hominū pulsus ex natura sunt diuersi ſm Auicē. libro p̄mo fen scđa. ita etiā pōt ꝯtingere in anhelitu. Cū ergo ꝯsideras anhelitū in hoc hoīe: ⁊ cās eiꝰ ⁊ iudicia eoꝝ: obseruas in memoria qualis fuit anhelitꝰ sibi ꝯsuetꝰ ⁊ nālis: ⁊ ꝑ id scies distātiā a nāli.

¶ Dubitat p̄mo an motus anhelitꝰ sit nālis an volūtarius. ℣ Et primo est opi. Aristo. quā vide in q̄one Plusquācōmē. vnde super capitulo de signis cordis in thegni. 2. cōmē. 35. sequens hanc sententiam dicit ꝙ calidū quidē qđ est in pulmone nō fuit tantū quantū est calidū qđ fuit in corde: sed infra id: ideo tumefactio ⁊ eleuatio pulmonis nō fuit ita frequens sicut eleuatio cordis. Et post multa verba dicit ꝙ huic motui pulmonis est ꝯiūctus motus pectoris ⁊ diaphragmatis voluntarius vt motus anhelitus sit cōpositus al's cōmistus ex naturali ⁊ volūtario: nō simpliciter voluntario cū voluntas nō pōt talē motū simpliciter mutare nec ꝓhibere: sed solū volūtas ad tempus pōt coercere ⁊ tēperare anhelitū ꝓpter nocumēta vitāda: vt cū quis submergitur in aqua vel trāsit per loca fetida. Alexan. v°o in libro de motu cordis eandē sententiā inuit cap̄. 7. lꝫ obscuris verbis hanc opi. fuisse Aristo. senserit. Dauid. 13. distin. sue p̄hie q̄onem ibi remouēs dicit solū sic. Dico ꝙ spūs in corde facit eleuationē: nō q2 maior sit sanguis a quo generatꝰ est: sed q2 nitit supmoueri: ⁊ intellige moueri per virtutem aīe. Hanc opi. recitauimus cū locuti fuimus de motu cordis cū ꝓcessimus. 12. rōnibus que nobis vise sunt satis sufficiētes ad ꝓbādū ꝙ motus cordis nō fiat ꝓpter taleꝫ ebullitionē. ℣ Qđ aūt motꝰ anhelitus nō fiat ex ebullitiōe ꝓbat Dynus duabus rōnibꝰ. Prima si ebullitio caloris ī corde eēt cā motꝰ pulmonis: sequeretur ꝙ aut motꝰ arteriarū que sunt in pulmone nō habebūt motū

Dubᵐ p̄ᵐ opi. Auer.

Dauid

equalē in tēpore cū motu aliarū arteriarū: aut ꝙ mot⁹ anhelitus
erit eq̄lis in tēpore motui pulsus. Plusquācōmē. innuit ꝙ sic solua
tur: dicēdo ꝙ mot⁹ arteriarū pulmonis nō eq̄parat̄ motui cordis
nec aliarū arteriarū: q̄z mot⁹ in eis fit ſm nāz sui calidi: q̄z paucior
est ⁊ minus ebulliēs q̄ꝫ calidū cordis. Al'r posset solui q̄z ēt ſm p̄n-
cipia tenētiū ꝙ mot⁹ pulmonis fit ab aīa ⁊ nō ab ebullitione opꝫ
tenere ꝙ dilatatio ⁊ ꝯstrictio arteriarū dispersaꝝ per pulmonē
aliq̄ sic que nō fit eodē tēpore cū dilatatione ⁊ ꝯstrictiōe cordis ⁊
aliarū arteriaꝝ: q̄z ille arterie sequunt̄ dilatationē ⁊ ꝯstrictionē
pulmonis: ⁊ iō oportuit illas eē molles ⁊ vnius tunice: vt innuit. G.
6. de vtilitate ꝑticulaꝝ. 10. cap̄. Hic ḡ opꝫ speculari an in arterijs
pulmonis sit duplex mot⁹. Vn⁹ sequēs nām cordis sicut est in arte-
rijs dispersis ꝑ alia mēbra. Alius vō sequēs motū pulmonis dila-
tati ⁊ ꝯstricti. hoc alijs dimitto. ¶ Scd̄a rō Dy. est: q̄z tūc dilatato
corde dilataret̄ arteria illa ⁊ ꝯstricto ꝯstringeret̄: qd̄ tñ dicit eē fal
suꝫ. Ista rō posset solui ꝯcesso h̄: ⁊ q̄ꝫuis nō posset forsitan ꝯ̄triū cō-
tra Aristo. in hoc demr̄ari: tñ ꝯtra cuꝫ fortius ⁊ ꝓbabilius arguit̄
q̄ꝫ sui sequaces possint. Dico ḡ ꝙ mirabile est ꝙ mot⁹ p̄mus cor-
poris dignior quo stat vita fiat ꝯtingenter ⁊ nō fiat a virtute aīe.
Amplius in sanguie grosso ⁊ viscoso plus durabit diastoles ⁊ ma
ior fieret q̄ꝫ in sanguine calidiori. plus. n. ampliat̄ cū tumescit.

Opi. Dy.

¶ Alius modus est quē tꝫ Dy. ⁊ nos tenuimus istā viā in tractatu
de corde. s. ꝙ mot⁹ anhelit⁹ sit volūtarius. Et Dy. sequēs phanta-
siam Gal. in de motib⁹ liq̄dis vult ꝙ mot⁹ q̄dā est simpl'r nālis: q̄-
dā volūtarius: ⁊ q̄dā medius simpl'r volūtarius est q̄ fit volūtate
īperāte ꝑ deliberationē ⁊ ꝯsiliū ab estimatiua. fit ēt ꝑ organa vo-
lūtaria vt lacertos ⁊ neruos ⁊ per calorē datū a cerebro. fit ēt ad
finē volūtariū. s. nō solū ad alimētū vel nutrimētū: sꝫ ad alia sicut
est mot⁹ cursus ⁊ manuū. Quidā aūt mot⁹ est simpl'r nālis: nō di-
co q̄ est grauiū ⁊ leuiū: sꝫ qui est ab aīa cui⁹ p̄n^m est virt⁹ aīe agēs
absq̄ꝫ deliberatiōe: ⁊ ei⁹ īstr̄m est ꝓprius calor illius mēbri nō ca-
lor dat⁹ a cerebro ⁊ est tātū ad nutrimētū sicut est mot⁹ stōchi ⁊ ma
tricis. Quidā vō mot⁹ est dict⁹ volūtarius nō simpl'r: sꝫ dī ſm itē-
tionē secūdā. Et de istis motib⁹ Dy. conat̄ ostendē ꝙ pōt fieri sine
app̄hēsione ⁊ deliberatōe sensata: imo sine aliq̄ app̄hēsione ⁊ de-
liberatiōe: ⁊ tñ in h̄ dī volūtarius cuiusmodi est motus palpebre.
Innuit aūt Dy. sup h̄ tres rōnes. ¶ Pria est: mot⁹ m̄ricis est nālis
q̄z sine deliberatiōe: ⁊ tñ nō tollit̄ q̄n sit aīalis: q̄z fiat cū aliq̄ appre
hēsiōe sensata: ⁊ ēt nō tollit̄ q̄n sit volūtarius. an̄s declarat̄ ꝙ mo
tus m̄ricis vel stōchi est nālis: ⁊ tñ fit cū aliq̄ app̄hēsione sensata.
h̄ ꝓbat̄ q̄z in istis mēbris nō fit iste mot⁹ nisi rōne app̄hēsionis ali
cuius iuuatiui vel nocitiui. al'r. n. stōch⁹ ⁊ matrix nunq̄ꝫ attrahe-
rent vel repellerēt. Scd̄o q̄z nos videm⁹ ꝙ in plātis in q̄b⁹ nō est
sensus sunt isti mot⁹ locales tūc nutrimētū trahētibus. Si ḡ sunt
in aīalib⁹ erūt ꝑꝑ aliq̄ꝫ app̄hēsionē sensitiuā: ⁊ tñ illi mot⁹ sūt nā-
les. Sequit̄ ḡ ꝙ mot⁹ volūtarius q̄ꝫdiu fuerit sine app̄hēsione erit
nālis: tñ hi mot⁹ dicent̄ volūtarij: q̄z dicunt̄ ꝑ organa volūtaria et
calorē datū a cerebro ⁊ ad finē volūtariū. s. ad nutricationē. ¶ Se-
cūda rō quā Dy. innuit est ꝙ mot⁹ ꝯchilioꝝ ⁊ aīaliū īperfectoꝝ di-
latatiuus ⁊ ꝯstrictiuus est volūtarius mot⁹: ⁊ tñ nō fit cū app̄hen-
sione sensata ⁊ deliberatione. ¶ Tertia rō est: si isti mot⁹ volunta-
rij dicti de ītētione scd̄a vt mot⁹ palpebre eēnt nāles. s. facti a ca-
lore nāli: tūc tales motus possent fieri dato ꝙ neruus incideret̄. s.
neruus motiuus. h̄ aūt est falsuꝫ. Vidim⁹. n. ꝙ q̄ꝫtūcūq̄ꝫ sit necessi-
tas agēs ad motū palpebre aut pectoris: si tñ neruus motiuus sit
īcisus nō p̄nt moueri illa. s. mēbra. Apparet igit̄ ꝙ mot⁹ taliū mē-
broꝝ sunt volūtarij ⁊ nō sunt nāles: similant̄ tñ nālib⁹: q̄z nō p̄ce-
dit semꝑ deliberatio ⁊ ꝯsiliū salteꝫ sensata. Scd̄o Dynus ꝓbat q̄z
in hmōi motib⁹ nō p̄cedit aliq̄ apprehēsio nō sensata. Et ēt īde nō
dicunt̄ nāles: ⁊ h̄ est per viā assuefactionis: vñ fit sicut q̄dā habit⁹
ex ꝯtinuo vsu ⁊ ꝑꝑ necessitatē finis: ⁊ iō sine aliq̄ app̄hēsione p̄ce-
dente fit mot⁹ sicut cū aliq̄s est assuet⁹ mouē aliqd̄ mēbruꝫ. mo-
uet q̄nq̄ꝫ simili motu sine aliq̄ deliberatione: īmo nō posset cessare
ab illo nisi deliberaret cessare: h̄ aūt fit q̄z ex illo motu frequēta-
to acq̄rit̄ modus q̄dā caloris in mēbro simul cū calore dato a ce-
rebro. Et iō nō existēte app̄hēsione ille calor pōt mouē mēbruꝫ: q̄z
est similis illi calori: q̄ in actu app̄hēsionis mouebat app̄hēsionē.
Et sicut in actu app̄hēsionis calor nō mouet: nisi existēte spū a ce-
rebro: ita ⁊ iste calor q̄ sui app̄hēsione mouet nō mouebit sine spū
a cerebro: q̄z est acq̄sit⁹ in mēbro cū illo spiritu a cerebro veniēte.
Iste ḡ mot⁹ fact⁹ sine deliberatione dī volūtarius a Gal. ſm ītē-
tionē scd̄am. His ḡ p̄missis dicit ꝙ mot⁹ anhelit⁹ est mot⁹ volū-
tarius ſm ītētionē scd̄am: q̄z fit ꝑ organa volūtaria. s. neruos ⁊ la-
certos: ⁊ a calore descēdēte a cerebro: nō tñ fit cuꝫ deliberatione:
sed fit a virtute coacta ⁊ ꝯtinue necessitāte: vñ fit sicut q̄dā hitus.
Et similis calor q̄ mouet q̄ñ fit ab app̄hensione mouet ēt mō sine
app̄hensione: ⁊ ideo in appolexia maior est oppilatio per quā ca-
lor iste nō posset descēdere ad musculos q̄re cessat oīs hic anheli-

tus. Stante vō calore q̄ꝫuis nō sit deliberatio ⁊ volūtas ꝑꝑ neces-
sitatē cogentē: ille calor mouet. ⁊ h̄ ītellexit Gal. in cōmē. illi⁹ afor.
42. Soluere apoplexiaꝫ fortē ⁊c̄. vbi ſm trāslationē grecā dicit.
Videt̄ aūt fieri ꝑꝑ necessitatē respirationis erigētē ipsam que est
nālis virtutē ad actū. Ex q̄bus infert Dynus ꝙ est iste mot⁹ cū fa-
tigatione: q̄z virt⁹ motiua mouet istos lacertos: vt facta nālis ip-
sis. Tunc Dynus soluit rōnē cōem cū dicit̄. mot⁹ ille nō est volūta
rius sed nālis qui fit sine aliqua deliberatione ⁊ app̄hēsione. Dic̄
p̄mo ꝙ hoc est falsum: q̄z vt appꝫ nō est negādū ꝙ mot⁹ sit volū
tarius ex hoc ꝙ sit sine app̄hensione. Nec pōt sustineri ꝙ sit na-
turalis: q̄z fiat sine app̄hēsione: q̄z etiā nālis mot⁹ sequit̄ app̄hen-
sionē. Scd̄o dicit ꝙ rō solū arguit ꝙ nō sit motus volūtarius ſm
p̄mā intētionē: sed tñ est volūtarius ſm scd̄aꝫ ītētionē: sicut anhe
litus qui fit sine aliqua deliberatione: vt in somno. dicit in somno
exemplariter: q̄z ēt quedā tales app̄hēsiones fiūt in vigilia vt apo
plexia in qua calor non venit a cerebro: ⁊ sicut si membra sint stu-
pida: sicut si alicuius brachiū agitet̄ in somno ⁊ excitare t̄. Simi-
liter etiā in somno pōt fieri aliq̄ app̄hensio ꝑꝑ vehemētē necessi-
tatē in aliquo mēbro. Sed illa app̄hēsio est occulta valde que nos
latet. Et hoc dicit voluisse Aui. 19. fen cap̄. de mictu in lecto. cū di-
cit. pueros adiuuat ad illud ꝓfunditas somni. cū ḡ mouent̄. s. cum
vrina ad nocumentū ingerendū expellit eā nā ⁊ occulta voluntas
similis volūtati aīe ante ipsoꝝ dormitionem. Ecce ḡ q̄uo ponit ꝙ
ꝑꝑ necessitatē aliq̄ꝫ īpellētē poſe est ꝙ in somno fiat īpressio aliq̄
sensibilis occulta in organo sensitiuo: ⁊ tñ al'r nō euigilabit̄. Et sic
possum⁹ dicē de anhelitu in somno ꝙ in organo sensitiuo fit aliq̄
īpressio sensitiua occulta ꝑ quā fit mot⁹ lacertoꝝ pectoris: nō aūt
alioꝝ lacertoꝝ qui in corpore sunt: q̄z nō est in eis illa necessitas.

¶ Alius modus est Auer. 2° colliget cap̄. 16. de iuuamēto instrumē-
toꝝ anhelit⁹. ⁊ nō est op̄io sua sicut cōiter credit̄. s. ꝙ pulmo mo-
ueat̄ naturaliter ⁊ pect⁹ volūtarie: ⁊ sic sit cōpositus motus: īmo
vult ꝙ mot⁹ anhelit⁹ etiā inquātū in eo mouet̄ pectus ⁊ diaphra-
gma sit motus cōpositus ex nāli ⁊ volūtario. In hac aūt opinione
Auer. in toto suo cap̄. 16. nitit̄ vti his ꝓpōnibus vt notis. s. Mot⁹
volūtarius nō fit nisi cū cognitione ⁊ volūtate. Secunda ꝓpositio
est ꝙ mot⁹ nālis fit absq̄ꝫ cognitione. Et nunq̄ꝫ Auer. vidit ꝙ īter
hos duos motus esset dare mediū: nec per viā cōpositionis ⁊ adu
nationis motoris voluntarij ⁊ motoris naturalis sup̄ vno mobili
sicut diceremus ꝙ motus quo aliq̄s deorsum saltat esset volūta-
rius ⁊ nālis. i. a voluntate ⁊ inclinatione elemēti domināt̄is: vt 8°
physicoꝝ. 27. cōmē. Fundans ergo Auer. super hoc primo arguit
cōtra Gal. qui dicit ꝙ motus anhelitus est volūtarius. Nam nos
anhelamus quādo dormimus: ergo anhelit⁹ nō est volūtarius: q̄z
operatio volūtaria fit cū cognitione. Scd̄o etiaꝫ q̄z vigilantibus
nobis improuise anhelamus sicut īprouise pulsant arterie. Tādē
Auer. auctoritate alioꝝ probat ꝙ hic motus est cōpositus ex vir-
tute naturali ⁊ volūtaria. Et p̄mo dat in hoc exemplū sicut in mo-
tu palpebre ⁊ oculi: ⁊ in motu trāsglutitionis. Et ꝯfirmat hāc opi-
nioneꝫ dearticulādo eam: q̄z opinio eius qui dicit ꝙ anhelitus est
mot⁹ nālis est fortior: q̄z anhelit⁹ lꝫ sit naturalis ⁊ voluntarius est
tamē plus naturalis q̄ꝫ volūtarius. Et ꝙ hec sit mens Auer. appa
ret: q̄z ipse nō ꝓbat ꝙ sit pure naturalis: sed ꝙ sit plus naturalis
q̄ꝫ volūtarius. Et ratio eius prima est: q̄z plures anhelit⁹ quos fa-
cimus in sanitate ⁊ egritudine sunt sine cognitione ⁊ deliberatio-
ne: ⁊ ex hoc īfert ꝙ anhelit⁹ significat de corde: q̄z nālis motor est
cor vt declarabit̄. Scd̄a rō est: q̄z suspiria que vident̄ quidā modi
anhelandi ꝓpter vacationē ab anhelitu fiunt absq̄ꝫ cognitione: et
p̄meditatione. Tertia rō est: q̄z virtus naturaliter motiua vincit
in hoc virtutē voluntariā: vnde nolentibus nobis cogimur anhe-
lare in q̄busdā casibus: vt in tussi. Apparet ergo ꝙ in motu anhe-
litus p̄ncipaliter est virtus nālis mouens sine cognitione. Tandē
Auer. p̄supponēs notū ad sensum ⁊ ex dictis ab eo ꝙ in anhelitu
currit virtus volūtaria: ostēdit cām quare hoc fit: q̄z ꝑꝑ necessita
tem superuenietē. v. g. virtus nāliter motiua pectoris non sufficit
tātū dilatare quātū cor exigit: iuuat ḡ eā virtus volūtaria. Tandē
ad rōnem Gal. soluit Auer. ⁊ approbabit̄ mens Auer. cū soluētur
rōnes Dyni. Ratiocinatione ergo dicamus ꝙ Auer. imaginat̄ pe-
ctus moueri duplici virtute. s. naturali mouente sine cognitione ⁊
virtute voluntaria: ⁊ ꝙ in hoc motu simpliciter vincit virtus na-
turalis: lꝫ ad tēpus quādoq̄ꝫ vincat virtus voluntaria: vt cuꝫ quis
tenet anhelitū vsq̄ꝫ ad suffocationē fere. Sed cōtra per tex. Auer.
in eodē cap̄. vbi dicit: cōplet̄ hic motus. s. anhelitus per duos mo-
tus: videlicet per naturalē ⁊ volūtariū: ergo melius qd̄ dicere pos
sumus ex his est vt sint sicut duo primi mobiles. s. ꝙ musculus sit
primus in motu volūtario: ⁊ cor ⁊ pulmo primi in motu naturali.
Ergo vult Auer. ꝙ motus pectoris qui est motus per lacertuꝫ sit
voluntarius: sed motus pulmonis sit naturalis: ⁊ ex hoc motus
anhelitus sit motus compositus. Credo ꝙ iste tex. decipit omnes

Auer. opi.

qui tenēt ꝙ motus anhelit⁹ apud Auer. sit mot⁹ cōpositus ex nā-
li ⁊ volūtario: q2 est ex motu pulmonis ⁊ motu pectoris volunta-
rio: tñ si ꝯsideref mens Auer. ipse voluit ꝙ mot⁹ pectoris sit cōpo
sit⁹ ex nāli ⁊ volūtario. Et pꝫ hoc exēplo qd̄ iducit de oculo ⁊ pal-
pebra: ⁊ de trāsglutitiōe: ⁊ appet ꝙ rōnes sue ꝯcludūt de pectore
qd̄ videmus moueri pluri tēpore sine cognitione: hoc ēt appet in
soloñe rōnis Gal. qñ vult ꝙ aliqs motus nerui nō sit volūtarius.
Quid ẜ voluit Auer.? Dōm ꝙ Auer. vidit ꝙ per motū volūtariuꝫ
mouef pect⁹: ⁊ ꝯtigit in hoc moueri pulmonē ⁊ variari motū cor-
dis in fortib⁹ conatib⁹ anhelit⁹. Uidit ēt ꝙ cor suo motu nāli mo-
uef ⁊ pulmo ⁊ pect⁹ mouenf motu nāli vt iam apparuit. Uoluit ẜ
īuenire p̄mū subm̄ mot⁹ volūtarij ⁊ est musculus: ⁊ iō pect⁹ sicut
a motore volūtario mouef a musculo: vt a p̄mo motore: nō tñ ꝙ
musculus nō possit ēt moueri motu alio: sed tñ volūtarius est sibi
ꝓprius: tñ nō excludit aliū motū anhelit⁹. s. nālē. Si ẜ ꝓpriuꝫ sub-
iectū mot⁹ volūtarij est musculus: quecūqꝫ ptes in anhelitu mo-
uenf per virtutē musculi p̄mā mouenf motu volūtario: sed cum
tales partes mouenf per musculū: ⁊ sit p̄mū motiuū nāle in anhe
litu cor ⁊ pulmo: ẜ pect⁹ ēt nāliter mouef: sed nō pōt moueri nāl'r
nisi per virtutē datā sibi a corde ⁊ pulmone vl' a corde solo qd̄ nō
curo mō. Ex his ẜ nō excludif ꝙ pect⁹ nō moueaf nāliter: sed per
virtutē p̄mā musculi. Ex qb⁹ pꝫ ꝙ diuersimode tribuif mot⁹ nā-
lis musculis pectoris: vel qbuscūqꝫ villis in eis existentib⁹ ⁊ mot⁹
volūtarius pulmoni. Nā musculi pectoris suscipiunt virtutē mo-
tiuā subiectiue: ⁊ per illā mouenf sicut per p̄ncipiū intrinsecū: sed
pulmo recipit solū motū volūtariū extrinsece: q2 nō hꝫ musculos
in se qb⁹ possit recipere virtutē motiuā. Et iō Auer. in ꝓcessu ca-
pituli dic̄ ꝙ nō appet ꝙ neru⁹ veniat ad pulmonē per quē posset
moueri. ¶ Cōtra p̄dicta est rō Dyni quā reputat esse difficilē: ⁊ ꝓ-
bat ꝙ in motu anhelit⁹ nō ꝯcurrit mot⁹ nālis: q2 vel eēt pectoris
vel pulmonis. Nō pulmonis: ⁊ hoc hic omittif: q2 dicef in sequē-
ti qōne. Probat ꝙ non pectoris: q2 ille est per lacertos: sed tales
mouenf volūtarie ⁊ nō nāliter. Ampli⁹ mot⁹ nāles sunt mot⁹ vir-
tutis nutritiue vel vitalis: sꝫ mot⁹ pectoris nō est a virtute nutri-
tiua: q2 nō est circa alimētū: nec mot⁹ virtutis vitalis: q2 ille est q
dilatat cor ⁊ arterias ⁊ ꝯstrigit: ẜ mot⁹ pectoris nō est nālis.

¶ Propter soloñē taliū argumētoꝝ est sciendū ꝙ q vult sustētare
opionē Auer. opꝫ ꝙ neget multas ꝓpōnes Gal. qs Gal. nō posset
ꝓbare. Et sicut pꝫ ꝓpōnes eius sunt defectuose. Et vna ex illis est
ꝙ ois mot⁹ fact⁹ per musculos est volūtarius. Est eni ꝓpō falsa:
lꝫ eni sit verū ꝙ ois musculus moueaf volūtarie: tñ Auer. nō ꝯce
dit sibi illā ꝙ ois mot⁹ fact⁹ a musculo sit voluntarius: q2 muscu-
lus pōt moueri per virtutē nālē nō cognoscitiuā cui cōpetit sicut
subm̄ nō adequatū: q2 est in musculis per arteriā dataꝫ a corde ⁊
spiritū ei⁹: ⁊ ex h̄ cessat p̄mū argumētū. ¶ Ad 2ᵐ dōm ꝙ mot⁹ dr̄
nālis: q2 sine cognitōe fit. tu aūt reducas ad q̄cūqꝫ aīe potētiā vis.
Et si vis reducē ad vitalē que est q̄dā nālis: dicemus ꝙ ei⁹ virtute
fit illa dilatatio pulmonis ⁊ pectoris īquātū sunt mot⁹ nāles. Hic
aūt nolo mihi cauillari per argumēta logicalia qb⁹ dicef hic mo-
tus. nō sequif. aīal īquātū aīal vel īquātū vegetabile: sed seqf aīal
īquātū talis modi aīal. s. hñs dextrū vētriculū cordis qd̄ est signū
talis forme nālis a qua fit mot⁹ siue p̄meditatione ⁊ cognitione.

¶ Expedit vt veniā ad fundamēta opionis Gal. quā Dynus sustē
tat ⁊ soluit rōnē Auer. Et ante soloñē rectam p̄mitto ꝙ Auer. nō
potuit videre ꝙ mot⁹ q fit sine volūtate eēt volūtarius nec appa
ruit sibi vñ diceref volūtarius: nec mot⁹ q fit cū volūtate in pariē-
te diceref nālis ⁊ nō diceref volūtarius: imo videref ꝯdictio. Luꝫ
ẜ dicit Dynus mot⁹ volūtarius de ītētione scd̄a pōt fieri sine deli
beratione sensata nego illā. dū eni est volūtarius necesse est ꝙ fit
cū apprehēsiōe sensata. Nec tu vales dicere ꝙ lapis cadēs ab al-
to moueref volūtarie: q2 aliqñ fuit mot⁹ vt portatus voluntarie.
¶ Ad exēplū de palpebra dico ꝙ motus palpebre est nālis ⁊ volū
tarius: sed fortius est nālis sicut dcm̄ est de anhelitu.

¶ Ad rōnē que est pulchra p̄° soluaf logyce: q2 īsufficiēter arguit: ⁊
nō tenet ꝯña: q2 motui nāli si addaf voluntarius adhuc saluaf nā-
lis: sed si a motu volūtario āmoueaf volūtas nō pōt saluari rō vo
lūtarij mot⁹: ⁊ iō nō sequif mot⁹ matricis fit volūtate ⁊ est nālis:
scꝫ mot⁹ cui volūtas ꝯiungif: q2 adhuc est mot⁹ nālis sub illo vo-
lūtario: ⁊ hoc est verū. Nō tñ sequif: ẜ si a volūtario āmoueaf vo-
luntas est volūtarius. Exēplū si dealbabili addaf illuminatio: nihi
lominus pōt dici ꝙ dealbaf. Non tamē sequif ergo si ab illumi-
nabili remoueaf illuminatio ꝙ illuminef. ¶ Aliter physice ꝙ mo
tus dicif volūtarius qui fit īperio volūtatis: tal'r ꝙ existēte noti-
tia si nō sit volūtas nō fit mot⁹ ⁊ cū voluntas p̄cipit fit mot⁹: itaqꝫ
talis mot⁹ volūtarius est liber īperio volūtatis. Motus aūt loca-
les qui sequunf app̄hensiones: nō ꝓpterea dicunf volūtarij: īmo
sunt nāles sequētes ex ordine tales app̄hēsiones sicut mot⁹ mem
broꝝ sentiētiū ad ꝯtrahendū se sunt mot⁹ nāles: q2 nō sunt ab īpe

rio volūtatis: ⁊ ideo facta punctione ⁊ dolore mēbrū seip̄m ꝯtra-
hit velis nolis. ista tamē ꝯtractio motus nālis dicif. Aliter pōt di
ci ꝙ motus matricis ⁊ stomachi ad expellendū nō est semꝑ īmo
raro cū actuali cognitione: ⁊ ideo vt plurimuꝫ motus eoꝝ est nā-
lis: ⁊ sic cōmuniter tenef: sed qñ ꝯiungif actus separationis: tunc
est aliquo mō ⁊ īproprie volūtarius. ¶ Et cuꝫ dicif ꝙ istis mēbris
datus fuit sensus. Dōm ꝙ nō ꝓpter operationes eoꝝ frequēter:
īmo a quadā ꝓprietate sine notitia inclinaf in obiectū fundus sto
machi ⁊ intestina ⁊ vene epatis ⁊ mēbroꝝ. ¶ Et cū dicif ꝙ illa mē
bra nō mouenf ad apprehensionē iuuatiui ⁊ nocitiui. Dōm ꝙ ve-
rum est ad apprehensionē nālez nō aūt ad cognitiuā notitiā. ¶ Et
cū addif in plantis nō sunt isti motus locales: q2 nō est in eis sen-
sus. dico ꝙ hoc qd̄ est nō habere sensum est signū: nō tñ est cā ꝑꝑ
quā nō mouenf localiter: sed cā est: q2 hñt talē formā nālē que nō
meref motū: ⁊ ideo stomachū ⁊ matricē moueri localiter nō est:
q2 sentiāt: sed q2 sunt talia entia nālia. ¶ Ad scd̄am rōnē cū dr̄ mo
tus aīaliū īperfectoꝝ est volūtarius. Dōm ꝙ verū est: ⁊ cū dicitur
ꝙ nō fit cū apprehensione statim: nego: sed sicut illa aīalia habēt
phantasias indeterminatas: ita ille mot⁹ est volūtarius nō perfe
ctus ⁊ nō fit per musculos: sicut esse dicim⁹ de partibus decisoruꝫ
aīaliū que mouenf: ⁊ pꝫ 2° de aīa cōmē. 20. ¶ Sed tu dices taleꝫ
dicā motū anhelitū qualis est aīaliū īperfectoꝝ qui mot⁹ est vo-
luntarius cuꝫ īperfecta phantasia ⁊ imaginatione. ¶ Dōm ꝙ hoc
nō est possibile: q2 illa aīalia ex eoꝝ nā seqf talis indistincta phan
tasia: vt sit q̄si ꝯiuncta sensui tact⁹ in nobis: ⁊ in aīalib⁹ perfectis
nō videf ꝙ illa phantasia inde articulata reperiaf: qua fiant eoꝝ
mot⁹ volūtarij. ¶ Sed dices dicaꝫ ꝙ reperif saltē talis qualis in
motu matricis vel stomachi quādo mouef cū tristitia vel delitia.
¶ Dōm ꝙ illi motus sunt etiā s̄m illos qui tenent opi. Gal. nāles.
Et tunc dicemus ꝙ motus anhelitus est nālis cui ꝯiungi pōt qñqꝫ
sensitiuus: ⁊ rediret ad opinionē Auer. ¶ Ad tertiā rōnem que est
ratio Gal. soluemus sicut ēt Auer. soluit: ⁊ p̄mo ordinabimus ꝓ-
positiones sic. Existēte neruo in pectore est voluntarius motus: ⁊
hoc inuit Auer. cū dicit. Inciso neruo est īcisuꝫ instr̄m voluntarij
mot⁹. i. neruo existēte est voluntarius mot⁹ in mēbro: ⁊ īciso ner-
uo cessat voluntarius mot⁹. Et tunc īnuit per syllogizationē: ẜ cuꝫ
pect⁹ moueaf per neruos euidēter: ẜ mouetur voluntario motu.
Primo Auer. rñdet logice ⁊ sic. Quādo aliq̄ res tenet aliqd̄ p̄dica
tum per aliqd̄ subm̄ ꝓpōnis alicui⁹: nō sequif ꝙ si a re moueatur
subm̄ ꝙ ꝓpterea remoueaf p̄dicatum. Exēpluꝫ logicale. Hō aīal
nō homo nō aīal. Ita in ꝓposito hoc p̄dicatuꝫ moueri voluntarie
vel nō moueri in ꝓpōne affirmatiua vel negatiua tenef ab illa re
que est pectus mouere mediāte hoc subto ꝓpōnis affirmatiue vl'
negatiue qd̄ est neruus. Uñ dicim⁹ pect⁹ mouef neruo existēte ⁊
cessat mot⁹ neruo īciso. Si ẜ inferaf: ẜ neruus est ꝓpriū p̄ncipiuꝫ
in hac re: ⁊ pectus nō hꝫ in se p̄ncipiū motus: sed totū est a virtu-
te volūtaria que est in neruo. Illa ꝯñtia est falsa apud Auer. q2 a
pectore vel musculo remouēs hoc p̄dicatuꝫ esse motiuū vel p̄nci-
piū motus est per remotionē subiecti. s. nerui in p̄dictis ꝓpōnib⁹
quo subiecto affirmabas motū de pectore. Modo talis ꝯñtia nō
tꝫ: q2 dato opposito ꝯñtis nō interimif añs. v. g. ꝯñs Gal. est pect⁹
nō mouef nisi per virtuteꝫ in neruo: ita ꝙ neruus est p̄ma cā in h̄.
Oppositū huius est. pectus mouef per virtutē p̄mā que nō est in
neruo vel a neruo. Ista ꝓpō īterimit illā. pectus mouef existēte
neruo. nō illā que dicit. pectus mouef īciso neruo. Stant. n. simul
pect⁹ moueri per virtutē ꝓpriā que est in neruo: ⁊ tñ nō moueri
īciso neruo. Multa eni hñt in se p̄ncipiū mot⁹ que nō mouenf nisi
aliq̊ extrinseco ꝯcurrēte: qd̄ tñ extrinsecū nō est p̄ncipiū ꝓpriuꝫ:
vel p̄ncipiū in illo motu. Et siqs ꝯsiderat quodāmō tenēꝫ viā Gal.
ex opposito ꝯñtis iducit suā ꝯñam. Et in sūma in argumēto. h̄. est
fallacia ꝯñtis. ¶ Alius modus posset dari ad ītroducēdū modum
Auer. ⁊ tu ꝯsidera. Tādē Auer. soluit physice sic. si īcidanf vene in
collo aut dormitaref: vel sic̄ in apopletico cessat a toto corꝑe mo
tus volūtarius: nō ẜ sequif: isti nerui ⁊ vene sunt p̄nᵐ ois volūta-
rij mot⁹ in toto corꝑe. Cōsequētia ẜ Gal. est falsa. Alia solo decla-
rās totū est: q2 neruus dat aliqꝫ rē: q2. v. g. aliquē calorē quo cōple
tur. i. iuuaf hec oꝑatio. ⁊ qñ ledif neruus: ledif hec oꝑatio. non tñ
sequif. ẜ neruus est p̄ma cā in illa. Tertia solo est. ꝯcesso ꝙ īpedi-
to motu voluntario: īpediaf motus anhelitus. nō sequif. ergo ois
motus qui est in neruo est voluntarius: īmo accidit motui nāli ꝙ
fit volūtarius: q2 ꝯiunctus voluntario. ⁊ hoc apparet in musculo
palpebre cuius nō ois mot⁹ est volūtarius. Et cū dicit Auer. nihil
lucraf: vult dicere ꝙ ꝯcesso ꝙ musculus moueaf solo motu volū
tario: non habet Gal. propositum: q2 motus musculi voluntarius
apud Auer. non est a neruo: immo a corde: sicut patet in precedē-
ti cap. 15. 2. colliget. ¶ Ad illam rationem Dyni que dixit ꝙ potest
fieri motus voluntarius per assuefactionem: sicut anhelitus na-
turalis. Dicēdū ꝙ habitus isti regrunt multos actus p̄cedentes.

⁋ Quid ergo dicem⁹ de īfante q post exitū ab vtero anhelat dormiēdo. ⁋ Ad aliud cū dicit ꝙ hō mouet mēbrū aliqđ nō ꝑcogitās. Dicendū ꝙ ille motus est nālis: vt cōdistinguit volūtario nō vt cō distinguit violēto. de quo datur exēplū. portatio lapidis a manu est volūtarius motus. si ḡ manus det lapidi vnā formā ꝙ remota manu ēt remoueat lapis nō diceret ꝓprie lapis moueri voluntarie: imo moueri ꝑꝑ aliq̄ꝫ formā nālez. ⁋ Ad 2^{m} de puero q mingit in lecto. Dōm ꝙ si nō sit lubricitas aque: imo volūtaria expssio ibi est volūtas manifesta: lꝫ nō sic sic in vigilia: vñ ipse imaginat locū in q̊ sit bonū mingere. hec declarabunt si deus voluerit ibidē. accipe de his opiōnē quā vis. ⁋ Tamen puto ꝙ ꝯcordia sit pōis: qm̄ Gal. in lib. de disnia illo cap. scriptū aūt est manifeste. s. ca. 2. sūme 2. doctri. 2. Uult ꝙ virt⁹ vitalis sit cā efficiēs anhelitū: ⁊ ēt virtus volūtaria. Dicemus ḡ ꝙ Gal. vidit q̄dā mēbra moueri motu: q̊ nō īdiget cerebro vt sic moueant sicut matrix stōch⁹ cor ⁊ arterie: ⁊ illa mēbra dixit moueri motu nāli. Uidit etiā q̄dā mēbra nō posse moueri per calorē vel virtutē nālē in eis: nisi ꝯiūgat tēperamēto cerebri sic pect⁹. Nā qñ in somno mouet: aut qñ nō cogitam⁹: iste mot⁹ nō fit nisi cū aliq̊ tēperamēto dato a cerebro iūcto tēpamēto dato a corde: ⁊ q̄re hoc: q2 sunt talia entia. Nō ḡ fuit ita fatuus Gal. ꝙ crederet motū anhelitus in maiori ꝑte esse a volūtate: nec ꝙ crederet fieri solo tēperamēto cerebri. Sed q2 vidit ꝙ ꝯcurrit tēperamētū cerebri ꝙ cerebrū est ꝑncipiū aīalis motus apud eū: ideo dixit esse motū nālē ⁊ sic volūtariū. Cōsidera ibi.

¶ Jam apparet qūo est cōtrarius. Etenim cause sunt ꝯtrarie: qꝛ diminutio necessitatis: vel qꝛ completur per magnitudinem solam. Et quādoqꝫ. Hoc est quādo dolēs experit: ꝙ si cessat a velocitate ⁊ spissitudine ⁊ mouet cum tarditate: minus dolet ⁊c.

¶ De anhelitu frequenti. Cap. 17m.

Est anhelitus inter quē ⁊ inter illuʒ qui est ante ipsum abbreuiatur tēpus.

¶ Primo notificat anhelitū frequētē. Scdo ponit eiꝰ causas ibi (Et ex causis.) Tertio ponit distictionē. ibi (Et tu qdē.) Quarto ponit sñiam Hip. ibi (Et anhelitus.) ¶ Cōsiderādū ꝙ ſm Gal'. p̄ lib. de disnia cap. 1. doctri. 1. sicut dicimꝰ nuces aut ficus aut alias plātas frequētes iter quas paruū spatiū iterponit: ita motꝰ sunt frequētes inter quos paruum temporis spatium est.

¶ Et ex causis eius est vehementia necessitatis cū nō sufficit magnitudo ⁊ velocitas: qm̄ ipsa est maior q̄ꝫ sit illud qδ cōprehēsum est ad ipsam cū eis: qm̄ minor ea est ꝓhibitio ex dolore: aut apāte: aut cōstrictione pp mās plurimas: aut coartatiōeʒ aut effusionē puris in spatio pectoris: aut aliquā causaꝝ cōstrictiōis. Et tu quidē discernes inter illum qui accidit causa necessitatis ⁊ illum q accidit causa doloris ⁊ aliorum ex eis que preterita sunt tibi in capitulo magnitudinis. Et anhelitus frequens ſm ꝙ testat de eo Hip. facit sequi nocumentum pp exiccationem pulmonis ⁊ destructionē instrumēti ⁊ anhelitus in eis que ipsum sequuntur.

¶ Ponit duas causas in genere. Una est addita necessitas intantuʒ ꝙ nec velocitas nec magnitudo pōt eam cōplere: qꝛ est maius q̄ꝫ sit id quod cōprehensuʒ est ad illū anhelitū. Cū eis. s. in magnitudine ⁊ velocitate. Qm̄. Hic īnuit scdāʒ cāʒ cū est necessitas minor p̄dicta: sʒ qꝛ nō pōt fieri magnꝰ anhelitꝰ: qꝛ ē ꝓhibēs: vt dolor ⁊c. opʒ ꝙ fiat frequens anhelitus: vt testatur Hip. 1. regi. acu. tex. cōmē. 32. pōt sumi ꝙ frequens anhelitus ingrossat sputum ⁊ fit ex hoc anhelitus difficilior ⁊ nocetur ex hoc instrumentum anhelitus de quo habet infra cap. de pleuresi.

¶ De anhelitu frigido. Cap. 18m.

Significat mortificationē virtutis ⁊ extictionem caliditatis innate ⁊ conuersionē complexionis cordis ad frigiditatē. Et est deteriꝰ si-

gnuz in egritudinibus acutis: ⁊ ꝓprie quando cum eo est raritas in substantia. Nā tūc cōpletur significatio eius super resolutionem innati caloris.

¶ Multiplicat hic Aui. vba cū dixit mortificationē ⁊ extictionē ⁊c. ꝑꝑ diuersos modos quibus ꝯtingit in nobis frigiditatē acqri.

¶ De anhelitu fetido. Cap.19m.

Est itrans in fetore oris: sed sepatur a reliqs speciebus fetoris oris: quoniaz in illis speciebus quandoqz euentatur fetor in dispositiōe que nō est anhelitus ⁊ significat humores putrefactos in mēbris anhelitus. s. aut cāna: aut pulmone cū in eis putresit humor: aut materia.

¶ Uult dicere ꝙ fetor oris ꝑꝑ cām in ore appet qñqꝫ nō existēte anhelitu. Et hͦ ē qđ dicit. in illis spēb⁹ fetoris oris qñqꝫ euentatur. i. ꝑcipit: vel appet fetor ⁊c. sꝫ fetor oris q est ꝑꝑ cām in pulmone appet maxīe tpe anhelit⁹. Et significat. s. anhelitus fetidus ⁊c. Humor. i. mā sub forma humorali. Aut mā. s. alia: vt pars membri.

¶ De permutationibus que currunt inter anhelitū magnum ⁊ anhelitū velocē ⁊ anhelitū frequentem ⁊ contrarios eoꝝ. Cap.20m.

Iam sciuisti ꝙ quando necessitas additur magnificat anhelitus. Sꝫ si additur plus fit velocior: ꝙ si addit plus fit freqūs. Si autē recedat necessitas minuitur prius frequētia: deinde velocitas postea magnitudo.

¶ Hoc caplm est difficile in quo Auic. vult cōparare anhelitū magnū ⁊ velocē ⁊ frequētē: ⁊ ꝯtrarios adinuicē in ꝑmutatiōe de vno in alium: vt dicit rubrica. Et p̊ cōparat anhelitū quātū ad tempora motus. Scđo quātū ad tempora qetis. ibi (Cū enim.) Pria in. d. Primo determinat de hmōi ꝑmutationibus ꝯsiderando absolute anhelitū. s. totū quātū ad duos motus. Scđo ꝯsiderādo ptē vnā. s. dyastolē cōparādo illā systoli ⁊ ecōuerso. ibi (Et si tu.) ¶ Ad primi euidētiā ꝯsiderādū ꝙ ꝑmutatiōes anhelitus in his differētijs magno ⁊ veloci ⁊ frequēti ⁊ ꝯ̄rijs nō sunt n. si ꝑꝑ ꝑmutationes factas in causis a qbus depēdent he diuersitates sue dr̄ie. Cause aūt tres sunt: necessitas euētandi calidū ⁊ virtus ⁊ istrm̄. bm eni ꝙ iste cāe aliter ⁊ aliter disponunꝰ fit diuersitas in anhelitu in esse magnum velocē ⁊ frequētē: aut paruū tardū ⁊ rarū bm ꝙ pꝫ ꝑ Gal. in. 1. lib. de disnia in pluribus caplis. Rō est qꝛ qđ est variabile atqꝫ depen dēs a cā variaꝰ bm ꝙ cā variaꝰ. Primo ergo. A. ostēdit variationē anhelitus in differētijs dictis ⁊ ꝑmutatiōe de vna ad aliā variatione facta in necessitate euentandi. Scđo variatiōe facta in virtute ⁊ instrumēto. ibi (Et similiter.) ¶ Dicit primo ꝙ quādo necessitas addiꝰ fit magnus anhelitus: ⁊ si plus fit velox: ⁊ si plus fit freqūs.

¶ Cōsiderādū ꝙ illas additiones opꝫ cōparare ad equalē necessitatē ꝯiūctā forti virtuti ⁊ obediētie instr̄i siue illa sint in corpore optime sano siue sibi sano. Fingam⁹ ergo ꝓ exēplo optīe sanū corpus in quo pūctualis sit necessitas sibi debita cū sua sanitate ⁊ virtutꝭ fortitudine ⁊ obediētia instr̄i. Si ğ addiꝰ calor ei⁹: vn̄ addiꝰ necessitas euentādi stāte virtute forti ⁊ obediētia instr̄i fit anhelitus magnus: si plus addiꝰ fit velox cū magnitudine: si adhuc plus erit freqūs: ğ poterit argui: iste anhelit⁹ est frequens: ğ est magnus ⁊ velox: sꝫ nō licet arguē. est magnus: ğ est velox vel freqūs: prius. n. in eo erat magnitudo q̄ꝫ velocitas. ¶ Scđo ꝯsiderādū ꝙ ista diuersificatio necessitatis ꝑ additionē pōt intelligi in latitudine sanitatis: ita ꝙ remaneat iste sanus: ⁊ pōt intelligi extra latitudinem sanitatis. Ratio qꝛ calor iste additus sit febrilis.

Dubm p̄m ¶ Sꝫ tūc dubitaꝰ qūo ğ poterit saluari fortis virt⁹ ⁊ obediētia istr̄i: si est īfirmus hō hic tēperatus q p̊ erat sanus. ℟ Dōm ꝙ virt⁹ est fortis cū quadā latitudine ⁊ cōparatiōe ad debilitatē quā faceret quidā ali⁹ calor febrilis. v̊. g. habēs effimerā est fortis respectu habētis putridā malā. ¶ Sꝫ tu diceres iste tēperat⁹ hō qui est ꝑmutatus ad febrilē calorē dꝫ hēre anhelitū magnū ⁊ velocē respectu eius q erat qñ erat sanus. Qūo ğ virtus que debilis est ex febre faciet anhelitū maiorē illo q erat in sanitate. ℟ Dōm ꝙ cōmouente necessitate appet lucide in sano tēꝑato ꝙ gradualis additio necessitatis faciat ꝑmutationē ad magnū ad velocē ad frequētē. Si āt recedat a gradu necessitatis ad quam ꝑuenit: ⁊ redeat ad primā a qua icepit: ⁊ est hoc dicere recedat necessitas: tunc id qđ p̊ minuiꝰ ab illo anhelitu est illud qđ vltimo venit. s. frequētia: remanebit ğ anhelitus magnus ⁊ velox nō tñ freqūs: ⁊ si alter gradus necessitatis recedat remanebit magnus: non tñ velox nec frequens: ⁊ si alter recedet magnitudo remanebit sicut prius.

Dubm 2m ¶ Sꝫ dubitaꝰ q̄re p̄mū qđ facit virtus qñ addiꝰ sibi necessitas euētādi est magnitudo: scđm est velocitas: tertiuz frequētia: ⁊ q̄re nō fit frequētia p̊. ℟ Dōm ꝙ virt⁹ p̊ dꝫ facere id quo magis ⁊ citius cōsequiꝰ suū finē. finis āt anhelit⁹ est hēre aerē sufficiētē euētātē. surgēte ğ necessitate ad augmētū ꝑ nullū modū mouēdi hꝫ virtus maiorē copiā aeris q̄ꝫ per magnitudinē vndiqꝫ dilatādo pectus: ⁊ vehemēter. s. ad magnas distātias. Si aūt ista copia nō sufficiat conaꝰ quātū pōt ꝙ calor tēpereꝰ citius q̄ꝫ possibile sit: vt nō lōgo tpe moretur incendium caloris: ⁊ hoc facit cū motu veloci: ꝙ si non sufficiat abbreuiat tēpus quietis ⁊ frequentat.

Dubm 3m ¶ Dubitaꝰ scđo Aui. ostēdit modū ꝑmutationis in magno veloci ⁊ frequēti ⁊ ꝯ̄rijs sua variata necessitate ꝑ additiōez ⁊ variata ꝑ reditū a gradu ad quē adijt: sꝫ ego q̄ro de ꝑmutatiōe in istis differentijs facta ꝑmutatiōe a necessitate a gradu nāli eq̄li versus diminutionē ⁊ defectū. v̊. g. adueniat hoī optīe sano friditas remittēs de sua necessitate quātū ex alia pte calor addebat: vn̄ fiebat magnus anhelitus: deīde plus remittēs quātum addebat calor vn̄ fiebat velox: deinde plus quantum addebat calor vnde fiebat freqūs: quero ergo q̄lis ꝑmutatio erit in istis differentijs facta diminutione ab eq̄li. ¶ Nō iueni istā qōnē esse motā ab aliquo: dicā ğ qđ mihi appet. Et fingo hoiez tēperatū hn̄tē anhelitū tēperatū inter magnū ⁊ paruū velocē ⁊ tardū frequētē ⁊ raꝝ. Si ğ stante virtute forti ⁊ obediētia instr̄i adueniat sibi p̄mus gradus frigoris: ꝯuertiꝰ anhelitus ad raritatē: vt p̄m qđ ꝑdat sit sua eq̄litas īter rarū ⁊ freqūs: vt dicam⁹ dimittē suā frequētiā tēperatā ⁊ ꝑmutaꝰ ad raritatē: deīde si plus addiꝰ frig⁹ ꝑmutaꝰ ad tarditatē: vltīo si plus fit paru⁹: sequiꝰ ğ anhelit⁹ est paruus ꝑꝑ nectatē diminutā: ğ est tardus ⁊ rarus: sꝫ nō seqꝰ ē tardus ⁊ rar⁹: ğ paru⁹. Id aūt qđ me mouet est p̊ quedā auctoritas Aui. scđa p̄mi cap. de causis pulsus: vbi dicit ꝙ virt⁹ cū diminutiōe necessitatis nō mutat multuz de pulsu equali in magnitudine si instrm̄ nō sit ꝓhibēs ad dilatatiōez. Idez Gal. in libro de disnia illo ca. his ğ oīno. vbi postq̄ꝫ ostēdit ꝙ bꝫ additiōez necessitatis deueniꝰ ad anhelitū magnū ⁊ velocē ⁊ frequētē: vult ostēdere qūo bm diminutiōis necessitatē fiat talis ꝑmutatio. Et dicit si minorata fuerit que bꝫ nām caliditas alijs causis nō ꝑmutatis manētib⁹ adhuc ⁊ ꝑuā ⁊ tardā ⁊ rarā necessariū est fieri īspiratiōez: sed parū ei que bm nām. s. ꝑmutata caliditate minorē: multū v̊o tardiorē: plurimū v̊o rariorē. Uult ğ Gal. in hoc sermōe ꝙ talis anhelitus est minor q̄ꝫ pri⁹: sꝫ est plus tardus ⁊ multo plus rarus q̄ꝫ sit paruus. Et hoc declarat sermo quē subdit. Remota. n. necessitate virtute existēte robusta nō ꝯtingit multo minorē fieri dyastolē. q. d. si ꝯtingat eā fieri tardiorē ⁊ adhuc plus raram nō tñ multo plus paruā. Amplius mēs Gal. ⁊ Auic. est ꝙ necessitate existēte diminuta: nō multū diminuiꝰ anhelitus ab equali: aut ğ ītelligūt ꝙ tātuz minuiꝰ quātū ē gradus necessitatꝭ: ⁊ tūc nihil eēt dicere: aut ꝙ minus q̄ꝫ sit gradus determinatus necessitati: ğ quātitas talis pulsus superat suā necessitatē: ğiddeꝰ raritas. Et qꝛ tex. ille Gal. posset ab hoīe exercitato in suis modis loquēdi ꝯuerti ad cōtrariū sensum nr̄e ꝯclusionis: ideo ꝓbo ꝑ rōnē fundatā in p̄ncipijs Gal. ⁊ Aui. semꝑ virtus suā necessitatē euitādi cōplet cū dr̄ia mot⁹ p̄ma. s. cū magnitudine ⁊ p̄supponiꝰ ꝙ virtus sit fortis ⁊ instrm̄ sibi obediat ⁊ ꝙ sit remissa nectas: ğ illa tātā necitatē que sibi inest cōplebit cū dilatatiōe pectoris vel motu pectoris quā facere poterit qñ anhelitus est parū minor q̄ꝫ eq̄lis. sꝫ qñ virtus cōplet necessitatē in magnitudīe: tūc remittiꝰ frequētia plus: ğ iste anhelitus erit magis tardus q̄ꝫ paruus. Sꝫ tūc est rō fortis ꝯ̄. ꝑ quācūqꝫ vnā rōnē ꝯ̄riū vnū cōparaꝰ ad vnū mediū: ꝑ rōnē oppositā ꝯ̄riū aliud cōparabiꝰ ad idē mediū. sed p̄mus gradus caloris additus eq̄li faciet anhelitū magnū: ⁊ hoc est p̄mū qđ facit: ğ ꝑ oppositā p̄m⁹ gradus frigoris illi eq̄li adueniēs p̄mū qđ faciet erit anhelit⁹ paruus. Dōz ꝙ credo ꝙ frigidū ex pte rei siue nā rei ꝑuificat: nō tñ concedo ꝙ plus ꝑuificet q̄ꝫ rarificet anhelitū. ℟ Cōtra. calor additus plus magnificat q̄ꝫ velocitet: ğ frigus ꝑ oppositum plus paruificat q̄ꝫ rarificet. Dimitto solōnē alijs: ⁊ cui videꝰ hec rō soluat rōnez ꝯ̄riā. Qui v̊o voluit hāc rōnē soluere: ꝯsideret ꝙ ꝓpositio supra accepta verificaꝰ de ꝯ̄rijs respectu ei⁹ qđ īmediate ⁊ ꝑ se causat: vt albū ⁊ nigrū i ꝯgregādo ⁊ disgregādo respectu medij. Cōsideret ēt ꝙ fridū de quo loqmur semꝑ stat sub forma caloris: īmo est diminutus calor: ⁊ necessitat euētationē bm sui gradū. Cōsideret ēt ꝙ qñ dicim⁹ ꝙ additus calor p̊ addit magnitudinē: ītelligo ꝙ plus addit in magnitudine q̄ꝫ in velocitate ⁊ frequētia: sed tñ in oībus aliqd addit. Et cū dico frigus adueniēs diminuit p̊ frequētiā: ītelligo ꝙ plus diminuit in frequentia: lꝫ in oībus aliqd diminuat. Et cū dico frigus adueniēs diminuit velocitatē ⁊ magnitudinē: dico ꝙ verū est: sed ꝙ plus diminuit frequētiā: ⁊ ꝙ plus facit opari raritatē q̄ꝫ paruitatē ⁊ tarditatē ita imaginor. ℟ Scđo aliter arguit qs ꝯ̄. mulieres

habēt

habēt ĩfra viros gradū necessitatis diminutā: ⁊ tñ habēt pulsum: ⁊ sic anhelitū paruū ⁊ minus tardū ⁊ minus rarꝫ. Dōm ꝙ hoc est ꝑꝑ duo. Prio ꝓpter defectū virtutis ⁊ inobedientiā organi: vñ nō pōt virtus facere magnitudinē. Hic aūt cōparam⁹ eidē corpori. v.g. viro tēpato stāte fortitudine virtutis eadē ⁊ obediētia instr̄i.

¶ Et similiter aliter vt prius quando minuuntur desiderium ⁊ probibitio.

¶ Hic ostēdit ꝑmutationē in his differētijs ꝯsiderata virtute ⁊ instrumēto. Et ꝑ̄ facit hoc. Scđo infert quoddā. ibi (Quare est egritudo.) ¶ Prima in duas. Primo ostēdit qūo fit permutatio in his differētijs qñ virtus diminuēdo ꝓcedit: ⁊ instr̄m inobediendo siue resistēdo siue ꝓhibēdo ꝓcedit. Scđo qñ stat ⁊ nō fit reditus a casu virtutis versus fortitudinē: nec ab inobediētia instr̄i sine resistētia ad obediētiā. ibi (Et qñ deficit.) ¶ Cōsiderandū ꝫm Dynū: ⁊ bñ ꝙ per desideriū ĩtelligit virtutē motiuā spūaliū factricē anhelitus que mouet desiderās aerē: sicut ēt Gal'. ponit in cōmento afo. 42. ꝑticu. 2. s. apoplexiā ⁊c. ⁊ qñ ipsa debilitat: tūc debilitat desideriū in mouēdo pectus: sed ꝑ ꝓhibitionē ĩtelligimus instr̄m qđ mouet ⁊ vocat ꝓhibitio inquātū omne mobile nāle resistit aliquo modo mouēti. Dicit ergo Aui. ꝙ qñ diminuit desideriū. i. virtus: silr̄ supple fit ꝑmutatio aliqua ꝫm has dr̄ias anhelitus. Primuꝫ qđ fit ex defectu virtut' est paruitas: ⁊ si plus debilitat fit tarditas: ⁊ si plus fit raritas: si ergo vltimū qđ ꝑdituꝫ est: est frequētia poterit anhelitus esse freqūēs tardus ⁊ paruus sicut dicimus de pulsu formicāte. Et ꝓhibitio. i. instr̄ꝫ cū diminuit: q2 fit inobediēs. Primū qđ deficit est magnitudo: q2 nō pōt ĩstr̄m dilatari: postea si plus fiat inobediēs nō poterit ēt velociter moueri: ⁊ sic deficiet velocitas: ⁊ sic de istis ꝑmutationibus. ¶ Cōsidera circa ꝑ̄dicta ad exercitanduꝫ mentes ꝙ quedā de his ꝑmutationibus factis de facto sunt possibiles ⁊ clare: sed in qbusdā latet ambiguitas possibilitatis. Clarum enim est possibile eē ꝙ stāte virtute forti ⁊ sic remanēte cū quadā latitudine ⁊ stāte obediētia instr̄i pōt addi necessitas gradualiter intantū ꝙ fiet anhelitus magnus velox ⁊ spissus ⁊ poterit fieri reditus. Clarū ēt est ꝙ stāte virtute forti ⁊ obedientia instr̄i poterit gradatim diminui necessitas ꝑ aduētū frigoris q̄ fiet anhelitus rarus tardus ⁊ paruus: lꝫ hoc ita nō sit clarꝫ in frigore sicut in calore q2 fortitudo virtutis plus stat cū caliditate q̄ꝫ cū frigore. Claruꝫ ēt est ꝙ pōt fieri reditus recedēdo a frigore diminuta necessitate veniēdo versus calorē: sꝫ nō est ita clarū ⁊ de facto possibile ꝙ stante necessitate ⁊ obediētia ĩstrumēti possit ita gradualiter deficere virt⁹ ꝙ veniat anhelitus ad raritatē. Qꝛ eni stet calor iducēs necessitatē ⁊ virtus deficiat: vñ fiat anhelitus ꝑuus velox ⁊ freqūēs: aut stāte necessitate adhuc plus deficiat virtus: vñ fiat anhelitus paruus ⁊ tardus ⁊ freqūēs hoc satis appꝫet. sed ꝙ adhuc plus deficiat virtus: ita ꝙ cesset frequētia ⁊ fiat rarus: hoc est difficile imaginari: dico stāte necessitate: q2 iste videt iā venisse ad frigiditatē ⁊ cōgelationē per resolōnez hmōi calidi: ꝫ cessauit tota latitudo addite caliditatis q̄ excludit a tota latitudine diminute necessitatis. Similiter nō est clarum ꝙ virtus stet fortis ⁊ necessitas quibus stat anhelitus hoīs tēperati equalis: ⁊ ꝙ instr̄m variet intātū ꝙ variētur oēs tres differētie. Est enim clarū ꝙ stāte virtute forti cuꝫ sua necessitate vel cū addita necessitate si fiat instr̄m inobediēs nō poterit magnus anhelitus fieri: sed fiet paruus velox ⁊ freqūēs. sꝫ nō est clarū qñ remanēte virtute forti ⁊ necessitate addita ĩstr̄m. s. pectus possit ita ĩdurari: vel vt dicā lapidē fieri ꝙ nō possit velociter ⁊ multo plus frequēter moueri: nō videt possibile remanēte virtute forti saltē cū mensura caloris. de hmōi possibilitatibus ⁊ ipossibilitatibus fecit nos perpendere Haly. 2. trac. thegni. 74. cōmen. al's trac. de corde. cōmen. 8. vbi sufficiēter loqūēs de his solū de ꝑmutatione triū differētiaꝝ dat exēplū in variatiōe necessitatis: sꝫ quādo loquit de virtute dat exemplū de ꝑmutatione magnitudis ad paruitatē: ⁊ de velocitate ad ꝑuitatē ⁊ tarditatē remanēte frequētia: sed loqūēs de ꝑmutatiōe instr̄i dat exemplū de ꝑmutatione magnitudinis in paruitatē qñ fit instr̄m inobediens. Et cū dicit Haly. accidit loco eius pulsus magni qui est factus ꝑmutatus in motu ⁊ quiete: q2 fit loco eius velox: ⁊ sic in motu fit permutatio ⁊ freqūēs: ⁊ sic in quiete: ita dꝫ ĩtelligi hic: ꝫ siue vera siue ficta incitāt futuros. Alia exercitatio est. Ecce cū qs est in vltimo gradu diminute necessitatis: ⁊ reuertat qđ ꝑ̄ resumit de differētijs anhelitus ꝑditi. Amplius aliqs est in vltimo debilitatus refortificat virtus qd ꝑ̄mo resumet. Tertio aliqs est in vltimo obediētie qd ꝑ̄ resumet. Omitto illa quāuis ex dict' multa appareāt. ¶ Cōsiderādū vlterius ꝙ lr̄a que dicit minuit desideriuꝫ posset aliter exponi: vt dicatur minuit desiderium. i. necessitas euentandi: ⁊ ꝑ hoc additio frigoris gradatim oppositi calori addito. Et ꝫm hoc Auic. solueret questionē quā supra moui: ⁊ dixit nō esse motam ab alio. Et dicit Aui. quādo minuit necessitas euentandi ⁊ fit probibitio. s. aduentus aeris: ⁊ hoc qñ est necessarius. vel fit ꝓhibitio caloris: ⁊ idem est dicere. similiter supple ꝑmutātur differētie anhelitus: sicut statim dictū est: dixerat aūt statim ꝙ si fiat reditus ab addita necessitate: prius minuit frequētia deinde velocitas: ita hic addito frigore ꝑ̄mo prius diminuit frequentia ⁊ fiet anhelitus rarior q̄ꝫ prius: deinde tardior. ⁊ ista expositio videt ad mentē Aui. per hoc qđ dicit similiter: q2 alicui statim dicto ista ꝑmutatio assimilat: ⁊ cōsona est ēt hec expositio cū eo qđ statim dicet in expositiōe illius vocabuli ꝓhibitio: q2 tñ sermo Auicē. videt cōtinuus in hoc qđ dicit minuit desideriū ⁊ ꝓhibitio: ideo videt velle ꝙ minuat desideriuꝫ ⁊ minuat probibitio: ideo ad saluandam nostrā expositionē scđaꝫ dicemus ꝙ Aui. per desideriū intelligit necessitatē tēperādi calorē per attractionē aeris: ⁊ recte vocat desideriū: q2 est prior ⁊ ꝑ̄ncipalior pars anhelitus. sꝫ ꝑ ꝓhibitionē ĩtelligi necessitatē mūdificādi fumos ⁊ aerē calefactū: ⁊ hoc fit ꝑ actū systolis ⁊ ꝯstrictionē pectoris: ⁊ vocat ꝓhibitio: q2 rōne finis ꝯstrictio est ꝓhibere nocumentū ex illis vaporibus ⁊ fumis: ⁊ educere eos extra: nec hoc est principale desideriū: imo ꝑ̄ncipale desideriū est in anhelitu trahere aerē. vnde supra. 1. caꝑ̄. huius fen dixit. iuuamentū pulmonis oīno est attractio aeris. hoc ergo est qđ pulmo ꝑ̄mo desiderat ⁊ ꝑ se dico inquantū est organum seruiens cordi. Secundo aūt desiderat probibitionem ⁊ expulsionē illorum vapoꝝ: ⁊ ideo dicitur ꝓhibitio. Dicit ergo cum minuitur desideriū idest necessitas attrahēdi aerem frigidum. Et cuꝫ minuit probibitio idest necessitas expellendi. similiter fit vt prius. Dicit pri⁹ q2 mag' minuit frequētia: deinde minuit velocitas: deinde magnitudo. Si aūt vis tenere ꝯtrarium opinionis in hac questione: tunc expone textum istum similiter supple primum qđ mutatur est magnitudo: sicut enim addita necessitas primo mutabit magnitudinem q2 faciet pulsum maiorem postea magis ⁊ magis addita mutabit pulsum ad velocitatem ⁊ frequētiam: ita ex opposita diminuta necessitate primū qđ mutabitur erit magnitudo ad paruitatem: deinde si plus diminuit ad tarditatem: tertio ad raritatem.

¶ Et quando deficit reditio in itentionibus primis tribus iuenitur raritas plus: deīde tarditas postea magnitudo: quare est egritudo a naturali ad paruum minus q̄ꝫ ad tardum: ⁊ ad ambo minus q̄ꝫ ad rarum. Et si tu experieris ista in dilatatione ⁊ constrictione simul ꝫm diuersitatem duarum necessitatum predictarū declarabit tibi diuersitas in additione ⁊ diminutione.

¶ Hic ostēdit quid de istis differētijs anhelitus quādo iam deuentum est ad vltimū gradū diminute necessitatis addite: itaq ibi statur ⁊ nō reditur: ⁊ dicit ꝙ quādo deficit reditus in tribus gradibus diminute necessitatis: ita ꝙ statur in vltimo ad qđ deuentum est: tūc differētia anhelitus que plus est scilꝫ magis addita est raritas deinde post illam est tarditas: deinde post illam paruitas. ¶ Cōsiderandū primo ꝙ sicut imaginamur tres gradus addite necessitatis sup equalem necessitatē hominis temperati: vñ fiunt tres differētie anhelitus scilꝫ magnus velox ⁊ freqūēs: ita imaginari oportet tres gradus diminute necessitatis quibus sunt tres opposite differētie. s. paruus tardus ⁊ rarus: ⁊ q2 necessitas est finis vel mouens ad finem ⁊ finis erat intētio: ideo Auic. tres necessitates vocauit tres intētiones. Hoc habito videt intentio Aui. ꝫm hāc opinionē ꝙ quādo stat ⁊ iam deuentū est ad terminū scilꝫ ad tertium gradū diminute necessitatis: raritas anhelitus est plus exiens ab equalitate tēperati hominis ⁊ postea tarditas ⁊ postea paruitas quā Auicē. vocat magnitudinē hanc. Sed ad verificādū illa semꝑ oportet ꝑ̄supponere ꝙ virtus nō variet nec instr̄m sed sit virtus fortis ⁊ obediētia instr̄i: tunc ergo sit homo tēperatus habēs anhelitū equalē inter magnū ⁊ paruū ⁊ velocē ⁊ tardū ⁊ frequētē ⁊ rarū. Adueniat ergo sibi primus gradus frigoris ⁊ parū diminuat necessitas: statim anhelitus illius ꝑmutat ⁊ fit ineq̄lis: ⁊ lꝫ simul fiat paruus ⁊ rarus: dico inquantū simul possunt fieri: tamen ille anhelitus est magis rarus q̄ꝫ paruus. nā virtus fortis cū obediētia ĩstrumēti parū minuit ab equali in magnitudine. Et si adueniat secundus gradus diminute necessitatis: tūc anhelitus fit tardus: sed cū hoc est rarior q̄ꝫ sit tardus: ex hoc ꝙ in ꝑ̄ma dr̄ia. s. paruitate non multū recedēte ab equali cōpellit necessitas: vñ per scđm graduꝫ frigoris adhuc fit pulsus ĩpressio in raritate. s. q2 maiorē raritateꝫ facit q̄ꝫ paruitatē vel tarditatē. Et si adueniat tertius gradus adhuc ꝑmutat anhelitū versus raritatē simili modo quo dictū est: ꝫ cū sumus in tertio gradu harū necessitatū diminutaꝝ differentia anhelitus que est maior respectu anhelitus equalis ⁊ magis recedens ab equalitate est raritas: deinde tarditas: tertio paruitas: ꝫ iste anhelitus respectu tēperati est paruus tardus ⁊ rarus: ⁊ stan-

tibus actu istis tribus differētijs ita ꝙ nō fiat reditus ille anheli-
litus est plus rarus respectu tēperamēti sui vel eq̄lis q̄ sit tardus
respectu sui eq̄lis: ⁊ est plus tardus q̄ sit paruꝰ respectu sui eq̄lis:
ꝫ īmediate īferunt q̄ exitꝰ illius anhelitꝰ ab anhelitu eq̄lis homi-
nis tēperati ad paruitatē est minor exitus q̄ ad tarditatē: ⁊ ad tar
ditatē est minor q̄ ad raritatē: ⁊ sic maior exitus est ad raꝝ: minor
est ad tardū: ⁊ adhuc minor est ad paruū. Et cōsidera ꝙ nō ītelligo
maiorē exitū solū per maiorē gradū frigoris faciētis diminutā ne-
cessitatē: q꞉ hoc satis erat notū: nec oportebat in hoc multū labo-
rare Aui. sed ītelligo maiorē exituꝫ ab anhelitu nāli per maiorem
quātitatē distātie exitus versus totū hoc qđ est raritas. v̄.g. sit ho
minis tēꝑati anhelitus medius inter magnū ⁊ paruū. a. sit medius
īter velocē ⁊ tardū. b. sit medius īter frequētēꝫ ⁊ rarum. c. Dico ꝙ
anhelitus hoīs qui venit ad tertiū gradū diminute necessitatis est
recedēs a predictis medijs: ⁊ est paruus tardus ⁊ rarus: sꝫ parui-
tas recedit ab. a. ꝑ vnā mensurā vt ꝑ vnum cubiumt. v̄.g. tarditas
recedit ab ipso. b. per duas mensuras vt ꝑ duos cubitos: raritas
v̄o recedit ab ipso. c. per tres mensuras vt per tres cubitos. Et
hoc videt̄ velle Auicen. in manifestiori suo sermone. Ex quo pꝫ ꝙ
littera que dicit postea magnitudo: pōt dicere postea paruitas sic̄
īueni in. A. hebraico. Et hꝫ ꝙ appet ista ꝑuitas anhelitus respectu
anhelitus equalis in. a. dicit̄ ꝑuitas: sed respectu tarditatis ⁊ rari-
tatis: respectu quarū nō ita excedit a suo. a. sicut ille recedūt a suo
b. ⁊ a suo. c. pōt vocari magnitudo. Et credo ꝙ in hebraico erat vo
cabulū qđ poterat īclinari ad significādū magnum ⁊ paruuꝫ. Sed
Judeꝰ assumpsit ex eo ꝑuitatē: q꞉ est sermo manifestior: sꝫ trāsla-
tor sumpsit ex eo magnitudinē. Et cōsidera ꝙ Aui. nō dixit sermo
nē similē si staret in tribus necessitatibꝰ additis: q꞉ ille anhelitꝰ est
magnꝰ velox ⁊ frequēs: nec forsan ē freq̄ntior q̄ maior nec ecōuer
so: ⁊ iō tacuit. Apparet ꝫ ꝫm hāc nr̄am expōnē ꝙ totus sermo est
ꝯtinuus ab ista pte. Si aūt redeat necessitas. Et eiꝰ cōmētatio est
ista. si ab vltima additiōe necessitatꝭ cū qua anhelitꝰ erat magnꝰ ve
lox ⁊ frequēs fiat reuisio ad necessitatē equalē: prius diminuit̄ fre
quētia que vltimo euenit: sc̄do diminuit̄ velocitas: tertio magni-
tudo: ⁊ tunc factus est anhelitus equalis a quo īcepit. Et simili mo
do qn̄ diminuit̄ necessitas attrahēdi aerē: ⁊ necessitas educēdi fu-
mos ⁊ ꝓhibēdi eos: ꝑmū qđ diminuit̄. s. qđ magis diminuit̄ est fre
quētia anhelitus tēperati: postea velocitas: postea magnitudo: ita
ꝙ qn̄ est tertius gradus diminute necessitatis cū quo est anhelitꝰ
rarus tardus paruus: īuenit̄ maior raritas respectu temperati: q꞉
semꝑ a ꝑncipio aduētus frigoris incepit addi raritas: ꝫ cū stat̄ in
vltimo diminute necessitatis erit maior raritas q̄ tarditas: ⁊ tar-
ditas maior q̄ paruitas: quare sequit̄ ꝙ egressio ab equali anheli
tu quādo est in termino vltimo termini diminute necessitatꝭ: plus
est ad rarū minus ad tardū ⁊ minus ad paruū: q꞉ paruus pōt ma-
gnus dici ꝫm modū dictū. Sc̄m v̄o aliā opinionē superius positā
sic exponeret̄: q꞉ aduenientibus gradibus friditatis: ꝑmū qđ tollit̄
est magnitudo ⁊ fiet anhelitus paruus: sc̄m est velocitas ⁊ fit tar
dus: ⁊ ꝑ aduentū vltimi gradus diminute necessitatis tollit̄ frequē
tia ⁊ fit rarus: ꝫ qn̄ ibi stat̄ ⁊ nō fit reditio: īuenit̄ raritas plus. s. cuꝫ
pluri frigore vel cū pluri diminuta nec̄itate: deīde tarditas postea
magnitudo. s. talis que est quedā ꝑuitas: ꝫ sequit̄ ꝙ anhelitus ra-
rus plus erit a nāli q̄ tardus ⁊ q̄ paruꝰ: ⁊ sic paruꝰ magꝭ appropin
quat nāli. ¶ Sed tu dices quō ꝫm ꝑmā opionē quaꝫ magis defen-
dis saluare poteris ꝙ egressio a nāli ad anhelitū paruū fit minꝰ q̄
ad tardū ⁊ raꝝ: imo est totū oppositū: q꞉ ꝑma ꝑmutatio que appa
ret ex ꝑ̊ gradu frigoris ⁊ diminute necessitatꝭ est ꝑmutatio in rari-
tate: ⁊ vltīa mutatio est ꝑmutatio ī ꝑuitate q̄ fit a tertio gradu fri
goris ⁊ diminute necessitatis: ergo egressio a naturali ad paruum
est maior egressio. ⁊ Jam apparet solutio ex dictis. Nam par-
uitas in anhelitu minus recedit a naturali anhelitu vocato. a. q̄
recedat raritas a suo. c. ⁊ ēt raritas paruitati cōiuncta ꝑ vltimum
gradū frigori plus recedit q̄ ꝑuitas ꝯiūcta raritati in ꝑ̊ gradu fri-
goris ⁊ diminute necessitatꝭ. ¶ Alia expō huiꝰ passus est ꝙ ꝑ tres
ītētiones ītelligit tres cās anhelitus. s. virtutē nec̄itatē ⁊ instr̄m: a
q̄bus cū fit recessus versus extrema se adiuuātia vt ꝙ virtus de-
bilitet̄: necessitas minuat̄: ⁊ instr̄m fiat inobediēs: tūc vltimū qđ ī-
uenit̄ est raritas: ⁊ post illā. s. versus ante est tarditas: ⁊ postea ma
gnitudo. s. q̄ dicit̄ paruitas sibi: ꝫ raritas que fit cū maiori permu-
tatione ⁊ dispōne sana magis distat a naturali. Si placet hec expo
sitio accipe eā: sed mihi nō placet: lꝫ sit in ea subtilitas.

Dubm 4m ¶ Est aūt dubitatio: q̄re nō fingimꝰ gradū fortificatiōis virtutꝭ ⁊ obe
diētie instr̄i sicut facimꝰ gradus defectus virtutꝭ ⁊ inobediētieꝫ sic̄
facimꝰ in addita ⁊ diminuta nec̄itate. Et ꝯsidera ꝙ mansiones siue
gradus notabiliores ī fortitudīe virtutꝭ ⁊ obediētia īstr̄i nō sūt pos-
sibiles suꝑ eq̄litatē hoīs tēperati. ⁊ hoc dimitto alijs. Sꝫ tu cōsi-
dera: ⁊ si ꝯsideres diastolē anhelitꝰ ⁊ cōpares ad systolē: ⁊ ꝯside-
res quō diuersificat̄ vna ab alia in duabꝰ necessitatibꝰ ꝑdictis. s. in
nec̄itate addita ⁊ diminuta erit tibi clara diuersitas diastolis ad
systolē in additione dr̄iaruꝫ dictaꝝ vel diminutione ab eis. v̄.g. sit
nec̄itas attrahēdi aerē maiō q̄ nec̄itas exhēdi fumos: tūc fiet dia
stoleꝫ maior q̄ systoles: ⁊ si adhuc sit maior erit velocior: ⁊ si maior
erit frequētior. Quecunq̄ dicta sunt supius possent hic adaptari.
Et ꝯsidera ꝙ vt al's ꝓcessimꝰ ꝯ Gal'. vere nō pōt systoles eē frequē
tior diastole nec ecōtra: ponēdo frequētiā ampliorē numeꝝ mo-
tuū sibiipsis magꝭ appropīquari. ⁊ ꝑ breues q̄etes: quot. n. sūt dia-
stoles tot sūt systoles ⁊ ecōtra. erit ꝫ vel ꝑ frequētatōes ī vna dia
stole: vel ī vna systole. vel vocabit̄ systoles frequēs īter quā ⁊ dia
stolē alteriꝰ breuiꝰ īteruenīat tp̄s q̄ īter diastolē ⁊ systolē alteriꝰ: ⁊
iō forsan Aui. dixit absolute in additiōe ⁊ diminutiōe. Et cū dixit.

¶ Cū eni causa est magis ducens in dilatatiōe ad ad-
ditionē est tēpus qđ est ante dilatationē breuius. Et
qn̄ similis illi cause in constrictione est tēpus quietis q̄
est ante constrictionem breuius.

¶ Uult ostēdere cām diuersitatꝭ spatij q̄etis. Et vult ꝙ oīs motus
cuiꝰ maior est necessitas: quies aūt est breuior: ⁊ hoc est qđ dicit.
cū causa est magis ducens in dilatatione. i. in diastole ad additio-
nem. s. necessitatis est tempus ⁊c̄. Et qn̄ est similis illi cause in con
strictione: q꞉ ducat systolē ad necessitatem maiorem ⁊c̄. sicut nūc
in superiori parte satis declaratum est.

¶ Et anhelitus frequēs vel sequit̄ apostema calidum
aut constrictionem ab oppilatione.

¶ Hic est q̄dā cān. additꝰ: ⁊ vult ꝙ anhelitꝰ velox ⁊ frequēs. i. seq̄ns
dictas frequētias sequit̄ apā calidū. s. sp̄ūalium: ⁊ hoc ꝑꝑ nec̄itatē
additā multū ⁊ ꝯstrictionē anhelitus ab oppilatione in pulmone:
vnde q꞉ non potest fieri magnus fit frequens.

¶ De anhelitu motiuo. s. mouēte pulmonē. Cap. 21m.

Ste anhelitus significat debilitateꝫ virtutis
aut constrictionem vehementem prefocati-
uā in decollatione: aut collectioneꝫ materiei
aut effusionem humoris.

¶ Intelligit Dynus ꝑ hūc anhelitū illū qui dicit̄ cōcussiuus siue tre-
mulus: ⁊ hoc est sicut illud qđ de pulsu diximus. Quidā v̄o boñ. di
xit ꝙ est anhelitus in quo mouent̄ pectus ⁊ nares. Sermo quideꝫ
Dyni apud me habet ītellectū siquis cōsiderat causas tremuli pul
sus īter quas pōt eē debilitas virtutꝭ: lꝫ Aui. hic non explicet: tamē
aliunde ītelligitur. Sermo boñ. nō hꝫ ītellectū. ¶ Credo ꝙ ꝑ anhe
litū motiuū possumus ītelligere illū in quo hō ꝑcipit ac si intus in
pulmone sit motus quē ꝑcipiebat. vn̄ rubrica dicit. motiuus. s. mo-
uēs pulmonē: simile ei qđ dixit Gal'. 4. de īteriorībꝰ. 4. ca. de illo q
defectionē sui diaphragmatꝭ patiētis al's patiēter sustinebat. Fit
aūt hic anhelitus motiuꝰ ex debilitate virtutis. s. mouentꝭ clybanū
pectoris. Un̄ pulmo īterius nō motꝰ q̄si quādā agitationē ex īcen-
dio facit se sensatū: ⁊ in hoc anhelitu dilatant̄ nares multū. Unde
vna lr̄a dicit anhelitus motiuꝰ ex naribꝰ. s. mouēs pulmonē. Con-
strictio ēt fortis vt squinātia ⁊ collectiones māe apoīe vel subite
effusiones materierū vt in catarris vel alijs ꝓpter subitā ⁊ multā
ꝓhibitionē anhelitus sunt causa huius agitationis in pulmōe: qđ
leue est intelligere si pulmo habet ꝓprium motū: ⁊ si nō: ēt cōpre-
hendi pōt si cōsideres motū quē calores ⁊ vapores in pulmone in-
clusi possunt facere in pulmone ⁊c̄.

¶ Sermo vniuersalis de malitia anhelitus. Cap. 22m.

Alitia anhelitus cōmunicat dispositionibus
egrediētibus a natura in anhelitu quaꝫ non
cōsequuntur accidentia sana: imo accidentia
egra īpediētia: ⁊ illa sunt sic̄ difficultas anhe
litus ⁊ cōstrictio anhelitus: duplatio anhelitus ⁊ iter-
cisio anhelitus ⁊ anhelitus preparatus. Et quando q̄
accidit propter sp̄ēs malitie complexionis repletiona
lis aut ꝓpter oppilationē ⁊ vicinitatem coartationis
apostematū ⁊ dolores a motu prohibentes: ⁊ ꝑꝑ vlce
ra in velamine ⁊ partibus pectoris: ⁊ ꝓpter casuꝫ vir
tutis ex egritudinibus attritum faciētibus ⁊ febribus
acutis ⁊ pestilentialibus ⁊ venenis ebibitis. Et omnis
quidē malitia anhelitus aut ipsius cōstrictio aut dif-
ficultas eius propter materiam additur apud resupi-
nationem

nationem: ⁊ est media apud dormitionem super latus ⁊ alleuiatur cum super ventrem iacet aliquis ⁊ in ꝑfocatiuo intrinseco ꝓhibet apud resupinationē oīno.

¶ Iā determinauit de differētijs anhelit⁹ quaꝝ plurie possunt reperiri cū dispositione sana: lꝫ ēt possint reperiri in egris: imo q̄daꝫ diuersitas in dictis videt solū reperiri in egris sicut est anhelitus motiuus: hic determinat de modis siue differētijs siue diuersitatibus anhelitus que reperiūt plus in dispōne egra: ⁊ eis est vnū cōe nocumētū. s. anhelitus malitia. Et pōt dici ꝙ species anhelitus de quibus iā dixim⁹ plurime sunt simplices: sed plurime dicēde sunt cōposite. Primo ꝗ ostendit qd sit anhelitus malitia ⁊ ponit eius species ⁊ causas in generali. Scḋo i spāli exequit. ibi (Cōstrictio.) ⁋ Prima in tres. Prio ponit eius spēs cōes ostēdēs qd sit. Scḋo eius cās. ibi (Qñqꝫ) Tertio canones. ibi (Et oīs.) ¶ Cōsiderāduꝫ ꝙ dixit egra. i. egrotatiua: qꝛ ista vel sunt cū actuali egritudine vel cū ꝓpinqua dispōne ad illā. ¶ Cōsiderādū circa scḋaꝫ ptē ꝙ in summa sex ponit cās. Attritū. i. attritionē ⁊ casuꝫ virtut] vt pestilētiales ⁊ alie febres male. Causa cañ. vltimo positi est: quia quando iacet homo supinus partes pectoris concidunt sup alias: vt Gal. 4. de iterioribus. 7. ca. Quādo homo iacet sup ventrē magis stāt dilatate ⁊ minus oppresse. Qñ aūt iacet sup vno latere medio modo se hꝫ: ⁊ ideo anhelitus malitia in illo situ se hꝫ medio modo.

¶ Sꝫ dices si pectoris partes hoīe iacēte sup ventrē stant dilatate: tunc ꝯstrictio erit sibi difficilior. ⁋ Dōm ꝙ nō opꝫ. In illa enim dilatatione est libertas maior mouēdi: qꝛ mēbra nō se grauāt: ⁊ similiter māe nō sic cōstringūt mēbra iteriora: ⁊ iō dixit. ꝓpter materiā. ⁊ ꝓpter hoc etiā in prefocatiuo anhelitu itrinseco ⁊ a repletione itrinseca sibi circa ptes pulmonis prohibet anhelitus oīno apud resupinationeꝫ: qꝛ māe ille multe coartate a mēbris magis coartant: vel posset oīno cōponi cum resupinatione ⁊c̄.

¶ De constrictione anhelitus. Cap. 23[m].

Constrictio anhelitus est vt nō iueniat aer in quo exercitatio sit cum anhelitu meatum in parte sui motus nisi strictum in quo non penetret nisi paulatim.

¶ Hic exēplificat de his diꝫs siue spēb⁹ ⁊ hꝫ tot ptes quot sunt he species. Primo ergo determinat de constrictione anhelitus ⁊ de anhelitu ꝯstricto. Et primo ostēdit qd sit. Scḋo ponit cās eius. ibi (Et eius.) Tertio signa. ibi (Apostematum.)

¶ Et eius cause aut sunt apostemata in illis meatibus que sunt epiglotis ⁊ canna ⁊ rami eius ⁊ arterie in ipsa raritate pulmonis ⁊ corpore ipsius. Et de apātibus eius qḋ vehementius oppilat anhelitū est illud qḋ est durū: ⁊ humores plurimi in ipso aut grossi aut' viscosi aut aquosi aggregati in pulmōe aut cooptura accñs ei ex coartatiōe vicia ex apāte in epate aut stōcho aut splene: aut humores effusi in spatio ꝓpter hydropisiꝫ aut alia sicut fit ex aptionibus apostematuꝫ in ventre inferiore non permittentibus fieri dilatationem. Aut spissitudo ex siccitate aut stipticitate aut frigore adueniente pulmoni ⁊ velamini: aut a siccitate in neruis ⁊ velamine: ⁊ est melius vt noiet difficultas anhelitus: aut a vaporibus fumosis cōstringentibus itrinsecus anhelitum in locis strictis. Et quādoqꝫ est causa eius constrictio pectoris: ⁊ vt non inueniant membra dilatantia anhelitum vbi expandent. Et quādoqꝫ fit causa crisis: ⁊ signum eius quādo declinant medicine vel materie ad superiora. Et qñqꝫ fit difficultas anhelit⁹ ⁊ constrictio eius propter cursum materierum ab apostematibus itrinsecis permutatis ad partes capitis: ⁊ indicat apostemata post aures si res fuerit magis icolumis aut in cerebro si fuerit prauior.

¶ Cause aūt ei⁹ possunt assignari sex. s. apostemata: humores effusi: mala cōplexio cōstringēs: aut vapores: aut cōstrictio pectoris: aut motus cretici. Et plures possunt numerari ꝫm aliū modū ⁊ etiam pauciores. ¶ Et arterie. Cōsiderandū sicut supra dicebat ꝙ arterie oppilate maxime sunt causa stricture sensate qñ mā cōmunicat canne: ⁊ qñ sunt in arterijs est imaginanduꝫ hoc ꝙ cōstringat anhelitus: qꝛ non est aeri via: sed quando sunt in venis non ꝓprie hoc facit: vt patet in exēplo Galeni quarto de interioribus in fine. Coopertura vt supra est clausio ꝓpter nocumētuꝫ ibi in vicino: ex hydropisi ⁊ apātibus inferioribus ventris pōt superius resudare materia. Spissitudo idest spissatio ⁊ sic ꝯstrictio pectoris sine mā vt fuit in puero quem Gal. curauit libro de ingenio sanitatis in fine ꝫm translationem antiquā. ⁊ septimo caplo ꝫm nouam. Uel cōstrictio ex accidenti vt ligatura vel alia causa.

¶ De signis. Cap. 24[m].

Apostematū prefocatiuoruꝫ rememoratio iā preterijt tibi. Signum vō apostematis qḋ fit in pulmone ipso est dolor grauis ⁊ in lacertis ⁊ in velaminibus pectoris est dolor pungitiuus itrinsecus ⁊ est fortior ⁊ vehementior ⁊ exteri⁹ est debilior ⁊ in cartilaginibus pulmonis est dolor in quo est cōstrictio. Et quādoqꝫ perducit ad tussim ⁊ si fuerit calidum febris. Et signa ꝑfocatiui nota sunt ꝙ fit vehemētius apud resupinationem. Signa aūt humorum si sunt in canna sunt sputum ⁊ desiderium tussiendi ⁊ iuuare ea cuꝫ manatione rei cum aliquantula tussi ⁊ cū stertitione. Et si sunt in pulmone est illa dispositio similiter nisi qꝛ tussis icipit a loco magis ꝓfundo: ⁊ non est stertitio nisi ꝫm quantitatem eius qḋ manat ex eo quod expuitur: ⁊ si sunt in spatio tunc iaꝫ ꝑmutatur ex latere ad latus cū alteratione iacēdi: deinde egrediunt cū sputo ⁊ non est in ipso cū cōstrictione anhelitus tussis de qua sit curandum.

¶ Hic ponit signa ⁊ solū ponit signa duoꝝ modorum causarum scilicet ex apostematibus ⁊ humoribus effusis. ibi (Signa autem.) Omisit signa constrictionis facte a mala cōplexione qꝛ sunt nota si sunt a causa extrinseca: ⁊ si intrinseca iā sunt posita supra caplo de signis pulmonis. etiā qꝛ talis constrictio a siccitate neruoꝝ ⁊ velaminū dignius vocat difficultas anhelitus ꝙ̄ cōstrictio: qꝛ nō iuenit aliqd in via qḋ claudit. Omisit signa facte a vaporibus: qꝛ sunt nota ex causis febrium vaporosarum. Signa autē parui pectoris vel constricti sunt visibilia. Signa vō crisis bone vel male scies ex quarto libro fen secunda. ¶ Apātū prefocatiuoꝝ scilꝫ squinātiarū est dolor grauis idest pōderosus quasi esset ibi aliquid graue qꝛ pulmo sentit per pāniculū vt dictū est supra. Et exterius scilꝫ versus cutē. Debilior. qꝛ nō est locus sic sensibilis. Et in cartilaginibus scilꝫ si sit apostema. Et ꝯstrictio. s. anhelitus: qꝛ oppilat via: ⁊ quādoqꝫ perducit ad tussim. ¶ Sed tu dices imo semp. ⁋ Dōm qꝛ forte vult tussim humidaꝫ. ⁋ Signa prefocationis scilicet magni apostematis scilꝫ intrinseci in spiritualibus. vel prefocatiua: qꝛ cadūt hec signa inter signa prefocationis materialis vt supra dixit. Et cū sunt cum manatione semper iuuātur: qꝛ diminuitur ex hoc materia ⁊ mouetur ⁊ tunc seqtur tussis: ⁊ possibile est ꝙ aliquid spuat. Uel signa sputū ⁊ desiderium ⁊c̄. ⁊ cū stertitione. In spatio scilicet pectoris. Permutat. non debeat intelligi ꝙ transeat: sed sentitur materia agitari in vno latere si est in vno latere tm̄: ⁊ modo versus vnam parteꝫ: modo versus aliā cū alteratione siue ꝑmutatione situs iacendi. Nō est tussis ⁊c̄. qꝛ non nisi cū materia applicatur cannulis pulmonis vt stimulet ad tussim.

¶ De diuersitate anhelitus. Cap. 25[m].

Anhelitus diuersus fit cū causis que sūt sicut cause diuersitatis pulsus ⁊ est ei⁹ diuersitas ordinata ⁊ inordinata.

¶ Dubitatur quare Aui. non posuit hunc anhelitum cum narrauit species anhelitus mali. ⁋ Dicendum ꝙ dedit intelligi ⁊ forsan ꝙ anhelitus diuersus non cōsequit vtplurimum vel super dispositionem egram: sed pōt hominibus sibi sanis accidere: ⁊ ideo non dixit: causa aūt pulsus diuersi: vt est scriptū primo cañ. fen. 2. sunt materie aggrauantes replōnes. s. humorales vel cibales ⁊ pugna nāe ⁊ egritudines ⁊ accidētia anime: ita in anhelitu: ⁊ ꝓprie aīe accidētia. s. cogitatio in aliquo multū facit inequalitatem in anhelitu: vt primo de disnia ca. 2. sūme. 2. doctrine. 2. ordinatio ⁊ inordinatio fit ꝫm virtutis potentiam ⁊ impotentiam ⁊c̄.

De anhelitu duplo. Cap.26m.

Est ex specieb9 diuersi 7 est anhelitus in quo cōpletur dilatatio aut cōstrictio duobus mo/tib9 iter quos ambos est mora sicut est anhe/litus pueri qñ plorat. Nam fit in eo cōpressio quando dilatatur 7 mutatio qñ constringitur.

Hic determinat de anhelitu duplo: 7 in hoc cōprehēdit anhelitū itercisum de quo supra dixit iter quos ambos est mora. s. vel par/ua: 7 potius est quedā iterruptio motus: 7 hic ppꝛie dicit anhelit9 duplus q2 similat pulsui bis pulsanti. vel mora ista est longa: vñ cū expectat motus nō venit sed aduenit quies: 7 ille dicet anhelit9 in/terfectus per quietē: 7 iste forsan est quem vocauit intercisum. Anhelitus autem pueri cū plorat est duplus: q2 videmus eos gemi nare motū suspiriose: 7 sicut qui rē placidam vehementer odorat. geminat. n. tractū 7 ante hūc precessit intercisus. neglexit. n. anhe/lare: vnde cogit motum duplicare.

Dubium

Sed dubitat quare pueris plus hoc suspiriuz accidit. Dōm q suspiria sunt cōtraria pueris 7 alijs hoibus sicut eis sunt cōtraria ppter aliquā attētionē fixā negligētia anhelitus: vñ postea cū ve/hemētia 7 multitudine alr cū vehementi magnitudine cogunt re/staurare. Sicut enim Alber. ponit in libro de motu cordis. 7. ca. 7 Plusquācōmen. in thegni scdo cōmen. 35. in de signis cordis. suspi/riū est haustus aeris a mēte defixa omissa cū multitudine restau/rationis. Quibuscunq3 aūt hec mētis defixio accidit vt anhelitum negligāt eis accidit suspiriū. pueris aūt q2 vehemēter distrahunt ad plāctū iō negligunt anhelitū 7 fit eis suspiriū. s3 plus qñq3 qñ ge uerint planctu stātes mente defixa ad cām que fecit eos plorare. Nōdū. n. exercitati in mūdanis euenietibus 7 quasi oibus eis visis nouis 7 admirādis fixe diuertūt mentē 7 cessant ab anhelitu. Ho/minibus vō puectis q2 est virtus consiliatiua in eis: 7 varia in eis occurrūt diuertētia: mō ad vnū: modo ad aliud nō sic fixe ad vna3 rem abstrahuntur als distrahunt tota mente. Et ppter hoc acci/dit q pueri l3 sint humidi fortiter: tamē tenēt q2 memorantur ali/quoru3: vt Auicen. 6. de naturalibus parte quarta tertio capitulo. Compressio. quando dilatatur. i. quando fit diastoles fit intercisio quia fit compressio 7 systoles. Et mutatio quādo stringit in systo/lem: 7 etiam in systole fit quandoq3 mutatio.

Dub^m 2^m

Dubitatur quare suspiriu3 plus accidit in diastole. Dōm q ne/gligentia anhelandi inducit plus necessitatem frigidi aeris. Pe/ctus. n. quasi seipso concidit: 7 expirationes aliquando fiunt tem/pore quo homo negligit anhelitum.

Et eius causa aut est caliditas multa qua non iuua/tur eo quod attrahit: imo eius extēsio als extinctio fa cit necessitatem in additione.

Ponit in summa sex causas: l3 possint reduci ad alium numerū. Extinctio. i. vt extinguat. vel. i. vt infrigidet. Et ideo qd non potest vno anhelitu complere stati3 conat cū duobus in additione. s. mo tus ad motum. exemplum de eo qui vult incidere lignum vt Auic. secunda primi. c. de causis pulsuum.

Aut est debilitas in instrumento anhelitus noto fa/ciens necessitatem quietis in anhelitu.

Secūda cā ista est debilitas instrumenti vocis. i. diaphragmatis 7 pectoris. Pōt dupliciter facere malū anhelitū: vel q2 ichoat mo tus 7 nō pōt illum continuare: sed statim deficit 7 statim resumit: 7 hic dicit duplus. Uel q2 deficit in faciēdo vnam totam diastole3 vel vnā totam systolem: 7 iste vocat intercisus per quietē vbi mo tus expectabatur: siue dicit cadens in medio.

Aut est malitia complexionis deijciens virtutē: aut exiccans aut idurans istrumentū 7 est plurimum.

Tertia cā. differt hec causa a secunda: q2 ista est complonalis: s3 secunda est debilitas diaphragmatis a quacunq3 causa debilitan/te. Et est plurimum. q2 vtplurimum mala complo exiccando vel indurando ledit vt calor 7 siccitas 7 frigus.

Aut est dolor in ipso aut in vicinis eius apostema. Et vicini sunt sicut velamen 7 epar 7 splen. Sed epar est vehementioris cōmunicationis q3 splen.

Quarta causa.

Aut est egritudo officialis ex eis que iam numerate sunt multis vicibus.

Quinta causa.

Aut est multitudo spasmi preteriti aut futuri.

Sexta causa sicut spasmus: 7 forsan mollificatio 7 forsan addit ad huiusmodi oppilationem. Et subdit de spasmo preterito a quo remansit defectus aliquis in partibus pectoris aut futuro quem preueniunt accidentia nocumenti horum musculoru3. Et de spas/mo actu existente non dixit: q2 erat notus. Et intellexit de eo cum dixit. egritudo officialis.

Et iste anhelitus est signum malu3 in egritudinibus acutis 7 febribus. Cum aūt accidit ex frigore: tunc ipe est ex eis que sanat febris.

Est aforismus. 54. sexte particule. In acutis passionibus luctuo/sa suspiria malū. Dicit in acutis. s. cū apostemate. Et cā est: q2 talis anhelitus nō pōt esse a mala complone frigida: q2 cessaret ppter febrem. Est ergo ppter casum virtutis vel spasmu3 7c. hanc cām ibi Cōmentator ponit 7 Aui. inuit hic.

De anhelitu pauco. Cap.27m.

Est vt sit nocumentū in medietate pulmonis 7 sit medietas altera icolumis: quare ē anhe/litus medietas anhelitus icolumis.

Hic determinat de anhelitu pauco. Sed dubitatur vbi Aui. enu/merat hanc speciē. Dōm q non posuit sed dedit intelligi ibi enu merando: vel cum dixit intercisus per mediū vt q medietas pul/monis operetur: 7 ideo vocatur anhelitus separatus vel paucus.

Dubium

De anhelitu difficili. Cap.28m.

Est vt sit exercitatio in aere labor siue sit stri/ctura siue sit non strictura.

Hic Auicē. de anhelitu difficili determinat. Et pmo ostendit quid est: quia est laboriosus non quidem propter cōstri/ctionem solūmodo: q2 sic diceretur anhelitus cōstrictus: sed pro/pter quācunq3 causam.

Et causa in ipso est nocumentū membroꝝ anhelit9 fm q dictū est in alijs. Et quandoq3 est ppter inflā/mationē igneam dominantē cordi. Et fit propter fri/gus mortificans virtutem motiuam aut impediens eā sicut accidit cū est frigus velaminis: sic frigus ex aere aut frigus ex emplastro posito super ipm ppter cau/sam in ipsomet: aut ppter cām in stomacho 7 epate 7 cadit ipsum in vicinitate illius emplastri 7 ifrigidatur: quare non fit bona eius dilatatio.

Ponit causas in generali. Scdo in spāli ibi (Et qñq3.) Et tunc po nit quatuor causas. s. malas cōplones egritudines officiales apo/stemata 7 causas extrinsecas.

Et quādoq3 fit ppter oppilatione3 apud quam reti netur pulmo attrahens aere3 7 indiget labore donec ifletur: 7 iste est diuersus ppter cōstrictione3. Et qñq3 est oppilatio apostema. Et quādoq3 fit ppter medici nam solutiuam mouentem 7 nō soluentē aut propter clystere acutu3 nō soluēs. Et silr quādo flobothomia in pleuresi non conseqtur necessitatem. Et op3 qdem vt legatur illud quod scripsimus in fine sermonis no/stri in constrictione anhelitus hic etiam.

Facit te recordari infirmū descriptum. 7. terapen. cap. 8. qui re/spirabat. similiter gementibus ex frigido emplastro 7c. Est diuer/sus. i. malus ppter constrictionem: q2 est de caplo anhelitus con stricti. Considerandum q in agitationibus materierum a medi cinis solutiuis tam propter materias q3 ppter vapores eoꝝ: 7 per medicinas contingit nocere instrumenta anhelitus: vnde fit diffi/cilis res earum: 7 propter materias conuenit eis vt non cōsequa/tur necessitatem: q2 non est necessitas vnde malignātur humores apostemantes in fine sermonis nostri: q2 ille cause cadunt hic: q2 posite in pncipio sermonis iam sunt dicte 7c.

De preparatione anhelitus. Cap.29m.

Preparatio anhelitus est anhelitus qui non aduenit habenti ipsum nisi preparat 7 eque/tur 7 extendat collum suum extensione ten/dente ad superiora: quare aperitur propter

illud

Illud meatus ⁊ non potest declinare collum suum: qm̄
constringitur super ipsum anhelitus sicut constringi-
tur super trahentem collum suuz ad posteriora. Et si-
militer non pōt declinare pectus ⁊ dorsum ad poste-
riora. Et quādoqz remouetur hec preparatio: ⁊ pro-
prie quando resupinatur accidit ei vt cooperiātur ex
ipsa partes pulmonis. s. quedam earum cum quibusdā
quare oppilant meatum: quoniā ipse in initio in hm̄oi
est oppilatus in pluribus ⁊ in ipso non est apertio nisi
parua quā destruit declinatio partium quarūdam sup
alias: quare oppilantur meatus. Et quandoqꝫ fit illa
oppilatio accidens in febribus ⁊ similibus ꝓpter va-
pores declinantes ⁊ humiditates resolutas. Et quan-
doqꝫ fit in veritate ꝓpter humores iplentes ⁊ oppilā-
tes ⁊ apostemata: aut quoniā lacerti sunt mollificati.
Cum ergo nō descendunt ad partē peduz: imo descē-
dūt ad partem dorsi ⁊ pectoris coartant.

¶ Multū laborauit Aui. in ostendendo formam illius anhelitus. ⁊
patet quod dicit. ¶ Scd̄m Dynum dicit anhelitus orthome ab or
thos quod est rectum. Causam autem ponit oppilationem in fe-
bribus materialibus ⁊ similibus: vt alijs morbis in quibus potest
fieri oppilatio. Cum ergo nō descendūt. s. humores ⁊ vapores: imo
vadunt ad superiora spiritualia mebra que coartant. Et in hoc pꝫ
ꝙ fricationes cum non descendunt sunt laudabiles in huiusmodi
febribus. ¶ Considerandum ꝙ Auicen. in caplo de constrictione
anhelitus nō posuit signa alicuius cause: q2 oīa intelligunt ex suis
capitulis. v̄. g. si causa alicuius mali anhelitus sit apostematio sto-
machi: scies signa ex suo caplo. ⁊ sic de alijs. ¶ Considerandū qdē
cōe est oībus precedentibus capitulis ꝙ Auic. omisit in pluribus
eoꝝ signa ponere: ⁊ hoc q2 erant intellecta ex aliquo caplo huius
tractatus. v̄. g. signa anhelitus preparatiōis ꝓpter apostemata in
pulmone ⁊ materias oppilantes sunt nota ex caplo de signis con-
strictionis anhelitus. Vel sunt intellecta ex aliquo loco. v̄. g. signa
mali anhelit⁹ ex apostemate stomachi: sciunt ex signis apostema-
tuz stomachi. Et signa anhelitus p̄parationis pp vapores in febri-
bus sunt nota ex signis febrium vaporosaꝝ ⁊c̄.

¶ Sermo vniuersalis de anhelitu naturalium disposi
tionum: al's de dispositionibus anhelitus.

¶ De anhelitu etatum. Cap. 30m.

Pueri quidez idigent eductione superfluita-
tum fumosaꝝ necessitate vehementi: quoniā
digestio in eis est plurima ⁊ magis assidua ⁊
non est vehemens valde: quoniam ipsi non
sunt cōpleti in suis corporibus ⁊ suis virtutibus: qua-
re necessarium est vt cadant in anhelitibus ipsoꝝ fre-
quentia ⁊ velocitas vehemens cum magnitudine ali-
qua non ente cum illa vehementia.

¶ Jam expediuit se a narratione dr̄iaꝝ anhelitus: hic narrat quo-
modo accidit ei diuersitas ꝑm etates que annectitur cōplexioni: ⁊
ꝑm quasdā res nō naturales ⁊ ꝯtra nām. Et primo ꝑm etates dans
intelligere de cōplexione. Et de cōplexione dixit supra in signis cō
plexionum pulmonis. Primo vult ꝙ anhelitus puerorum non est
multū fortis. ⁊ hoc dicit. non est vehemens valde. i. fortis: q2 non
sunt cōpleti in virtute motiua pectoris nec in quātitate pectoris:
est ergo anhelitus eoꝝ velox ⁊ frequens: nō tamē magnus sed ve-
lox ⁊ frequēs: ⁊ hoc dicit. nō ente cū illa vehementia. i. intēsione. s.
in magnitudine sicut in velocitate ⁊ frequentia.

¶ Juuenum autem anhelitus sunt maiores: sed mino-
ris velocitatis ⁊ frequentie ⁊ necessitas consequitur in
eis cum magnitudine.

¶ Quid dicit de iuuenibus pꝫ.

¶ Senum v̄o anhelitus sunt minores in itentionibus
additionis q̄z anhelitus iuuenum ⁊ non sunt in parui-
tate anhelitus decrepitorum.

¶ Jn itentionibus additionis. i. in differētijs que sunt ꝑ intensionē
caloris plus sicut magnitudo velocitas ⁊ frequētia.

¶ Sꝫ decrepitoꝝ anhelitus sunt minores ⁊ tardiores
⁊ vehemētius rari propter id qd̄ tibi nō occultatur.

¶ Reliqua sunt nota ⁊ patent scd̄a primi. ca. de pulsu etatum.

¶ De anhelitu repleti ex cibis aut ex pregnatione aut
hydropisi ⁊ similibus. Cap. 31m.

Horuz anhelitus declinant ad paruitatez: qm̄
velamen est coartatū a motu dilatatiuo ⁊ ꝓ-
pterea ꝙ minoratur eoꝝ anhelitus nō est ex-
cusatio a velocitate ⁊ frequētia si est sufficiēs
virtus aut frequētia sola si est virtus debilitata.

¶ Hic ponit qūo diuersificat anhelitus ꝑm rem nō naturalez que
est cibus ⁊ potus. Et postea qūo ex balneo ⁊ quomodo ex somno:
vt sit loco aliarū rerum nō naturalium: ⁊ sit nobis memoria istoꝝ
de dictis ⁊ causis pulsus. Annectit aūt hic de hydropisi ⁊ ipregna-
tione qbus cōicat coartatio diaphragmatis sicut repletioni ex ci-
bo: ⁊ ideo si non esset repletio non contingeret hoc. Fit ergo in oī-
bus anhelitus paruus. Jn alijs aūt differentijs est iudicium ꝑm ꝙ
virtus est debilis vel fortis. An impregnatio sit dispositio natura-
lis vel cōtra naturam diffuse tractauimus libro primo.

¶ De anhelitu balneati. Cap. 32m.

Anhelitus quidem balneati aqua calida ma-
gnificat pp necessitatem: ⁊ propter lenitatez
instrī: ⁊ fit velox ⁊ frequens pp necessitatem.
Balnei v̄o frigida res est econuerso.

¶ Recurre pro virtute huius ad caplm de pulsu balneati: quia hic
valde breuiter dicit. Contingit enim ex balneo in frigida aqua for-
tificato calore in quibusdam magnificari anhelitum: ⁊ ex balneo
calido in vltimo paruificari ⁊c̄.

¶ De anhelitu dormientis. Cap. 33m.

Cum virtus in ipso est fortis: tunc eius anhe-
litus magnificat ⁊ fit rarus propter causam
predictam in capitulo pulsus ⁊ est eius cōstri
ctio maior ⁊ velocior q̄z ipsius dilatatio: qm̄
digestio in ipso est plurima.

¶ Cū dormiēs est debilis virtutis calor debilitat. Si aūt est fortis
⁊ iuenit mām augmētat se ab ea. Vn̄ 3° continētis. c. 5. de anhelitu
emissio anhelitus dormiētis maior fit maxie post assumptionē ci-
bi. sꝫ q2 calor in somno nō est acutus sicut est in vigilia: iō fit rarus
nec velox multū: qm̄ digō plurima fit: vn̄ sunt vapores multi.

¶ De anhelitu dolētis i mēbris pectoris. Cap. 34m.

Est sicut sciuisti in eis que preterierunt tibi ex
me: ipse. n. declinat ad paruitatē ⁊ breuitatē:
⁊ quādoqꝫ debilitat: ⁊ quādoqz est difficilis
⁊ quādoqz tardatur quādo non est inflāma-
tio ⁊ fit frequēs sicut sciuisti: ⁊ sunt paruitas eius ⁊ bre-
uitas ipsius plus q̄z eius tarditas: qm̄ ducens ipsum
ad retentionē ⁊ paruitatez dilatationis est plus q̄z du-
cens ipsum ad facilitatem: ⁊ vt noceatur cuz magnitu-
dine dilatationis vehemētius q̄z vt noceatur cuz ve-
locitate. Nā inflammatio cordis ⁊ calefactio non ex-
cusant ex velocitate quāuis ledatur eis.

¶ Vult ꝙ anhelitus hn̄tiū dolorē declinet qn̄qꝫ ad breuitatē ⁊ non
semp: q2 supra declaratū fuit ꝙ qn̄ declinat ad longitudinē debili-
tant sicut debilitat virtus. Quādoqꝫ est difficilis vltra id qd̄ est ꝯ
tolerātia doloris. Tardat cū nō est iflāmatio: q2 nō est cā nec̄itatꝭ
ad velocitatē. Cū maiori ꝯ ꝯstrictiōe pōt frequētiā facere vt appa-
ruit supra. c. ꝯ anhelitu breui. Eodē mō Aui. vult ꝙ anhelitus isto-
rū sit minor q̄z tardior ꝓprie existēte calore in curādo euētationē.
Nā isti plus ledunt ab anhelitu magno q̄z cū veloci: ꝯ plus dimit-
tēt magnitudinē q̄z velocitatē: ⁊ iō dixit. Qm̄ ducens. i. ilico ducit
ad retētionē. ⁊ ꝑ. i. paruitatē. Est plus. Cā aūt q̄re plus ledūt a ma-
gnitudine anhelitus est: q2 pectus mag̃ distrahit in illa: ⁊ iō pres
dolētes magis mouent ⁊ ꝯcutiunt. Vn̄ Gal. lib. de disnia ca. 2. sū-
me. 2. doctrine. 2. illo. c. scriptū est aūt. dicit. Omnia. n. hec sunt eis
auxilia. iā maxime quidē magnitudo: secūdo v̄o velocitas: iaꝫ aūt
⁊ spissitudo. tristabilius est. n. eis q dolent ꝑ plurimū tēpus moue-

ri ꝗ̃ per paucū: ⁊ ꝓpterea de magnitudine q̄dē auferūt multū: de velocitate aūt minimū: de spissitudine aūt nō auferūt sed ēt addūt aliq̄d ei q̄d ꝯm nām inopiā que ex paruitate existit corrigētes. Ex his pꝫ ꝙ magis leduntur ex magnitudine. Cā est ergo calor: cū nō sufficit frequētia: coguntur facere velocē anhelitū sicut etiā quandoq̄ magnum anhelitum coguntur facere vt supra patuit ⁊c̄.

De anhelitu eiꝰ cuius anhelitꝰ ꝯstringitur ꝑꝑ quācūq̄ cām: ⁊ de anhelitu hn̄tis asma. Cap. 35m.

Oportet vt succurratur ei qui fit cū ꝯstrictiōe ex parte velocitatis ⁊ frequentie in plurimo rei quare fit anhelitus eius paruus strictus frequens: ⁊ anhelitus habentis asma est ex eis q̄ veloces sunt capl'o suo.

¶ Hic Aui. quodam generali sermone vult ostēdere qualis paruitas fiat in anhelitu a causis ꝯstringētibus quibuscūq̄ siue cōstringens causa sit naturalis huic homini vt pectus a natura ꝯstrictū: siue sit preter nām: ⁊ ille cause sunt note ex premissis capitulis: ⁊ h̄ est quod dicit. propter quācunq̄ causam. ⁊ subdit. anhelitus hominis habentis asma. i. equalis est anhelitus illis qui hn̄t asma. ⁊ dicit hoc q̄r est anhelitus talis qualis a causa ꝯstringente fit. Expressit aūt de hoc specialiter: q̄r asma est noīata passio. Et q̄r Auic. iam festinabat ad scientiā de asmate. Dicit ergo ꝙ anhelitus a causis cōstringentibus est velox frequens paruus: ⁊ cōstrictioni oportet ꝙ succurratur cum velocitate ⁊ frequentia in plurimo rei nisi sit vltimatus casus ⁊ resolutio caloris innati ⁊ aduētus proximus ꝑditioni q̄r fiet rarus strictus: q̄r non solū fiet paruus. s. in dimēsione hac: q̄r strictus. s. cū sit ꝯm latus cōstringētis. ¶ Sꝫ tu. d. hic: supra est habitum de anhelitu stricto. ¶ Dōm ꝙ forsan hic ītelligit stricturā in tempore. i. breuē. Uel si vis phantasiari strictū ⁊ latuꝫ in pectore ⁊ longum ⁊ breuē ⁊ altū ⁊ ꝓfundū: tu habes omnes has differētias ex dictis in capitulo de pulsu: ⁊ ex hoc quod dicit in capitulo de anhelitu alto subtili. Anhelitus habētis asma est velox in suo capitulo sciłꝫ anhelituum constrictorum in quibus opꝫ ꝙ succurratur cōstrictioni cū velocitate ⁊ frequentia ⁊c̄.

De anhelitu habentium saniē. Cap. 36m.

Quandoq̄ laborāt in dilatatiōe pectoris totiꝰ cū caliditate ⁊ exufflatiōe ⁊ nō est illic caliditas: neq̄ q̄d adiuuet virtutē qm̄ hn̄s hanc egritudineꝫ iā debilitatꝰ est in vltimitate. Sꝫ virtus in hn̄tibꝰ peripleumoniā ⁊ asma est remanēs.

¶ Anhelitus habentiū saniē in pectore est difficilis: ⁊ hoc est q̄d dicit. laborāt. ⁊ conantur dilatare totū pectus cuꝫ caliditate sciłꝫ ꝑter nām quā habēt a sanie. Et exufflatione. q̄r satis hn̄t de aere: ⁊ hn̄t vapores malos ex sanie quare exufflādo anhelant. Et non est. Dynus exponit ⁊ quādoq̄ nō est caliditas illic. s. in mā̄ saniosa: ⁊ ideo nō sic necessitat ad extrahendū aerē ⁊ sufflādū. Aliter posset exponi vt Aui. velit cōparare hn̄tē saniē in pectore ad asmaticū ⁊ peripleumonicū. Et ītelligit h̄ hn̄tē saniē egritudīe lōga vt ptisi vel apertura aꝑatis. Iste. n. est debilior in virtute ꝗ̃ peripleumonicus vel asmaticus: ꝗ hn̄s saniē in pectore. v. g. ptisicus vel empicus verus ex ꝑte cal'itatis accidētalis in sanie cogitur dilatare pectus ⁊ exufflare: ⁊ sic ex hoc faceret anhelitū magnū velocē ⁊ frequētē: sꝫ ex alia ꝑte nō est cal'itas nālis: nec aliud q̄d virtutē iuuet in dilatando q̄r est vltimatus ex debilitate: ꝗ nō poterit dilatare multū nec velocitare. Peripleumonicus aūt ⁊ asmaticus cū sint fortiores in virtute potuerūt facere anhelitū maiorē ⁊ velociorē ꝗ̃ hn̄tes saniē ⁊c̄.

De anhelitu habētiū decollationē ⁊ suffocationem ⁊ que eis sunt similia. Cap. 37m.

Est cum dilatatione magna ⁊ cum velocitate ⁊ frequentia propter necessitatem ⁊ submersionem materiei: ⁊ non est ex eis exufflatio asmatis.

¶ Ponit anhelitū hn̄tiū decollationeꝫ ⁊ aꝑa in gutture in quo hoīe vr̄ ꝙ decolletur exufflatiōe ⁊ similia: ⁊ in quacūq̄ spē sq̄nātie anhelitꝰ est cū magna dilatatiōe: q̄r totū pectꝰ mouetur ⁊ oēs musculi: nō tn̄ ꝓprie est magnꝰ eo ꝙ nō multꝰ aer trahatur: vn̄ coguntur velocitare ⁊ frequētare anhelitū ꝑꝑ nec̄itatē euētatiōis cū nō pōt satisfieri ꝑ multū aerē vna vice. Et submersionē mā̄e. s. quā mā̄ facit que submergit calidū nāle: ⁊ q̄r paucū trahūt aerē iō nō est anhelitꝰ sufflatiuꝰ in asmate existēte libera canna pulmōis plus ꝗ̃ in sq̄nātia pōt cū pluri aere fieri exufflatio plus ꝗ̃ in spēbus squinantie.

De asmate. Cap. 38m.



Asma est egritudo pulmōis cū q̄ patiēs nō inuenit excusationē ab anhelitu frequēti sic̄ est anhelitus quo laborat ꝓ̄focatus ⁊ festinatꝰ.

¶ Expeditus a narratōe diꝗ̃ anhelitus ⁊ causaꝝ ⁊ signoꝝ ⁊ diuersitatū eius ꝯm etates ⁊ alia: hic determinat in spāli de quodā malo anhelitu qui dicitur asma. est. n. multuꝫ nominata passio. Et ꝓ̄ ponit eius diuersitates ⁊ q̄d est. Scđo signa. ibi (Si fuerint.) Tertio curā. ibi (In facto.) ¶ Prima in. d. Primo ostendit quid est. Scđo ponit diuersitatem eius. ibi (Et hec egritudo.)

¶ Dubitatur de diffinitiōe cū dr̄ est egritudo cū videatur accn̄s. s. malitia anhelitꝰ. Itē pulmonis q̄r qn̄q̄ vr̄ solū pectoris ⁊ ēt solum diaphragmatis cū fit a cōpressiōe a stōcho. Ampliꝰ ꝑipleumonia est talis egritudo: ꝗ peripleumonia est asma. ¶ Cōsiderandū ꝙ asma qn̄q̄ est nomē gn̄ale ad oēm ꝯstrictiōeꝫ anhelitus: siue sit cū febre siue nō: siue cū mā̄ siue nō: siue apostemās siue nō: quō qn̄q̄ sumitur 4. ꝯtinētis. c. 1. Alio mō sumitur asma ꝓ difficultate anhelitꝰ: siue sit cōstrictio anhelitus siue nō: facta a causis mālibus nō apostemosis: siue ꝯiungatur febris siue nō: vel a causis nō mālibus. Et hoc mō videtur ītelligi sermo Aui. in toto cap̄ q̄d pꝫ: q̄r loquitur de malo anhelitu a malis cōpl'onibꝰ ēt exiccatiuis: ⁊ a nocumēto in neruis. Ista aūt lꝫ possint cadere in cap̄ ꝯstrictiōis anhelitꝰ: priꝰ tn̄ sunt de cap̄ difficultatꝭ supra de ꝯstrictiōe anhelitꝰ. Tertio mō sumitur asma ꝓ malitia anhelitꝰ facta a mā̄ebus grossis ⁊ viscosis existentibus in pulmone: vn̄. 4. ꝯtinētis ꝓ̄ ca. asma veraciter est q̄d in ꝑtibꝰ cānalis pulmōis hꝫ humiditates multas viscosas ꝓhibētes ex viscositate ipsaꝝ ne trahatur ꝗ̃titas aeris opportuna. Et lꝫ. A. gn̄al'r posset sumere asma ꝓ̄ ⁊ 2° mō: ꝓ̄ncipal'r tn̄ in h̄ ca. exequitur in cura asmatis tertio modo. ¶ Ad ꝯ̄ria dōm ꝙ asma est egritudo ⁊ est accidēs vt notū. ¶ Ad 2m dōm ꝙ veꝝ asma est egritudo in pulmōe: ⁊ hūc ꝓ̄ncipaliter diffinit: Nō veꝝ aūt est ēt pectoris egritudo: sed ꝑ cōitatē ab aliꝭ causis. Uel dōm ꝙ cū dixit pulmōis ītellexit ēt pectoris: sꝫ q̄r pulmo ē ꝓ̄ncipaliꝰ saltē cordi īmediatū organū anhelitus dixit pulmōis. ¶ Ad 3m dōm ꝙ ꝑipleumonia est modus asmatis: vel ꝙ nō est sermo ꝺ hac malitia anhelitꝰ aꝑosa. ¶ Cum qua patiēs ⁊c̄. Ex hoc pꝫ ꝙ malitia anhelitꝰ vocatur asma: q̄r est illa in q̄ patiēs frequēter anhelat cū labore sic̄ accidit ꝓ̄focato absq̄ festinātia aut festinatio ī itinere: imo ꝓprie h̄ nomē asma sumitur a malo anhelitu hoīs festinati in via: vt Pau. ponit. c. de asmate cū dic̄. oīs malus anhelitꝰ ex̄ sanitatē ꝗ̃si coarctatꝰ frequēs aut q̄ ē difficilis frequēs ⁊ ꝑ ꝯ̄n̄s cadit anhelitꝰ ꝓ̄parātiōis nō est alius ꝗ̃ asma difficile. Et sic vr̄ mens Pau. ⁊. A. in ꝓcessu: ⁊ sic pn̄t vocari asma sq̄nātie ꝑipleumonie ⁊ multe aliaꝝ egritudinū q̄rū nō rememoratur q̄r pēdēt illa asmata ab illis causis ꝓlixe discussis. ¶ Ex q̄bꝰ apparet ꝙ Aui. nō dixit ab anhelitu veloci: sꝫ dixit frequēti: q̄r anhelitus frequēs frequēter cōicat cū asmate sꝫ velocitas nō: q̄r ꝯm diuersitatē virtutū pn̄t fieri tardi ⁊ veloces. ¶ Sꝫ ꝯ̄ q̄r supra dixit ꝙ anhelitus hn̄tis asma est ex eis q̄ sūt veloces. ¶ Dōm dupl'r. Prio ꝙ forsan ibi non assumpsit asma gn̄al'r. Uel aliter ⁊ melius ꝙ oīs asmaticus nō hꝫ anhelitū velocē inquātū oportuit defectui magnitudinis subuenire ꝑ velocitatem ita ꝙ in sui rōne esset velox: sed hoc nō semper ꝯtingit ꝓpter defectū virtutis. ¶ Cōtra supra dicit ꝙ in habentibus asma virtus est remanens. ¶ Dōm ꝙ loquitur respectu illorum qui habent in pectore saniem. ¶ Sicut est anhelitus ⁊c̄. Simile exemplū ponitur in cōmen. afo. 25. tertie particule. Senioribus ꝟo factis perithimia.

¶ Et hec egritudo cū accidit decrepitis nō forsitan sanatur neq̄ maturatur: qn̄o. n. cum ipsa in iuuenibus etiā difficilis sit ꝯm plurimū. Et augmētatur apud resupinationē. Et hec quidē egritudo est ex egritudinibus longis habens cum hoc paroxismos acutos ꝯm similitudinem paroxismoꝝ epilepsie ⁊ spasmi.

¶ Hic primo ponit diuersitatem quādā ex etate. Scđo ex causis ⁊ modis eaꝝ. ibi (Et qn̄q̄ fit.) Tertio ex gradu eiꝰ. ibi (Et qn̄q̄ asma fit.) Quarto ex ꝑmutatiōe. ibi (Et multotiēs.) ¶ Pria in duas. Primo facit q̄d dictū est. Scđo addit duos can̄. ibi (Et augmentatur.) ¶ Causa ꝓ̄mi est defectus virtutꝭ: ⁊ q̄r cōtinue catarrizāt: vn̄ Branchi ⁊ corize in valde senibꝰ nō maturantur scđa ꝑticu. afo. 40. ¶ Sꝫ tu dices: q̄re Mesue dicit ꝙ mulieribꝰ vel senibꝰ nō sepe accidit. ¶ Dōꝫ ꝙ forsan vult dicere ꝙ sepe accidit aut comparat decrepitis: aut nō sepe ex hoc ꝙ humores sunt quieti in eis. Citius aūt sanatur mulier: q̄r accidit a parua causa: ⁊ dicit ꝙ hꝫ paroxismos acutos. s. quādo est a materia similes in breuitate epilepsie ⁊ spasmo. ¶ Cōtra Mesue dicit in hoc ca. si periodus nō declinauerit vsq̄ ad. 40.

Dubium

ad.40.dies. ⁋ Dõm ꝙ paroxismoꝝ asmatis qdã est cõis de anno in annũ: ⁊ ille põt durare.40.dieb⁹ ⁊ vltra: ⁊ hꝫ paroxismos particulares.s.plures. Alius est paroxismus particularis: ⁊ ille oꝫ ꝙ sit breuis: qꝛ cũ tãta anhelitus malitia nõ diu põt stare vita.

¶ Et quãdoqꝫ fit ꝓpter nocumentũ in ipso pulmone ⁊ in eis que ipsi ꝯtinuant̃ ꝓpter inuiscationẽ humoꝝ grossoꝝ in arterijs ⁊ ramis earũ breuib⁹ ⁊ suctoribus earũ. Et quãdoqꝫ est in cãna pulmonis. Et quãdoqꝫ est in raritate pulmonis ⁊ locis vacuis. Et iste humiditates quãdoqꝫ sunt ad ipm effuse ex capite: ⁊ ꝓprie in regionib⁹ meridianis. Et quãdoqꝫ sunt expulse ad ipm ex alijs locis. Et qñqꝫ est cã generationis eaꝝ in ipso friditas eius ⁊ rorificat paulatim paulatim.

¶ Hic ponit cãs ⁊ hꝫ partes octo sicut octo cãs põit. Scđa ibi (Et qñqꝫ.) Prima cã est mã viscosa grossa in partib⁹ pulmonis vel circa. Ponit aũt circa hanc diuersitates tres. ⁋ Prima ex parte loci: qꝛ est in pulmone vel in arterijs pulmonis vel in cannulis ꝑuis trachee que terminantur ad superiora pulmonis ⁊ sunt suctores mãerũ vel in cãna vel in corpore carnis pulmonis que est caro rara spõgiosa: quasi res vacua vel in locis vacuis ⁊ spatio pectoris. ⁋ Scđa diuersitas est: qꝛ ille mãe vel veniũt ab alijs mẽbris vt capite in regionib⁹ meridionalib⁹: qꝛ aggregãt multas humiditates in capite aut alio mẽbro aggregatas ex malitia pulmonis. v.g. mala cõplexio frida debilitãdo digõnẽ pulmonis est cã ꝙ in modum cuiusdã rorationis multiplicent̃ humiditates: qꝛ multiplicant̃ ꝫ oẽm porũ sicut ros: ⁊ ideo dicit. rorificat. Si aũt humores nõ sint in pulmone: sed in stomacho. ⁊ pꝫ. ⁋ Tertia diuersitas est ꝙ etiaꝫ nocẽt multitudine. Et qñqꝫ q̃litate. s. grossitie ꝓprie ⁊ viscositate.

¶ Et quãdoqꝫ fit ꝓpter humorẽ nõ existenteꝫ in pulmone ⁊ arterijs eius: imo in stomacho effusum ex capite aut ex epate aut generatũ in stomacho: ⁊ ꝓhibitio anhelitus adueniens cuꝫ ascensus sit est ꝓpterea ꝙ stomachus cõprimit velamen ⁊ velamen cõprimit pulmonẽ: ⁊ epar quãdo infrigidat̃ aut igrossat̃ quãdoqꝫ adiuuat ad faciẽdũ asma. Et isti qdẽ humores quandoqꝫ nocent sua qualitate: ⁊ quãdoqꝫ nocẽt sua quantitate ⁊ multitudine. Et quãdoqꝫ fit sed raro ex exiccatione pulmonis ⁊ siccitate ei⁹ propter corrugationem aggregationis eius ad seipsum.

¶ Siccitas cõplexionalis pulmonis dicit̃ hec siccitas: sed ex ꝯsumptione humidi dicit̃ exiccatio. Raro autẽ tanta siccitas fit in pulmone ꝙ ex hoc ꝯgreget̃ ⁊ fiat asma: vt Rasis.4.ꝯtinẽ.cap.1.

¶ Et quandoqꝫ fit ex frigiditate eius.

¶ Hec est tertia cã: ⁊ intelligit̃ frigiditas constringens: qꝛ de frigiditate generante materiã in pulmone iam dixit.

¶ Et quandoqꝫ fit propter nocumentum perueniens ad membra anhelit⁹ ex neruis ⁊ nucha ⁊ cerebro aut catarro expulso ad ipsam ex eis.

¶ Quarta cã est nocumẽtũ cõmunicatũ a neruis: differt hec cã inquãtũ est ꝯfectio pectoris ex nocumẽto neruoꝝ per cõitatẽ. Ista cã est distincta a superiorib⁹. Inquãtũ vo dicit de catarro expulso ad ipm pulmonẽ ex ipsis mẽbris: illa cã dicta est supra in pª cã.

¶ Et quãdoqꝫ fit propter cõmunitatẽ membroꝝ vicinoꝝ cõprimentiũ membra anhelit⁹: quare nõ dilatantur: sed est stomachus plenus quãdo cõprimit velamen. Et quãdoqꝫ accidit propter multitudinẽ vaporis fumosi quãdo coartat̃ in pulmone ⁊ ꝑuenit ad eũ. Et quãdoqꝫ fit propter vẽtositatẽ coartatã in membris anhelitus cõprimentẽ anhelituꝫ. Et quãdoqꝫ fit propter paruitatẽ pectoris: quare non sequit̃ ipm necessitas ex anhelitu ⁊ fit illud nocumentũ naturale in anhelitu sicut accidit in cibo ex paruitate stõchi. Et quãdoqꝫ asma fit vehemẽs ⁊ fit anhelitus ꝑparationis. Et multotiẽs permutat̃ ad peripleumoniã.

¶ Quinta cã est stõchi repletio: ⁊ tũc inquãtũ esset repletio cibalis differt a cã scđa. Inquantũ vo hic esset sermo de repletione mãli ab humorib⁹ fridis in eo vel in pectore iaꝫ dcm̃ est hoc in ꝑma cã asmatis: ⁊ forsan ꝙ differt hec cã a pª: qꝛ humores stõchi ⁊ epatis fridi pñt ledere vel penetrãdo vel resudãdo ad spũalia: ⁊ sic dixit de eis in ꝑma cã: lꝫ ⁊ dixerat de cõpressione vl' de cõprimẽdo: ⁊ sic ꝑncipal'r dixit. Hic g̃ collige ꝙ epar ⁊ stomachus possunt facere asma cõprimẽdo vel alterãdo diaphragma: ⁊ cũ infrigidat̃ epar ⁊ etiã stomachus vel cõicando mãm. Reliqua sunt nota.

¶ De signis asmatis. Cap.39m.

Si fuerint cã asmatis hummores aut humiditates in cãna ipsa erit illic ꝯstrictio in ꝑncipio anhelit⁹ cũ excreatione ⁊ oscitatione ⁊ retẽtione mãei stãtis ⁊ grauitas cũ sputo rei ex loco ꝓpiquo. Et si fuerint humores ex catarro erit subito: ⁊ si nõ: erit paulatim. Et si fuerint in venis duris ꝑseuerabit diũsitas pulsus tremulosa: ⁊ qñqꝫ adducit ad tremorẽ cordis ꝯfirmatũ ⁊ iterficit. Et plurimũ pulsus habẽtiũ asma est tremulosus. Si aũt fuerit extra spatiũ quocũqꝫ modo sit nõ erit tussis.

¶ Hic ponit signa ⁊ solũ ꝫm q̃tuor cãs. Primo ei⁹ qđ fit ab humoribus grossis ⁊ viscosis: ⁊ fuit ꝑma cã. Scđo ei⁹ qđ fit a siccitate: ⁊ fuit cã scđa. ibi (Et si fuerit a siccitate.) Tertio ei⁹ qđ fit a vẽtositate: ⁊ fuit tertia cã. ibi (Et si fuerit ꝑꝑ vẽtositatẽ.) Quarto ei⁹ qđ fit a friditate pulmonis: ⁊ fuit quarta cã. ibi (Et si fuerit ꝑꝑ frig⁹.) Dõ nõ posuit signa aliaꝝ cãrũ: qꝛ aliũde intelligunt̃. Signa facti ꝑꝑ nocumẽtũ a nucha ⁊ cerebro itelligunt̃ ex signis egritudinũ cerebri fen ꝑª. ⁊ nuche fen 2ª. Signa ꝑꝑ cõitatẽ vicinoꝝ vt stõchi ⁊ epatis itelligunt̃ ex fen.13.⁊.14. Signa ei⁹ qđ fit a vaporib⁹ fumosis sunt sicut signa ei⁹ qđ fit a vẽtositate multa cũ signis febriũ faciẽtiũ hos vapores. Paruitas vo pectoris est res sensibilis. ⁋ Prima in tres. Prĩo ponit signa qñ mã est in spũalibus. Scđo qñ est ꝑꝑ cõitatẽ. ibi (Et si fuerit.) Tertio qñ est sanies per eruptionem. ibi (Et si fuerit ab eruptione.) ⁋ Prima in tres. Prĩo ponit signa qñ mã est in cãna pulmonis ⁊ ramis ei⁹. Scđo qñ in venis. ibi (Et si fuerit in venis.) Tertio qñ est in spatio pectoris. ibi (Si aũt fuerit extra.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit signa ei⁹ in se. Scđo vt venit aliũde vel nõ. ibi (Et si fuerit humores ex catarro.) ¶ Dixit humiditates aut ꝑꝑ mãs que multũ recedunt a forma humorali: aut ꝑꝑ mãs quas pulmo per se aggregat rarificãdo ꝑꝑ malã cõplexionẽ fridã. Ponit aũt ꝑmũ signũ ⁊ est ꝯstrictio anhelit⁹ in ꝑncipio. i. loco ꝑncipij circa ꝑncipiũ pectoris: vel in ꝑncipio q̃tuꝫ ad tꝑs: qꝛ stati cũ icipit appet strictura. Scđm signũ est excreatio. i. volũtas excreãdi: ⁊ labor in hoc: ⁊ iõ dixit. oscitatiõe ⁊ excreatione. Tertiũ signũ est mã stans ⁊ retẽtio mãei stãtis. ⁊ vult in hoc ꝙ semꝑ videt̃ ꝙ mã stat ⁊ retineat̃ in vijs: ita ꝙ qñ actu expuũt credunt expuere totũ qđ oppilat: ⁊ cũ expuerint vr̃ eis nihil fecisse: qꝛ vr̃ eis adhuc mã retẽta: ⁊ hoc ꝓpter mãeꝝ multitudinẽ ⁊ grossitiẽ: ⁊ hoc est anteq̃ꝫ declinet paroxismus. Quartũ signũ est grauitas sensata in partib⁹ spũalib⁹. Quintũ signũ est ꝙ sputũ percipiet̃ ex ꝓpinquo venire. Uel posset exponi grauitas. i. difficultas expuẽdi q̃uis sputũ ex ꝓpinquo veniat. Et si nõ: qꝛ adunet̃ ꝓpter debilitateꝫ virtutis digestiue pulmonis. Et si fuerit in venis. Per venas duras itelligimus. s. arterias: ⁊ est notũ: tñ vene dure sunt vene nõ pulsatiles pulmonis. Nã Gal'.6.⁊.7. de vtilitate particularũ volẽs diffinire arterias pulmonis vocat eas suctores: ⁊ tunc dicem⁹ ꝙ mã in venis qetis pulmonis de se nõ facit malũ anhelitum: vt apparuit in Anchinitõe medico 4º de iteriorib⁹: sed hoc erit qñ mã illa cõicat̃ cãniꝫ pulmonis: ⁊ qꝛ vena cõicat cordi: ideo põt facere tremorẽ ⁊ syncopim ⁊ multo mag̃ si fuerit in arterijs. Est aũt pulsus diuersus ꝓpter virtutis aggrauationeꝫ ⁊ est valde frequẽs nisi iam sit defect⁹ ꝓpinquus morti. ⁊ Gal'. in cõmẽto pulsuũ ca. de pulsu orthomie. cõmẽ.33. Tremulosus. cum est tremor cordis qui põt iterficere. Dicit tñ ꝙ plurimuꝫ est tremulosus: hoc erit qñ stat virtus que ꝓpter necessitatẽ fortiter ꝯcutit arteriã: ⁊ nõ est hic pulsus tremulus sequẽs tremorẽ cordis de q̊ est dictuꝫ. Si aũt. i. si mã est in spatio pectoris nõ facit tussiꝫ nisi cõicet pulmoni: ⁊ iõ saluat̃ lr̃a affirmatiua ⁊ negatiua. Si aũt nõ fuerit ex̃ spatiũ. s. pectoris: ⁊ ꝯcordat cũ dictis sup̃ in signis ꝯstricti anhelitus.

¶ Et si fuerit cum cõmunitate principioꝝ significabit ipsum illud qđ preterijt. Et si fuerit cum cõmunitate vicinoꝝ significat ipsuꝫ additio ipsius ꝓpter excitationem materie ipsoꝝ aut repletionẽ accidentẽ in eis.

Et si fuerit a catarro significabit ipm dispositio eius. Et si fuerit ab eruptione saniei subito ad mēbra anhelitus significabit ipsum illud qđ ꝑcessit de apostemate ⁊ collectione: deinde qđ ꝑuenit ex eruptione.

¶ Hic ponit signa māe aliūde venientis ⁊ alibi existētis: ⁊ lꝫ dixerit signa eiꝰ qđ fit a catarro, dixit id ſm ꝙ significat modū quo adunaꝛ mā. s. subito. Hic aūt ponit signa ſm ꝙ vocat mēbra a qbꝰ vł in qbꝰ est mā vel venit qua cōmunicatiōe leduntꝛ spūalia: ⁊ iō hic ſmo nō est ille. Pricipioꝝ. i. mēbroꝝ. s. cerebri ⁊ nuche a qbus pōt venire mā: ⁊ ſm hoc cadit in ꝑma cā asmatis. Si aūt exponaꝛ ꝑncipioꝝ. i. cerebri ⁊ nuche: ex qbꝰ pōt ledi anhelitꝰ ꝑ cōitatē solius male cōplexionis ⁊ per viā debilitatis: tūc hec signa erunt quarte cāe: que qcqd sit ꝑterit in ꝑma fen ⁊ scđa huius tertij. Uicinorum epatꝭ ⁊ stōchi. A catarro. s. ſm ꝙ ab ipso cerebro dispō catarri dicta quinta huius. ¶ Et si fuerit ab eruptione saniei. Sed tu dices supra nō est facta mentio de saniosa mā. ℣ Dōm ꝙ dedit intelligi supra cū dixerat mās istaꝫ grossas qñqꝫ effundi a capite: ⁊ qñqꝫ ex locis alijs: vt per loca alia itelligamus oēm partē a qua pōt venire mā ⁊ descēdere ad pulmonē ⁊ pectꝰ ſm quēcūqꝫ modū veniat vel per fluxū vel per eruptionē apatis. Etiā Auic. multas cās dat itelligē sicut notas ex dictis. Jā enī in caplīs sup̄ dixerat de sanie ꝙ pōt ꝯstringere anhelitū: ⁊ ſm hāc viam in fine caplī de asmate ponit curā eius qđ fit a caliditate: ⁊ tñ in causis asmatis nō posuit caliditatē dans itelligere ꝙ si asma nō accipiꝛ ita stricte: sed pro malitia anhelitꝰ que est difficultas q̃uis nō sit ꝯstrictū eē qđ pōt fieri a calore ⁊ ab oībꝰ causis difficultatis anhelitꝰ supra dictis.

¶ Et si fuerit a siccitate significabit ipsum sitis ⁊ priuatio sputi omnino: ⁊ ꝙ spuit cum recipit qđ humectat ⁊ administratur qđ humectat.

¶ Administratur. s. extra inungendo.

¶ Et si fuerit propter ventositatē significabit ipm leuitas partium pectoris cum cōstrictione que diuersificātur ſm acceptionē eius qđ inflatiuū est: ⁊ eius qđ nō est inflatiuū. Et si fuerit ꝓpter frigus complexionis pulmonis ⁊ sicut fit in decrepitis: tūc ipsum paulatim incipiet ⁊ cōfirmabiꝛ.

¶ Quia nō est mā humoralis. Et si frigus poterit facere asma in cōstringēdo ēt: ⁊ hoc pōt facere subito cū est ex cā extrinseca vt ambulatione in frigido aere. Et pōt facere aggregādo mās fridas: et tūc ipm asma fit paulatim sicut decrepitis accidit. Et ſm hoc illa nō est tertia cā dicta supra posita: imo claudiꝛ ꝑma sed dat itelligere illā per hoc oppositū qꝛ pōt fieri subito.

¶ De cura asmatis ⁊ constrictionis anhelitus ⁊ preparatione eius. Cap. 40m.

In facto quidē ab humiditatibꝰ cura ⁊ eius modus est vt perueniatur ad finiendum humiditates que sunt in pulmonibus eorum cū facilitate ⁊ equalitate. Et si scíueris ꝙ nocumentuꝫ accidens in eis est propter multitudinem: tūc euacuabis corpus ꝓculdubio cum solutiuo. Sintqꝫ medicine solutiue subtiliatiue maturatiue absqꝫ calefactione vehementi perducentes ad exiccationē materiei ⁊ subtiliationem eius.

¶ Hic ponit curā asmatis: ⁊ qꝛ in hoc posuerūt curā multarū spērū mali anhelitꝰ: iō ponit scđo curā reliquarū spēꝝ mali anhelitꝰ. ibi (Si fuerit.) ℣ Prima in octo. Prīo ponit curā facti ab humoribꝰ grossis viscosis stātibꝰ ī pulmone: siue sint ibi ꝯgesti siue aliūde venerit. Scđo facti per vapores. Tertio facti per ventositatē. Quarto per catarrū a cerebro. Quinto per cōitatē a cerebro ⁊ nucha per neruos. Sexto ꝑ siccitatē. Septimo ꝑ caliditatē. Octauo per friditatē. Scđa ibi (In asmate aūt a ꝯstrictiōe.) Alie sequunꝛ statim per ordinē. Nō posuit aūt Aui. curā asmatꝭ facti a cōpressione stōchi vel epatꝭ: qꝛ itelligiꝛ de cura repletionū stōchi ⁊ epatꝭ ex fen. 13. ⁊. 14. Nec ponit curā facti a ꝑuitate pectoris: qꝛ cura est cura mēbri macrefacti ⁊ extenuati que inuiꝛ ꝑ̊ lib. fen. 3. ⁊. 4. li. fen 7. ¶ Ad ꝑmi euidētiā ꝯsiderādū ꝙ sic iacet in mēte. A. cura asmatis de materijs grossis viscosis in pulmone ſm plīm cōpleꝛ sex itētionibꝰ: lꝫ a Mesue dicanꝛ. 5. tñ ⁊ sextā inuit sigs ꝯsiderat. Pria itētio. A. est eq̃tio māei. Scđa eūatio cū medicīa eūatiua siue solutiua cū expedit. Tertia ē rectificatio vite patiētis. Quarta diuersio māe ad oppositū. Quīta fortꝭ exiccatio ⁊ diminutio ⁊ aptio cū fortibus eductiuis per sputū qđ semꝑ fit post digōnē: ⁊ qñqꝫ post euacuationē ꝙ ante nō poteramꝰ facere. Sexta est correctio accidentiū. ℣ Primo ergo. A. ponit curā asmatis quo ad intentionē que est equatio ⁊ euacuatio eius. Scđo quo ad intentionē rectificationis regiminis. ibi (Et ex regimine bono.) Tertio diuertendo mām. ibi (Et opꝫ vt obseruetꝛ.) Quarto fortius exiccādo ⁊ aperiēdo ⁊ subtiliando. ibi (Distinctio vō medicinarū.) Quinto resistēdo accidētibꝰ. ibi (Et apud vehemētiā.) ℣ Pria in tres. Nā ꝑmo ponit cañ. gñalē in equatione ⁊ ꝑparatione māe. Scđo infert qđdā. ibi (Et ꝑꝑ hoc antiq.) Tertio ponit cañ. spāles. ibi (Et ꝑꝑ hoc opꝫ vt assidue fiat.) ¶ In facto ab humiditatibꝰ grossis. i. flegmaticis viscosis: qꝛ sic est ſm plurimū ſm Mesue. Ad finiendū. i. ꝯsumendum cū facilitate ⁊ equatione: ⁊ intelligiꝛ de finitione siue per medicinas solutiuas siue ꝑparatiuas ad soluenduꝫ siue per dissolutiuas. Totū. n. dꝫ fieri suauiter nō cū forti cōmotione quātū est possibile. Et si ꝓpter multitudinē. s. flegmatis non solū in pectore sed in mēbris alijs. Uel ēt ꝙ in pectore sit multū ꝙ nō itelligit multitudinē. s. sanguinis vel humoꝝ: qꝛ tūc cōpeteret cū flōmia vt reliqui auctores ponūt. Ad exiccationē. i. ꝯsumptionē māei.

¶ Et ꝓpter hoc antiq nō apposuerūt in ꝯfectionibus cure asmatis opiū neqꝫ iusquiamuꝫ neqꝫ mādragorā nisi itētio sit per illđ ꝓhibitio catarri qñ multiplicaꝛ: imo neqꝫ psiliū nisi ꝙ deꝰ vult gloriosus ⁊ excelsus.

¶ Cōsiderādū ꝙ in asmate medicine opiate ꝯgelātes mām nō sūt ꝯueniētes nisi velimus sistere catarrū sicut vtimur qñqꝫ pillulis de storace ⁊ arnoglossa. ¶ Sed tu dices vnde sequiꝛ hoc ex ꝑdictis. ℣ Ad hoc dōm ꝑmo ꝙ sicut nō vtimur medicinis multuꝫ calidis resolutiuis: ita nec multū frigidis. Scđo ꝙ iste sunt medicine multū efficaces: ⁊ lꝫ sint tales nō tamē vtimur eis. ⁊ psilio etiā non possumus vti qđ est minus fridū opio. Nisi ꝙ deus vult. q. d. nisi habeant in hoc aliquā ꝓprietatem.

¶ Et ꝓpter hoc opꝫ vt assidue fiat humectatio māei ⁊ maturatio eiꝰ cū est grossa ⁊ viscosa. Et nō sis ꝯtentus subtiliatione aut icisione pura. Et qñqꝫ adducūt labor eiꝰ ⁊ inobedientia materiei ad vlcus in pulmone. Et similiter quoniā omnia que prouocant nocent huic egritudini inquantū prouocāt. Propterea quia extrahūt subtile ab humiditate tūc cū sentis cū asmate grossitiē in epate opꝫ vt permisceas cum medicinis pectoris medicinas ex genere eupatorij ⁊ absinthij: ⁊ illud qđ ꝯiungit inter duas res simul vehementer est sicut rubea tinctoꝝ ⁊ aristologia etiam. Et cū ille qui curatur est puer oportet vt permisceatur tunc cū medicinis lac matris eius: ⁊ dentur ei sufficientes medicine equales sicut feniculū humidū cū lacte.

¶ Hic in spāli ponit hos cañ. Et ꝑ̊ in medicinis ꝑparantibꝰ mām pulmonis ponēs quasdā illarum. Scđo in medicinis eūatiuis. ibi (Et si mā est plurima.) ℣ Prima in duas. Primo ponit cañ. Secūdo medicinas. ibi (Et ex eis.) ℣ Primus cañ. hꝫ. iiij. ꝑcepta. ¶ Primū ꝙ mā grossa digeraꝛ assuefaciēdo: qꝛ paulatim agēdo ⁊ humectādo. ¶ Cōsiderādū ꝙ illa est humectatio que potius dꝛ mollificatio ꝑparās ad debitā resolōnē māe vt que fit cū decoctione camomille passularū ⁊ ficuū: ⁊ si expedit cū parū fortioribꝰ ſm māꝫ. Res. n. que in mā grossiori esset mollificatiua. v̊. g. decoctio ruthe vel calamēti in mā parū grossiori esset fortiter resolutiua ⁊ exiccatiua. Cōsidera ergo bene ⁊ videbis quare auctores multi diuersificanꝛ in ponēdo has medicinas qbus icipimus ⁊ ꝓcedimus in cura asmatis. ¶ Scđm ꝑceptū est ꝙ qñ tu ꝑparas mām als medicinā nō vtaris puro icisiuo vel subtiliatiuo: vnde nō incipias cū puro succo squille vel cum medicamine de synapi aut de semine vrtice vel ruthe: qꝛ labor exiens ex eis ⁊ inobedientia māe: qꝛ ꝑꝑ grossitiē nō ē apta vniformiter resolui faciūt vlcera pulmonis qꝛ mā exacuiꝛ ꝓpter inflāmationē ⁊ exiccationē: vnde plus vlceraꝛ pulmo. Etiā ille medicīe valde exiccāt pulmonē vel labor ī difficili tussi q̃ ꝯsequiꝛ. ¶ Tertiū ꝑceptū est ꝙ tu nō vtaris ꝓuocatiuis.

¶ Dubitatur de hoc qꝛ statim docet vti rubea tinctorum ⁊ aristo. Item infra docet vti calamēto. Item. 4. ꝯtinē. ca. 1. Rasis docet vti seminibus citrullorum. Item syrupi fiunt a Mesue in quibus ponitur radix apij ⁊ feniculi: ⁊ omnia ista dicta vrinam ꝓuocant.

Dubm ꝑm

¶ In 2ᵒ iuū est. A. hic ⁊ Rasis. 4. ↄtinē. 1. ca. frequēter. n. repetit canonē istū. ¶ Dōm ꝙ māe faciētes asma si sunt in pectore ⁊ debēt ꝑparari ad expulsionē ⁊ expelli: ⁊ sunt grosse ⁊ viscose vt supponitur: nō cōpetūt diuretica īquātū hmōi. Rō hui⁹. A. est: qꝛ ꝓuocantia educūt ꝑtes aquosas per vias vrine ⁊ dimittunt grossas. Nā si mā asmatis dꝫ euāri ↄueniētius euāꝛ per sputū q̄ꝫ per vrinā: ⁊ si ꝑ aliā ꝑtē q̄ꝫ per sputū oporteat euāre eas: melius fit cū medicinis solutiuis q̄ totā mām educūt vt cū agarico ⁊ collogntida. ¶ Sciēdū tñ ꝙ. A. signāter dixit īquātū ꝓuocāt. Prīo qꝛ medicine ꝓuocatiue pñt hēre virtutē aliā potētiorē ꝑꝑ quā eēnt vtiles vt prassium: lꝫ sit diureticū vt capil. ve. tñ īest eis virt⁹ pectoralis exuberātior. Scđo ēt qꝛ medicīe alique pñt eē ꝓuocatiue in mēbꝛis stātib⁹ circa epar ⁊ renes: que tñ nō attingerēt cū v̄tute ꝓuocatiua ad partes pectoris. Tertio qꝛ posset vti vna medicina que in dosi multa ⁊ sola ꝓuocaret: sed in ꝑua q̄ꝫtitate ⁊ mista cū alijs reb⁹ ducētib⁹ eā ad pect⁹ eēt diuisiua ⁊ subtiliatiua. Ex qb⁹ si intelligꝫ cessant oēs instātie. Cōcedit aūt hic. A. rubeā tinctoꝝ ꝑꝑ alterū triū. Uel qꝛ mā asmatis hꝫ minerā suā in epate cui⁹ signū est grossities in epate: ⁊ ꝑꝑ eius ↄfortationē cū hac daꝛ absinthiū ⁊ euaporatoriū. Ul' qꝛ ꝓuocatiua qb⁹ īcōueniēter fuisti vsus ꝑcipitauerūt materias sup̄fluas in epate: cui⁹ signū est grossities ⁊ nō potuerūt illas cōplete educē: ⁊ iō ꝓ cōplemēto eductionis dam⁹ diuretica: lꝫ sit aliq̄s error: tñ error p̄cedēs cogit ad illuꝫ ꝑꝑ min⁹ malū. Uel qꝛ illa ꝓuocatiua simul ↄferūt ⁊ epati ⁊ pectori: siue ī epate sit minera māe: siue sit nouiter lesuꝫ a diureticis qb⁹ vsus fuisti īcōueniēter. Et h̄ vꝫ dicē cū dixit. Cōiungit īter duas res. i. īter duo iuuamēta. s. pectori ⁊ epati in quo est grossities ex materijs. ¶ Quartuꝫ p̄ceptū est ꝙ sit puer ⁊c̄. pꝫ. ⁊ forsan vult ꝙ rectificeꝛ lac m̄ricis.

¶ Et ex eis que iuuant ad maturationem est ius galli decrepiti. Et ex regimine iuuatiuo eis est vt administreꝛ fricatio pectoris ⁊ que sequunꝛ ipm cū manib⁹ ⁊ mādili aspero ꝓprie si fuerit illic anhelitus p̄parationis. Sitqꝫ fricatio equalis sicca absq̄ꝫ vnguento nisi accidat lassitudo: tūc eni administraꝛ vnguētū: ⁊ opꝫ vt administres in quibusdam horis abrotanū ⁊ nitrū ⁊ fiat cum eis fricatio vehemens.

¶ Hic ponit res p̄parātes mās: ⁊ tu accipe alias medicinas q̄ ponenꝛ statiꝫ īfra vt decoctione ficuū ⁊c̄. Absq̄ꝫ vnguēto ne oppilet poros nisi accidat lassitudo ex fricatione: qꝛ tūc ad remouēdū nocumētū lassitudinis inūgim⁹ cū aliq̄ vnguēto vt cuꝫ hyssopi cerōto vel cū oleo de lilio. ¶ Sed tu dices q̄ūo est ꝙ auctores conanꝛ multū ad vnctiones pectoris. ¶ Dōꝫ ꝙ si tu ītēdas cū fricatiōe ad resolōnē ⁊ aꝑtionē poroꝝ nō opꝫ inūgere: vel forsan Aui. ītellexit per vnguētū oleū dulce q̄ vtimur ad lassitudinē post fricationem q̄ñq̄ꝫ. Et h̄mo accept⁹ est a Serapione trac. 2. ca. de asmate. c. 24. Nec ēt vnctiōes que fiūt ad resolōnē harū māerū debēt cū oīmoda oleoꝝ remanētia sꝫ abstergēdo: vt Serapio īnuit abrotanū ⁊c̄. q̄ñ vis fortiter exiccare ⁊ resoluere: ideo dixit in q̄busdā horis.

¶ Et si materia est plurima: tūc necessaria est purgatio eius cuꝫ solutiuo facto ex eis que sunt sicut semen vrtice ⁊ polypodiū ⁊ cucumer asininus ⁊ pulpa colloquintide. Et ex regimine in hoc post purgationē ⁊ vomitū est administratio vocis cū eleuatione gradatim ad fortitudinē ⁊ lōgitudinē. Et ex regimine in illa mūdificatione est administratio vomitus ↄtinui: ⁊ ꝓprie post admīstrationē raffani aut post purgationē. iiij. ℨ. baurach cū pōdere. v. ℨ. syrupi de melle. Et illud q̄dē q̄ñ fortis sit virt⁹ ⁊ debilitanꝛ res. Et elleborus albus valde iuuatiuus est: ⁊ est in egritudinib⁹ pectoris securus ⁊ absqꝫ timore. Et recti⁹ q̄dē est vt sumanꝛ frusta ellebori ⁊ figanꝛ in raffano ⁊ dimittantur sic die ⁊ nocte: deīde extrahanꝛ ab ipso ⁊ comedaꝛ ille raffanus: ⁊ ēt sumanꝛ synapis ⁊ salis: amboruꝫ añ. ℨ. j. baurach armeni. ℨ. ß. nitri danich. j. ⁊ denꝛ ī potu in. v. sextarijs aque ⁊ mellis. ⁊ q̄ꝫtitas mellis in ipsa sit. ℨ. j.

¶ Hic p̄mo ponit q̄ñ ⁊ cū q̄bus dꝫ purgatio fieri. Scđo q̄d fienduꝫ post purgationē. ibi (Et ex regimīe.) Tertio ponit medicīas q̄sdā ↄueniētes. ibi (Et elleborus.) ¶ Cōsiderāduꝫ ꝙ medicina solutiua dꝫ dari in asmate: obseruatis trib⁹ ↄditionibus spāliter. ¶ Una ꝙ mā sit apta eductioni: qꝛ enī est viscosa grossa ⁊ trahiꝛ a medicīa per vias angustas multū req̄riꝛ ꝙ sit digesta. ⁊ hāc ↄditionē Aui. ītelligit ex cañ. p̄mi libri fen. 4. ⁊ ex eo q̄đ statiꝫ supra dixit. ¶ Secūda ↄditio ꝙ mā sit plurima: ⁊ in hoc est diligēter attendēdū: qꝛ si mā que iacet in pectore sit talis mēsure ꝙ medicus credat eaꝫ per sputū euacuare nō esset ↄueniēs vti pharmacia: vt notuꝫ est. Si aūt sit amplior: vel cū hoc sit in locis extra pectus sua minera cogimur ad medicinas solutiuas. ¶ Tertia est ꝙ nō deꝛ medicīa stante actuali ꝑoxismo: qꝛ timor est de virtute infirmi: ita p̄cipit Mesue vt īfra declarabiꝛ. ¶ In illa mūdificatione. i. facta mūdificatione: qꝛ securius vtimur vomitu post medicinā solutiuā q̄ꝫ añ lꝫ q̄ñq̄ꝫ ante possim⁹. Et d̄bilitaꝛ res. i. egritudo: qꝛ q̄ñ est materia multa timeꝛ ne per vomitū moueaꝛ versus pect⁹ amplius. Et elleborus absq̄ꝫ timore ↄcediꝛ cū decenter p̄paratur.

¶ Dubitaꝛ: qꝛ supra docuit finire humiditates cū facilitate ⁊ eq̄litate: sed elleborus ⁊ collogntida nō sunt hmōi nec aliq̄ medicinarum solutiuarū q̄bus vtimur ad mās grossas pectorales. ¶ Dōm p̄mo ꝙ facilitas ⁊ eq̄litas que ꝑcipiebanꝛ in medicinis asmatis erāt ad digerēdū ⁊ euacuādum per sputuꝫ: sed medicine que per solutionē vētris debēt euacuare nō possunt esse faciles in pectoralib⁹ materijs grossis. Et pōt dici cū hoc ꝙ medicīe solutiue q̄b⁹ vtimur in hmōi mēbꝛis: q̄ꝫuis in earum nā sint difficiles: qꝛ mās grossas ⁊ lōginquas euāant: tamen opꝫ ꝙ modis ↄsolationis ⁊ dosi remissa fiant faciles. Danich est pōduꝫ octo granoꝝ ordei. Sextarium aūt maius est lib. 2. ⁊ 5. ⁊ inueniꝛ pro. ℨ. vj. ⁊ duobus danich. Dynus dixit ꝙ poniꝛ tanta quātitas ad ꝓuocandū vomitū.

Dub. 2.

¶ Et ex regimine bono in hoc est assiduatio lenificationis nature ⁊ adiuuat eos ad illud receptio capparis saliti ante cibuꝫ ⁊ ouoꝝ taracoꝝ antiquoꝝ ⁊ iuris galli decrepiti cū medulla cartami ⁊ volubilis ⁊ sicle. Qꝫ si per illa nō fit lenificatio detur in potu aqua ordei in qua vehementer decoctū est parū euforbij. Et epithimū quidē est vehemētis iuuaminis in hac egritudine. Nam si sumatur ex aqua in qua decoquaꝛ epithimum cum melle est vehementis iuuamenti. Et similiter si sumanꝛ ex eo auř. j. cum rob.

¶ Hic pōt dici ꝙ īcipiat pars in qua ponit curā asmatis quātum ad intētionē tertiā que est rectificatio regiminis. Et p̄mo quātuꝫ ad vētris lenificationē quā multū oēs collaudāt: ⁊ ad hoc multa ponit Aui. vt cappares ⁊c̄. Ouoꝝ taracoꝝ. Hic est sermo Serapionis ⁊ Mesue. Synonyma cōia exponūt ꝙ sunt oua pisciū vel pisces exiccati vel saliti. ⁊ ↄcordat cū Rasi. 4. ↄtinē. 1. ca. ⁊ Haly. 6. prac. ca. 8. ⁊ cū alijs qui docēt dare hos pisces ad soluēdū acuitatē ⁊ exiccādū. Et volubilis. Hoc est q̄đ dꝛ lublep. vide Simonē. Aureus ē q̄ñq̄ꝫ. ℨ. j. q̄ñq̄ꝫ minus ⁊ q̄ñq̄ꝫ plus. Et rob. i. sapa.

¶ Et similiter decoctio ficuum ⁊ calamenti ⁊ ruthe in aqua sumanꝛ ex ea cū melle ⁊ etiā decoctio fenugreci cum ficubus pinguibus cum melle plurimo administretur ante cibum tempore longo ⁊ reitereꝛ al's reuertetur post ipsum. Et similiter decoctio passularuꝫ ⁊ fenugreci cuꝫ aqua pluuiali.

¶ Hic accipit medicinas equales ad preparandum materias.

¶ Et ex regimine in hoc est exercitiū in quo gradatio fiat ex tarditate ad velocitatē vt non faciat accidere eis festinatio prefocationeꝫ: propterea quia ipsa mouet materiam laboriose.

¶ Hic ēt posset incipere pars in qua ponit curā asmatis q̄ꝫtuꝫ ad rectificationē regiminis cū illud q̄đ p̄cessit sit medicinale regimē.

¶ In cibis v̄o eoruꝫ oportet vt sit gradatio similis ei quā prediximus in exercitio. Et sit eorū panis: panis coctus habens semina vt cyminum anisum ⁊ similia ex massa fermentata: ⁊ sint eoꝝ nuclei subtiliatiui: aliter micla subtiliatiua in quibus ponuntur semen arasede ⁊ hyssopū ⁊ origanū ⁊ calamentū ⁊ pinguedines. Et cibi eoꝝ sint de adipibus leporum ⁊ cerui ⁊ gazel ⁊ ꝓprie vulpis ⁊ precipue eorum pulmones. Pulmo enim vulpis est medicamē huiusmodi egritudinis cū

Dub. 4.

exiccat̃ ⁊ dat̃ ex eo in potu pōdus.ij.ʒ.⁊ simil'r pulmo ericij campestris. Eoꝝ v̄o carnes sunt sicut pisces petrosi fluuiales nō lacunales ⁊ sicut ꝑue aues ⁊ starne ⁊ perdices ⁊ ius galloꝝ ꝯfert eis. Et qn̄q3 ponit̃ lingua arietis in cibis habētiū asma. Sed eoꝝ vina sint odorifera antiq̄ subtilia ꝑue quātitatis. Et qn̄ volūtas est vt multiplicet̃ maturatio ⁊ iuuamētū ad spuēdū accipiat̃ ex eo subtile valde. Et syrup⁹ de melle cōfert eis ēt ⁊ in vinis dulcib⁹ adiut3 cū aliquo subtiliatiuo adiuncto eis est iuuamētū ipsis ꝓpter illud qđ in eis est ex abstersione ⁊ lenificatiōe ⁊ calefactione eq̄li. Et op3 vt elōgent̃ inter cibū ⁊ potū ⁊ nō satient̃ ex aqua subito: imo plurib⁹ vicib⁹. Ex reb⁹ aūt quas o3 eos vitare est balneū quātu3 possunt: ⁊ ꝓprie post cibū. Et somnus plurim⁹ ⁊ ꝓprie somnus diei: ⁊ somn⁹ post cibū est res nocibilior eis nisi adueniat eis spatium vehemēs ⁊ lassitudo ⁊ caliditas: tūc nāq3 dormiat paꝝ. Et op3 vt vitēt oē granū in quo est iflatio: ⁊ vt vitent potare post cibū siue sit aqua siue vinū.

¶ Hic apparēter incipit curā asmatis per dietā. Et ꝑmo hoc. Scđo describit quasdā medicinas. ibi (Medicine.) ¶ Similis ei. quā ꝑ'diximus in exercitio: q2 sicut de paruo exercitio itur ad plus: ita de cibo. Nuclei. i. illa qb⁹ hoīes vtunt̃ post cibū siue in scđa mēsa que al'r dr̃ tragemata. Arasede. i. nasturtij. Hazel est aīal simile caprioli. Sup pulmone vulpis oēs ꝯueniūt. Starne coturnices ꝑdices que sic cōiter vocant̃: vide que scripsim⁹ 2° cañ. ca. de coturnice. Lingua arietis ē arnoglossa ad aliq3 ꝯfortationē cū siccitate. Uina antiq̄ ⁊c̃. totū h̄ fit ad mãerū subtiliationē ⁊ resolōnē.

De ys nihil ab eo ibidem

Dubᵐ 3ᵐ

¶ Sed dubitat̃ de quātitate vini: q2 Rasis. 4. ꝯtinē. 1. ca. dicit. vinū tenue ⁊ subtile ⁊ facit ad hmōi passionē si in potu accipiat̃ in multa q̄̃titate. R̸ Dōm ꝙ forsan in loco cibi d3 esse in quantitate pauca: ⁊ cū mã est plurima: sed loco medicine ⁊ cū est digesta pōt dari multa quātitas: ⁊ op3 in hoc ꝯsiderare nām mãe ⁊ ꝯsuetudinis: ⁊ alia ex qbus pōt iudicari multa aut pauca quantitas dari: ⁊ hoc forsan īnuit Aui. cū dixit. Et qn̄ volūtas ⁊c̃. Inter cibu3 ⁊ potū: q2 posset cū iam est hora transitus cibi a stōcho ex aq̄ vel ex aliquo potu grauari stomach⁹ ⁊ diaphragma. Balneū. mã cruda ⁊ multa existente ⁊ cōmuniter eliquat̃ mã asmatis per balneum: & ⁊c̃. Somnus. dicit Serapio. 2. tracta. cap̄. 24. ⁊ Rasis 4° ꝯtinē. ca. ꝑmo ꝙ in sanis hominib⁹ somnus facit asma: ⁊ ideo debet valde caueri in eis. s. sup̄fluus: ⁊ ideo melius est ꝙ declinet ad vigilādū q̄3 ad dormiendū. Spatiū. s. inter cibū ⁊ somnū. Et lassitudo ⁊ caliditas. s. ex vigilia. Sunt enim qui post cibum lassantur ⁊ inflāmātur si nō dormiūt: ⁊ hic cās dicere esset prolixū. Sed ꝯsidera vnā precipuā. s. ex ꝯsuetudine dormiendi post cibum. Potare post cibum. s. anteq3 sit digestus: vt Gal'. 7. terapē. ca. 6.

¶ Medicine v̄o solutiue fortes que eis ꝯueniunt sunt sicut si in potu sumāt ex opoponacis ⁊ pulpe collogntide: amboꝝ an̄. ʒ. ß. cū aqua mellis aut castoreu3 cum āmoniaco ⁊ pillulis de agarico necessarium est vti in mense bis qn̄ cā sit fortis. Quarū descriptio. ℞. agarici tres partes radicis lilij prassij: amboꝝ an̄. partē. j. turbith ꝑtes. v. hierapigre. iiij. pulpe collogntide sarcocolle: amboꝝ an̄. ʒ. j. ꝯficiant̃ cū rob: ⁊ sit potio eaꝝ ij. ʒ. ⁊ etiā pulpe collogntide medietas aur̃. anisi sex aurei: ꝯficiant̃ cū aqua ⁊ fiant ex eis pillule ⁊ admistrentur post administrationē clysteris puri ante ipsas per diē: ⁊ fit ex eis que sunt sicut aqua sicle ⁊ oleū sisaminū ⁊ baurach ⁊ que cursu eoꝝ ꝓcedunt. Et iterū pulpe collogntide danich. ij. semis vrtice. ʒ. j. epithimi. ʒ. ß. ꝯficiant̃ cū aqua mellis ⁊ sunt potio. j. ⁊ expectentur sup ea3 tres hore: deide potent̃. ij. ʒ. aut. iij. ex aq̄ mellis. Aut etiā pulpe collogntide ⁊ sceba equaliter baurach medietas partis radicis lilij opoponacis: āboꝝ an̄. pars j. fiant ex eis pillule. Sitq3 potio earū ex. ʒ. j. ⁊ ß. vsq3 ad. ij. ʒ. ⁊ expectet̃ hora. ʒ. j. ⁊ detur in potu post eas media cottila aque mellis. Et etiam synapis aur̃. j. salis cōmunis qui in pane ponitur. ß. aur̃. succi cucumeris asinini. ß. aur̃. fiant ex eis. viij. trocisci ⁊ bibatur trociscus. j. ex eis vna die: ⁊ die altera non: ⁊ potio sit cum aqua mellis. Ista enim leniunt naturam ⁊ faciūt spuere cum facilitate.

¶ Hic describit multas medicīas solutiuas: ⁊ sunt septē: ⁊ vltimo ponit vnū canonē in vsu medicinaꝝ. ibi (In reliq̄s v̄o.) ¶ Nō hic pillulas de agarico qb⁹ pōt vti bis in mēse: ⁊ ꝯsidera in eis medicinas euãntes ⁊ ꝯsolidātes qđ hic nō scribo. Credit v̄o Albert⁹ ⁊ Bertutius eē dosi3 sup̄fluā. ʒ. ij. s3 vide Mesue in ātidotario q tm̄ ꝯcedit: ⁊ illa dosis nō ē magna si ꝯsideres. Et. s. clystē fit ex eis que s't sic aq̄. Sceba ⁊c̃. ⁊ exponit̃ sticados vl' abrotanū. Cottila ē. ℥. ix.

¶ In reliq̄s v̄o medicinis op3 vt permutatio fiat ⁊ nō ꝯtinuet̃ cū vna medicina ex eis assidue ⁊ amplectatur eā natura. Et iterū inter medicinas ⁊ corpora sunt ꝓportiones que nō cōprehēdunt̃ nisi cum experimēto. Cū ergo experieris ꝯsequeris qđ magis sit iuuatiuū.

¶ Iste cañ. apud Rasim. 4. ꝯtinē. 1. ca. est gn̄alis ⁊ ꝯsimil'r innuit̃ a Serap̄. 2° lib. ca. de asmate: sed ꝯm Aui. videt̃ esse spālis in alijs medicinis q̄3 sint medicine fortes de qbus dixit: ⁊ l3 de oībus medicinis possit ītelligi ille canon: tamē de medicinis alteratiuis videt̃ magis verus quātū ad ꝑmā cāni quā dat Aui. Nam medicine solutiue fortes nō viderent̃ nobis ita posse assuefieri sicut medicine alteratiue: q2 medicine solutiue sunt nobis magis extranee: ⁊ in vsu nō sic sunt frequēti: ⁊ iō per operationē ⁊ vsum cū eis videt̃ ꝙ nō debeāt operari in nobis: ⁊ hoc est qđ dicit. Nō cōtinuet̃ vna medicina. Et amplectat̃ eā nā. s. q2 fiet nobis cōsueta: ⁊ ab eo qđ ꝯsuetū est res nō patit̃. s. tantū quantū ab eo qđ nō ꝯsuetu3 est quarta ꝑmi ꝑmo cap̄. Scđa cā quā assignat Aui. est cōmunis medicinis tam solutiuis q̄3 alteratiuis. s. ꝓprietas que currit īter medicinā ⁊ corpora. Si ergo multas medicīas experieris ꝯsequeris que magis ꝓdest. Et ꝯsideret subtilis Speculator ꝙ illa cā etiam plus appropriat̃ medicinis que operant̃ a q̄litate q̄3 solutiuis medicinis: ⁊ iō dixit in reliq̄s: sed declarare hoc esset ꝓlixū.

¶ Et oportet vt obseruetur pars effusionis materie. Nam si fuerit ex capite: rege caput curatione catarri cū regimine mundificationis humoris. Et quandoq3 ponuntur in eo narcotica ⁊ lutū armenum est mirabile in prohibendo catarru3.

¶ Hic ponit curā asmatis quantū ad intētionē quartā que est materierū diuersio ⁊ ꝓhibitio cursus: ⁊ vtit̃ exemplo in catarro: q2 si asma est ex catarro cura catarrū vt sciuisti fen q̄nta ⁊ ꝑcipue intende euacuationē mãe catarri: ⁊ dat ibi intelligere oīa que sunt diuertētia de fricationib⁹ ⁊ ventosis ⁊ medicinis rubificatiuis supra caput: que omnia vult ꝙ tu habeas mēti ex cap̄l'o de cura catarri. Et sic ītelligit si mã esset ab epate vel stōcho eo ꝙ intendas ad illa. Et qn̄q3 ꝓhibemus cursum mãerū cū stupefactiuis vel stipticis: ⁊ ideo subdit. Et qn̄q3 ponunt̃ in eo. s. medicine ad catarru3 narcotice vt opiū ⁊ iusquiamū. Lutum autē armenū laudat̃ q2 nō est narcoticū vt opiū: ⁊ h3 virtutē figendi ⁊ sistendi fluxum materie ad pectus. Usus autem illoꝝ esset vel tenēdo in ore vel gargarizando vel formando pillulas ⁊ transglutiendo illas vel faciēdo suffumigiū: ⁊ etiā odorando ꝯm ꝙ medico videt̃.

Dubᵐ 4ᵐ

¶ Sed dices ꝙ illa narcotica nō vident̃ ꝯueniētia in hoc asmate: q2 materia est frīda grossa vt supra ponit̃. Amplius materias frigidas grossas possumus sistere cū reb⁹ calidis stipticis vt myrra spica ⁊ olibano ⁊ silib⁹ vt Mesue inuit. R̸ Dōm ꝙ ꝯmo. A. hic forsan refert̃ ad calidas mãs subtiles vt sit ꝯmo incidens: vel forsan refert̃ ad calidas mã3 ⁊ frīdas: que cū sint in actu casus a cerebro possibile est ꝙ sint subtiles. s. fluide. Cū aūt iam in pectore q̄escūt ꝯgelant̃ ⁊ īgrossant̃: ⁊ ideo eis actu quiescētib⁹ nō vtimur sistentibus catarrū. s. narcoticis ⁊ similib⁹: sed in illis que fluunt ⁊ ꝓprie facta euōne. ⁊ narcotica qbus in frigidis morbis vtimur sunt narcotica mista cum calidis medicinis: vt cōmuniter tyriaca noua ⁊ pillule filij Zacharie descriptione Mesue cap̄. de catarro. ⁊ sic ēt frigida lutū sigillatū cōmiscemus cu3 spica ⁊ olibano ⁊ similibus. Ista tamē materia querat̃ ex capitulo de catarro. s. quādo debemus vti opiatis ⁊ quibus necessitatib⁹ ad illa mouemur.

¶ Distinctio vo mediciaꝝ est sicut medicamē diasco-
ridis ⁊ sicut aristo.ro. Sumanť ide in potu oi die.ʒ.ʒ.
cū aqua: ⁊ sicut serapinū cū vino ⁊ semē iuniperi ⁊ nux
cupressi ⁊ alfesir ⁊ etiā alfesirestē.iiij.danich ⁊.ʒ.cū aq̄
radicis: ⁊ ēt acetū in quo infusum est de semine vrtice
multotiēs pōdus.ʒ.ij. ⁊ semē nasturtij suꝑ qđ distilla-
tū est oleū amigdalinū dulce ⁊ radicis rubee medie-
tas ⁊ quarta.ʒ.vnius cū oxymelle squillitico. Oxymel
eni squillliticū iuuatiuū est valde ⁊ squilla assata ipsa-
met: ⁊ ꝓprie cuꝫ melle ⁊ aristol'.ro. ⁊ duo calamēta et
sceba ⁊ liliū ēt ⁊ camepitheos ⁊ castoreū ⁊ ēt dcoctio
cētauree. Et cētauree due species iuuatiue sunt eis in
duab⁹ dispōnib⁹: grossa apud motū in ꝑncipio et mi-
nuta apud quietē in postremo fiat electuariū cū mel-
le ⁊ ēt glutē alimbat solū aut cum pauco pyretro ⁊ aq̄
ro. Et opoponacuꝫ fortiter iuuat ēt hanc egritudinē.
Verūtamē est ex eis quoꝝ maxima malitia timenda
est in neruis. Et medicamē sulphuris ē eis vehemens
iuuamē: ⁊ ēt sumanť nasturtij ⁊ sisami: āboꝝ añ.ʒ.xxx.
⁊ hyssopi sicci.ʒ.vij. ⁊ sit potio ei⁹ ꝯm quātitatē testifi-
catā: ⁊ ēt pulmonis sicci vulpis ꝑtes.v.calamēti mon
tani.iiij.semis apij folij idi: amboꝝ añ.viij.āmoniaci
piperis: amboꝝ añ.iiij.semis iusqami.ij.aut sume suc-
cum squille cū melle equalis mēsure cui⁹ spuma ꝓij-
ciať ⁊ coaguleť suꝑ prunas ⁊ deť ex eo in potu mestrō
al's misticū etiā ante cibū et tantūdē post ipm. Et etiā
calamentū ⁊ asse ⁊ ireos ⁊ anisuꝫ ⁊ piper cōficianť cū
melle ⁊ administrenť ex eis quantitas vnius auellane
mane ⁊ sero: ⁊ ēt polij al's folij ⁊ sceba armeni ⁊ came
pitheos ⁊ castorei ⁊ olibani ⁊ hyssopi: oium añ.auř.j.
sumať ⁊ cū melle misceať ⁊ est potiōes due. Aut bau-
rach.iiij.piperis albi.ij.aniudē.iij.āmoniaci.ij.ꝯfician
tur cū rob ⁊ sit potio ei⁹ quātitas fabe vnius cū aqua
mellis. Aut castorei ⁊ aristol'.ro.āmoniaci: oium añ.
auř.j.piperis.g.x.misceanť cuꝫ rob vue ⁊ potio ex eis
sit quantitas fabe.j.cū oxymelle. Et etiā prasij ⁊ costi
⁊ storacis ⁊ granoꝝ pini: oium añ.auř.j.polij ⁊ casto-
rei: āboꝝ añ.auř.j.piperi albi succi cucumeris asini-
ni: oium añ.auř.ʒ.ꝯficianť cum melle ⁊ sit potio faba
vna cū aq̄ mellis calefacta. Et ēt synapis ⁊ baurach:
amboꝝ añ.ꝑtes.ij.calamēti fluuialis succi cucumeris
asinini: amboꝝ añ partes.j.ꝯficianť cū aceto squilli-
tico: ⁊ sit potio ei⁹ quātitas herbi i aqua mellis crudi
in ieiunio. Aut sceba ⁊ absinthiū ⁊ rutha ꝯficianť cuꝫ
melle: aut coagulenť cuꝫ decoctione mellis: ⁊ melius
est sumere in potu cū oxymelle: aut decoctiōe calamē
ti cū ficub⁹: ⁊ ꝓprie cū fuerit illic caliditas. Et scias ꝙ
enula ⁊ aqua ei⁹ vehemēter iuuant hāc egritudinē: ⁊
ex medicis fortib⁹ est arsenicū cum gūma pini ex quo
fiant pillule ad asma: ⁊ deť in potu arsenicū cuꝫ aqua
mellis ⁊ sulphur cū ouis mollibus coctis in aqua. Et
ex medicis bonis ꝓpinqs eq̄litati est cyminū cū aceto
cōmisto ⁊ est iuuatiuū valde ad anhelitum ꝑparatio-
nis: ⁊ etiā mucilago synapis albe cum equali mēsura
mellis decoquať vt electuariū ⁊ administreť.

¶ Hic ponit curā asmatis quantū ad quintā intentionē: que lꝫ ꝓ-
ferať vna generali intētione: hꝫ tamē sub se particulares intētio-
nes. Hec aūt quinta intentio est finitio seu ꝯsumptio māerū: ⁊ in
hoc est intētio in exiccatione illarū ⁊ resolutione: ⁊ per sputū eua
cuatio: ⁊ talis euacuatio fit diuidēdo eas fortiter ⁊ facilitādo eas
⁊ vias earū ampliando: ⁊ totū hoc fit per medicinas fortes quaꝝ
vsus est post digestionē materierū cuꝫ medicinis superius dictis
leuib⁹. Et ēt post euōnē cū medicinis solutiuis si mā fuerit multa.
in stipticis ⁊ ponticis. Et ex reb' expertis in abscindē-
do iterationeꝫ sputi sanguinis est masticatio portula-
ce ⁊ deglutitio aque eius quādo eni statim retinet. Et
ex fructib' cydonia ⁊ poma que ambo sunt stiptica: ⁊
iuiube humide ⁊ grana myrti ⁊ xylocaracte de sceni: ⁊
que hoc cursu ꝓcedunt. Et quandoqꝫ sit eis quo vtit
in secunda mensa aliquid ex luto sigillato armeno cū
gūmi arabico ⁊ panca camphora.

¶ Hic ponit curā qn̄ est ex fissura ⁊ icisione. i. a solōne ꝯtinuitatis manifesta in ipso corpore vene. Et p̄ qn̄ h̄ fit a multitudine sanguinis. Scdo qn̄ fit ab acuitate. ibi (Et si fuerit.) ⁋ Pria in duas. Primo ponit curā qn̄ sanguis expuit. Scdo post cessationē. ibi (Cūqꝫ retinet.) ¶ Cōsiderandū ꝙ ītētio Aui. in hac cura est ad tria. s. ad sanguis paucificationē: ⁊ h̄ cū paucitate nutrimēti ⁊ cuꝫ flōmia si expedit. Scda ītētio est getatio sanguis cū fridis ⁊ viscosis. Tertia ītētio est vene icise ꝯsolidatio: ⁊ h̄ fit cuꝫ reb' stipticis ⁊ glutinosis. Nō comedat qđ fortē facit. i. multiplicet nutrimētū ⁊ fortificet ex h̄: imo ītētio est paucitas nutrimēti ⁊ debilitatio in hoc. Alia lr̄a hꝫ qđ est forte ⁊ exponitur ab alijs in digōne: q2 nō sit res difficilis digōnis. Acetosum sulcitū est qđ est factū in modū sulci. Nā sulcitū est ponē aliqđ aceti in cibo sine alia decoctione vel artificio. Lac qn̄ ꝓlongat: q2 tūc reqrit aliqua copiosior nutricatio. Lac ꝯsuetū. s. q̄uis nō sit extractū butyrū. s. qn̄ indiges pluri nutricatione. vel ꝯsuetū. i. caprinū. Nō sufficit. s. illa cura per dietā subtilē. Pisces aradrati. i. petrosi iuuāt q2 getāt sanguinē faciēdo illū frigidiorē. Frigidi actu. vt nō agitēt sanguinē sed quietēt.

¶ Dubitat q̄uo dicit carnes ꝓdicū eē pauci sanguis cū ipe sint multi nutrimēti: vn̄ 4° cañ. fen 7° trac. 4. 2° cañ. Caro alcubugi ponitur īpinguatiua. ⁊ 2° cañ. ca. de alcubugi. carnes turturū ēt laudātur. 5. coll'ꝫ cap̄. 32. 2° cañ. si turtur est dura. ⁋ Dōm dupl'r. Primo ꝙ hoc est qn̄ coquunt cū stipticis ⁊ acetosis. Uel dōm ꝙ sanguis ab eis est paucus. s. ꝙ nō abūdat aquosus: sꝫ mag' sicc' q̄ ex hedo vel agno ānuali: qb' plus vtunt sarraceni vel q̄ pullus gallinarū.

Dub^m 2^m

¶ Cūqꝫ retinet sanguis ⁊ ꝑuenit ad quartū diē opꝫ vt
nutriat ⁊ ꝯfortet ⁊ icipiat ab eis que sunt sicut panis
īfusus ī aq̄: deide alkereis ⁊ extremitates ⁊ cerebella.

¶ Patet.

¶ Et si fuerit fissura ⁊ incisio cā acuitatis sanguis fiat
illud qđ opꝫ de declinatione sanguis ad īferiora ⁊ ad
diuersitatē partis: euacuet ergo cholera: deide fiat ī-
frigidatio cū fortitudine ⁊ fiat humectatio ⁊ admini-
strent stiptica ēt glutinatiua ⁊ aqua ordei ⁊ cācri ⁊ cu-
curbita ⁊ medicamē Andromachi ⁊ medicamē Gal.

¶ Intēdit Aui. ad tria. Prio ad diuersionē ad īferiora: ⁊ ad diuersionē spālē si expedit ligādo vel fricādo ad īferiora. Scdo ad eq̄tionē sanguis: qđ fit euāndo cholerā ⁊ īfridādo. Tertio ad ꝯsolidationē vene. Medicamē Andromachi: pōit 5° cañ. sūma. 2. tra. 5. ⁊ cōponit ex fridis ⁊ stipticis. Et medicamē Gal. Forte est illud qđ laudat qnto de ingenio sanitatis cap̄. 9. aut cap̄. 13.

¶ In facto aūt ex apertione venarum medicine quas
opꝫ administrare sint stiptice pontice conglutinatiue
sicut sunt medicine que necessarie sunt in eis que p̄te-
rierunt: ⁊ sunt glutinatiue incarnatiue cū stipticitate:
⁊ iste sunt sicut balaustie ⁊ capita granatoꝝ ⁊ sumach
⁊ succus teratit ⁊ succus ramoꝝ vitis ⁊ glandes ⁊ fo-
lia rubi ⁊ karabe ⁊ achacia ⁊ lyciū ⁊ succus virge pa-
storis ⁊ suchaba ⁊ succus acreste ⁊ enifistides ⁊ qn̄qꝫ
ꝯfortant ista. Et que ex eis sunt cū alumine ⁊ gallis ⁊
aloe ⁊ absinthio. Et fiunt ex eis medicie composite et
troc. ꝑparati ad hoc cap̄. iam compositi ex medicinis
predictis. Et qn̄qꝫ decoquunt iste medicine in aquis
puris: aut in quibusdā succis ⁊ bibitur decoctio eorū.
Et qn̄qꝫ fiūt ex eis emplastra. Et qn̄qꝫ admiscent eis
⁊ aggregant medicine cordis predicte ⁊ medicie pe-

ctoris ꝓdicte sint apiū ⁊ ameos ⁊ anisum ⁊ spica ⁊ ramacha. Et qn̄qꝫ miscent̄ cū eis narcotica que sunt sicͣ cortices radicis mādragore ⁊ iusquiami ⁊ papaueris. Et qn̄qꝫ ꝑmiscent̄ eis glutinatiua sicut gūmi ⁊ cortices thuris ⁊ stella semi⁹ ⁊ spodiū ⁊ semē arnoglosse et mucilago psilij ⁊ semē eius: ⁊ succus portulace ⁊ mucilago granoruꝫ cydonioꝝ. Sed cum est resudatio ex apate: tūc cura ei⁹ est flōmia ⁊ eūatio: deide maturatio ⁊ nō curet̄ cū stipticis. Illud eni attrahit nocumētū magnū: imo opꝫ vt curet̄ cura peripleumonie.

¶ Hic ponit curā sputi sanguis facti ex apertione orificioꝝ venarū ⁊ ꝓcedit solū cū duab⁹ itentionib⁹: cuꝫ vna explicite. s. cū clausione orificioꝝ venarū stipticādo ⁊ ꝯglutinādo: ꝓcedit ēt cū sedatione fluxus in sanguine quietādo ipm. Iaꝫ eni vult ꝙ tu hēas in mente ex ꝓmissis itentiones diuersionis ⁊ rectificatiōis regimis. Primo per medicinas simplices. Scdo ꝑ cōpositas. ibi (Et fiūt.)

Dub^m 3^m ¶ Dubitat̄ quō qn̄qꝫ miscem⁹ ameos ⁊ spicā ⁊ anisuꝫ: cū sint aperitiua ⁊ faciētia magꝭ fluere ⁊ sint ꝓhibita in ꝑn. cap. Dōm ꝙ medicine subtiliatiue pn̄t cadere in cura sputi ꝑꝑ tres intentiones. Una est qn̄ volum⁹ vti opiatis in qb⁹ itrāt subtiliatiua vt bezoar opij. Scda qn̄ volum⁹ aliquē sanguinē coagulatū diuidē ⁊ abstergere. vn̄ Gal. dedit illi mulieri tyriacā antiqꝫ. Tertia qn̄ volumus dare penetrationē medicinis grossis stipticis: de qb⁹ nō ꝯsideremus ꝙ ad locū ꝑuenirēt nisi cū auxilio medicinarū subtiliātiū: vt ponit Aui. in cura sputi sanguinis a pectore. vnde Rasis. 4. ꝯtinē. in ca. z. dicit sic. Medicie subtiles ꝯrie sunt in fine. i. in vltimo huius passioni cū tn̄ apte sint admiscendū vt dicāt alias ad locū in q̄ passio fit: qm̄ res stiptice ⁊ viscose ipediūt meat⁹. ⁊ hoc est qd̄ dicit Aui. ⁊ qn̄qꝫ aggregant̄ medicine cordis ꝓdicte. s. fen. 11. s. medicine calide. vt spica crocus ⁊c̄. allas sputi sanguinis. Et qn̄qꝫ miscent̄ eis narcotica. s. cuꝫ nō sufficiunt ꝓdicta. Et qn̄qꝫ. s. qn̄ ꝓdicta stiptica nō sufficiūt: tunc vtimur stipticis glutinosis. Stella seminis est talk. Sed cū pꝫ. Maturatio supple tu: vel resolutio conueniens. Iam aūt sepe declaraui ꝙ Auicē. nō cessat in apostemate a repercussione: ⁊ vtitur moderata resolutione siue apertione siue mollitione: ⁊ vocat id qn̄qꝫ maturatiuū: qꝛ eius oꝑatio est resolutio si pōt: ⁊ si nō maturat: nō tn̄ cū stipticis qꝛ mā significat̄ multa nō grossa que resudat: stiptica aūt illa cōpingerent.

¶ Factū aūt ex corrosione est parue cure ⁊ difficilis ⁊ est quasi sicut illud de quo desperat̄. Flō. n. sanat̄ aut nō ꝯsolidat̄ nisi cuꝫ remotione malitie cōplexionis: ⁊ istud nō fit nisi in spatio in cui⁹ simili aut indurat̄ vlc⁹ aut putresit. Ueꝝ qn̄qꝫ ꝯfert vt nō ꝑmittat̄ corrosio ꝯfirmari expellēdo humorem acutū. Et qn̄qꝫ solōne educunt̄ cholera ⁊ grossum simul cum eo qd̄ est sicut pillule de agarico. Et si idigueris itētione ꝯfortationis ꝯforta ⁊ igenia vt sedes cōmotionē tussis cū medicamine de seminib⁹. Sperat̄ n. ex eo ꝙ aliqd̄ cōferat iuuamētū. Et ad sūmum cura eoꝝ est mundificatio ⁊ eūatio cū flōmia ⁊ alijs ⁊ cibi boni chimi. Et ex eis qdeꝫ que sanāt corrosionē sunt thus ⁊ myrra ⁊ sanguis draconis ⁊ semē portulace ⁊ radix malue ⁊ troc. stelle in qbus addit̄ opij medietas ꝑtis. Et medicine cōposite quas dixit Paulus ⁊ nos dicemus in ātidotario. Et eoꝝ medicine ad hoc iuuatiue sunt ille in qbus ponunt̄ scedenigi ⁊ sanguis dracōis ⁊ charabe ⁊ sandaraca ⁊ lutū sigillatū ⁊ ad vltimū omne exiccatiuū mūdificatiuū inuiscatiuū consolidatiuū.

¶ Premittēdo ipoſſem vel difficilē eē curā ⁊ cām: in h̄ ꝓcedit Aui. cū q̄tuor intētionib⁹. Primo cū eūone māe corrosiue eūando subtile ⁊ grossuꝫ corrodēs que māe corrosiue habēt de grossitie: ⁊ associat̄ eis subtile resudādo. Scdo cū sedatione agitationis vt nō laceret̄ ꝑs corrosa. Tertio cū rectificatione regimis. Quarto cuꝫ remotione corrosionis ꝯsolidādo ⁊ mūdificādo: ⁊ istā itētionē diuersionis itellexit ex ꝓmissis: ⁊ aliqd sup̄ dixit de flōmia. Medicamē de semib⁹ pōt eē illō qd̄ fit de semib⁹ f[r]idis: supra ca. de tussi. vbi dicit ꝯfirmatiōis vl̄ ꝯfortatōis. Scedenigi. i. lapis emathites.

¶ Factum autē a pectore curat̄ cum emplastris ⁊ medicinis in qbus est substātia subtilis que admiste sunt eis: ⁊ sunt ille quas diximus vt ꝑueniat ad pect⁹. Albedarūgi vō in seipso ꝯiungit iter duas res cū existimat̄ ꝙ cā sputi sanguis sit ruptura. Et medicine ꝓdicte oēs sunt ꝯueniētes ad hoc. Et cuꝫ existimat̄ ꝙ cā sit frigus faciēs euenire sputū sanguis ſm modū ꝓdictū: tūc cura ei⁹ est sicut dixit. G. illud. n. accidit cuidā adolescēti ⁊ curauit eū. Flobothomauit nāqꝫ eum in die ꝑmo: ⁊ secūdauit ⁊ fricuit extremitates ei⁹ ⁊ ligauit stringēdo eas ſm ꝙ opꝫ in oi retētione sputi sanguinis ⁊ cibauit eū sorbitionib⁹ ⁊ posuit sup̄ pect⁹ suū ceratariuꝫ de gūma rubhe ⁊ remouit ipm ab eo hora noctis vt nō adderet calefactionē ei⁹ ſm quātitatem quesitā: ⁊ cibauit eū cū sorbitionib⁹ ⁊ dedit ei in potu medicamē de seminibus. Et postqꝫ dies tertia affuit visus est sup̄ pect⁹ ei⁹ illo ceratario trib⁹ horis. Deinde remouit ipm: ⁊ cibauit ipm aqua ordei tafeata cuꝫ carne anatis. Postqꝫ igit̄ tēperata est cōplexio pulmonis ei⁹ ⁊ sublatus est timor aduēt⁹ apatis mundificauit pulmonē ei⁹ cū tyriaca antiqua cōpleta. Et gradauit eū ad bibendū lac asininū ⁊ ad reliquū regimen sputi sanguis. Et dixit. G. ꝙ ois quē ex istis ꝯsequitur sputū sanguinis in die primo sanat̄: sed alioꝝ diuersificantur dispositiones: ⁊ nos iam testificati sumus de istis quem iuuit hec via similis ei.

¶ Primo ponit curā in gn̄ali magis. Scdo qn̄ est ex frigore. ibi (Et cū estimat̄.) Albedarūgi. i. basilicon. Duas res. s. subtilitatē ⁊ stipticitatē. Et cū estimat̄. Hec ꝑs posset poni octaua in q̄ ponit curaꝫ sputi sanguis: qn̄ est cā friditas: ⁊ pōt esse pars ꝑtis ꝓcedētis qꝛ a frigore ꝯtingit rumpi venas pectoris: nō sic aūt pulmonis vel raro. In cura aūt quā Gal. facit. 5. de igenio sanitatis. c. 13. habuit intentiones. 5. Prima fuit diuersio: vnde flōmauit nō obstāte ꝙ frigus fuit cā. Scda est remotio friditatis male a pectore: vnde posuit cerotū calidū ⁊ nō ꝑmisit multū stare: vt nō adderet in calefactione ei⁹ ſm ⁊c̄. i. vltra ad id qd̄ querebat̄. vn̄ Gal. ibidē vespere id abstuli ne vltra modū calefieret. Tertia itētio fuit rectificatio diete. Quarta mundificatio sanguis ꝯgelati in pectore si ibi erat. Quinta cū fuit ꝯualescēs restaurare eū cū lacte. Intētionē ꝯsolidationis vene itellexit notā ex ꝓmissis. De semib⁹. s. calidis: si itēdis resolōnē sic ad h̄ dabat̄ tyriaca antiq: hic sūt trocisci de spermatib⁹. i. de semib⁹ que dn̄r diaspermatō a Gal. 5. de igenio sani. c. 9. ⁊ a Dyno hic ponunt̄. ℞. se. anisi feniculi ameos papauerꝭ albi an̄. ʒ. j. iusqami. ʒ. iiij. apij ꝑus ifusi in aq̄. ʒ. j. informent̄ trocisci. ʒ. j.

¶ Et qn̄ existimatur ꝙ cā est humiditas ⁊ mollificatio administra illud in quo sunt exiccatio ⁊ calefactio et stipticitas sicut est radix squinanti ⁊ mastix ⁊ cyminū torrefactum ⁊ calamentum montanum ⁊ calcadis et castoreū ⁊ crocus ⁊ albrengi: ⁊ quādoqꝫ admiscētur eis stiptica equalia sicut castanee: ⁊ quādoqꝫ fiunt ex istis cōposite que dicent̄ in antidotario.

¶ Hec est ꝑs. 8. vel. 9. in q̄ pōit curā sputi sanguis si est ab hūiditate mollificāte ⁊ relaxāte: vn̄ pori venarū apiunt̄. Et ꝯsidera ꝙ hic nō posuit signa: qꝛ sūt nō ex cap. de signis tussis ab hūiditate mollificāte: ⁊ silr̄ signa ei⁹ qn̄ fit a siccitate: ide sunt nō. Calcadis dr̄ eē spēs vitreoli: lꝫ apud Simonē sit flos eris cui⁹ vsus nō placet hic. Albrengi qdā granū laxatiuū quo caremus ſm Simonē.

¶ Et quādoqꝫ existimat̄ ꝙ causa sit siccitas ⁊ illud est in principio administra humectantes notas que sunt ex lactib⁹ ⁊ oleis ⁊ succis post regimē cōmune de declinatione materie ad cōtrarietatē partis. Uerum ea que pertinēt huic loco ex flobothomia ⁊ alijs minora sunt ⁊ debiliora eis que pertinent alijs.

¶ Hec est. 9. pars vel. 10. hic considera ꝙ quādo siccitas est in ꝓncipio

cipio

cipio Aui. ad diuersionē cōcedit flōmiam: lȝ minorē: quia si in processu esset manifesta exiccatio nō oporteret hmōi flobothomia ⁊ alijs euacuationibus vel fricationibus vti.

¶ Et quando est casus super epar tunc cura eius est cū isto suffuf. ℞. reubarbari. x. lacce. v. luti armeni. v. sitiqȝ dosis eius cōtriti. ʒ. j. ⁊ ʒ.

¶ Hec est alia pars in qua solum intendit concussioni epatis. Regimen enim p flobothomiaȝ ⁊ alia vult tibi esse nota quarto cañ. fen quarta ⁊ quarta primi.

¶ Ex medicinis vō cōmunib⁹ ille que singulares sunt scripte sunt in libro secundo in areolis notis. Et illa q̄ ex eis pertinent huic loco est emathites: naȝ cum terit̄ vehemēter sicut puluis ⁊ bibitur ex eo aur̄. j. in qbusdaȝ stipticis aut succis iuuat nobili iuuamine. Et qn̄qȝ masticatur portulaca ⁊ deglutit̄ aqua eius tūc qn̄qȝ retinet̄ statim: ⁊ aqua citrulli ⁊ succus eius ⁊ ꝓprie cū qbusdā glutinatiuis stipticis valde cū paulatiȝ traijcit̄. Et cornu cerui adusti quando permiscetur medicinis est plurimi iuuamēti. Et silr̄ aqua menthe: ⁊ ēt succus algarab pōdere. ij. ʒ. Et ēt illud qd̄ est supius in coriādro cū aqua frigida pōdere. iij. ʒ. mane ⁊ sero. Et ēt corallus: qm̄ est plurimi iuuamēti ⁊ lutū semiū. Et existimauerūt qdam ꝙ nominat̄ grece stella terre: ⁊ noiat̄ nominibus pluribus: ⁊ vr̄ ꝙ sit nomē altak: ⁊ ēt sumatur sanguis hedi anteq̄ȝ cōgelet̄ ⁊ sumatur ex eo in potu medietas vnc. tribus diebus: ⁊ ēt de granis myrti ⁊ semine arnoglosse pō. ij. ʒ. in aqua plantaginis aut succo rose: qm̄ est vltimū: ⁊ cydonia ēt iuuāt ⁊ ꝓprie assata: ⁊ ēt coagulū leporis cū aqua rof. aut aliud ex coagulis cū decoctōe pōtica aut cū aqua albedarūgi ⁊ ꝓprie in eo qd̄ est ex pectore ⁊ lutū sigillatū: ⁊ loco eius lutū semiū cū aliquāto aceto: ⁊ ēt succutū ⁊ est sempuiua. Et dixit vir ī qbusdā q̄ aggregauit ꝙ est spēs calamēti nascēs īter lapides que terit̄ ⁊ comedit̄ cū sale: ⁊ nominat̄ nimusil albura syuestre: ⁊ in hoc est consideratio ⁊ hmōi medicina sumit̄ in potu cū equali mensura amili. Et iteruȝ ex illis que iuuāt ipsum est vt detur in potu ex alumine iameni: ⁊ ꝓprie in vitellis ouorum tepefactis nō coagulatis oino: ⁊ ēt glutē pisciū cōfert qn̄ bibitur ex eo. Et qn̄ prauior fit res tūc qn̄q̄ȝ datur in potu pon. quarte. ʒ. j. de semine iusqami cū aqua mellis. Et opȝ vt dētur in potu medicine ꝯstringētes sputum sanguinis cū vino pontico vt penetrēt nisi sit feb. Tūc. n. sumant̄ in potu cū succo alio ⁊ ad antiquā ⁊ veterē seminis porri nabatie ⁊ granoꝝ myrti ptes sumāt̄ eq̄les ⁊ potet̄ ex eis vsqȝ ad. ij. ʒ. cuȝ aqua virge pastoris: aut sumatur succi porri de sceni vnc. j. ⁊ aceti media vnc. potet̄ in mane: ⁊ det̄ in potu adustū spōgie cū aliquāto vini de passis. Et Gal. qdem curauit sputuȝ sanguinis cum tyriaca ⁊ metridato ⁊ medicinis boni odoris: qm̄ ipse ꝯfortant nām ad hoc vt sit auara sanguis ⁊ cōsol dat vulnera. Et similr̄ troc. stelle ⁊ medicamen Andromachi ⁊ cētaurea aggregat ad retētionem sputi sanguinis ⁊ mundificationeȝ: quare in potu sumāt ex ea febricitantes cū aq̄ ⁊ alij cū vino. Et sclaui qdē curāt cū decoctione radicis cētauree maioris. Et ex potibus est ille qui. ℞. succi arnoglosse pondus ʒ. ij. succi buglosse pōdus. ʒ. j. succi portulace ⁊ succi ramorum recentis rof. vnc. terantur sine roratione aque super eos ⁊ colentur ⁊ non decoquātur: imo dissoluatur in eis aliquid de luto armeno ⁊ potetur: aut sumatur succus ramorum rose ⁊ dissoluant̄ in eo succus hypoquistidos ⁊ endiuia ⁊ cornu ceruinum adustū ⁊ potetur. Et ex trociscis troc. huiusmodi. ℞. achacie balaustie rof. rubeaꝝ succi barbe hyrcine corticū glādiū corticū thuris ptes equales: ⁊ iterum arsenicū corticū radicis mādragore luti de albohera thus achacia semē portulace semē albedarungi balaustie cāphora sumant̄ ⁊ fiant ex eis troc. ⁊ sit potio eoꝝ pondus. ʒ. ij. cū media vnc. aque aut vini pontici aut aque albedarungi. Et ēt semen papaueris lutuȝ sigillatuȝ ⁊ enifistides thus cāphora dent̄ in potu cū aqua albedarungi. Et iterū trociscus quem dixit eben serapion: ⁊ est ille qui factus est cum gūma amigdali. ⁊ ex oleis administrat̄ super pectus: in estate quidem est oleuȝ de cydonijs ⁊ in hyeme est oleū nardinū. Trociscus bonus. ℞. luti de albohera ⁊ coralli ⁊ stelle semi⁹ rose sicce oium añ. partes. ij. karabe ⁊ gūmi ⁊ amili omniū añ. partem. j. terātur ⁊ fiant inde troc. ⁊ potio eius sit. iiij. aur. febricitātibus in succo stiptico ⁊ nō febricitantibus in vino ⁊ ꝓprie stiptico. Et ex emplastris cōmunib⁹ est farina ordei ⁊ farina herbi ⁊ achacia cū albumine oui.

¶ Hic ponit curā sputi sanguinis quātū ad itentionē q̄ est sanguis ꝯstrictio: ⁊ hoc nō est aliud facere q̄ȝ ponere medicias sanguis cōstrictiuas cōes a q̄cūq̄ȝ cā fiat: ⁊ hȝ tot ptes quot sunt medicine: ⁊ sunt circa. 37. vel plures enumeratis simplicibus ⁊ cōpositis itrinsecis ⁊ extrīsecis applicādis. Succutū fȝ Simonē nō ē sempuiua: imo est ꝯsolida maior. Cū vino pōtico vt penetrēt: lȝ vinū pōticuȝ sit tardū respectu subtil' nō pōtici: tñ ad penetrationē addit stipticis medicis quā de se nō hn̄t. Porri nabati. i. de nabatia regione. Qūo cētaurea ꝯfert in sputo sanguis lege a Mef ca. de cētaurea. hȝ. n. ptes diuersas p q̄s pōt apire vt amaras: ⁊ stipticas p q̄s pōt ꝯstringere. Amara aūt resoluunt̄ pp lōgas vias pectoris ⁊ remanēt stiptice: qn̄q̄ȝ tñ amare pigrescūt: ⁊ post longū tp̄s pōt appere eaꝝ opatio: pigrescūt āt ī locis obtusi calidi: vt itestinis: ⁊ sic pȝ ītētio Mef. Cōfert ēt cētaurea euacuando acutos humores.

¶ Cūqȝ sanguis retinetur tūc perueni ad cōsolidandū vulnus ⁊ ad prohibendum apostema. Et cōsolidatio vulneris est cū eo qd̄ sciuisti ex glutinatiuis stipticis: ⁊ prohibititio apostematis est cū prohibitione cibi ⁊ attractione materierum ad extrema ⁊ infrigidatione pectoris. Et oportet vt sorbeat acetū mistū multotiēs: ⁊ oportet vt se custodiat post retentionē ⁊ peruētioneȝ ēt super res predictas. Aqua autem quaȝ potat oportet vt sit aqua pluuialis aut aqua in qua ponunt̄ lutuȝ armenum ⁊ rose: ⁊ aqua ferri ⁊ in qua extinguitur ferrum est iuuatiua propter suā stipticitatē. Et quādo timetur cōgelatio sanguis in pulmone: oportet vt in potu detur in principio acetū mistum cū aqua nisi tussis adsit: tunc enim oportet vt caueatur acetum: ⁊ quandoqȝ sanat sanguinem congelatū medietas. ʒ. j. diacurcume cum aliquantulo de aqua porri ⁊ coclea rio oxymellis. Et ex cōpositis ad hoc est illud quod. ℞. fenugreci decocti. ʒ. ij. aristol. ʒ. j. myrre. ʒ. iij. olei de lilio. ʒ. j. piperis. ʒ. j. iusquiami. ʒ. j. rof. ʒ. ij. fiant ex eis trocis. ⁊ exiccentur in vmbra ⁊ sumantur in potu cum aqua feniculi ⁊ apij. Et etiā coagulū leporis ⁊ aqua cineris ligni fici cum hasce. aut origanum cuȝ melle: aut soluatur vēter cum eo quod euacuat. Et medicinas quideȝ singulares diximus in lib. ij. ⁊ compositas dicemus in

antidotario: ꝛ tu lege sermonez nostrum de resolõne sanguinis congelati in libro quarto.

¶ Hic ostẽdit quid faciẽdũ sanguine cõstricto. ¶ Sed dices si sanguis est ꝯstrictus: nõne facta est ꝯsolidatio. Dõm ꝙ qñq nõ: sed quedã cõglutinatio: vel itelligit per ꝯsolidationẽ quendã modum cauterizatiõis siue fixiõis. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ ꝓhibitio apatis est intẽtio que currit in tota cura: imo maxima in pñº. Sz ne tu credas ꝙ cõstricto sanguine nõ oporteat adhuc intẽdere ad ꝓhibitionez apostemat: iõ h sollicitus fuit de hoc exprimere: de quo minus videbat: quatuor hic intendit Aui. Primo ꝯsolidationẽ. Scdo ꝓhibitionem apostematis. Tertio rectificationem vite cauẽdo a predictis in pncipio capituli. Quarto remouet sanguinis congelationem: nisi tussis adsit scilicet fortis.

¶ Tractatus quartus de principijs speculatiuis sciẽtie apostematũ membrorũ partiuz pectoris ꝛ exiturarum eorum preterq̃ cordis.

¶ Sermo vniuersalis de doloribus partium pectoris ꝛ lateris.

¶ De pleuresi. Cap. pᵐ.



Quãdoq accidũt in velaminibus ꝛ tunicis ꝛ lacertis que sunt in pectore ꝛ costis ꝛ partibus eoꝝ apostemata ledentia valde dolorosa que nominant sosati ꝛ birsen ꝛ pleuresis. Et qñq fiunt ẽt dolores in istis membris nõ ex apostemate: sed ex vẽtositate: quare errãt qdã ꝛ existimãt ꝙ sit ex hac egritudine. Veꝝ nõ est pleuresis nisi apostema calidũ in partibus pectoris: aut in lacertis itrinsecis: ꝛ in velamine cooperiẽte pectus: aut in velamine distiguẽte ꝛ est illud qđ est purũ: aut in lacerto appente extriseco: aut velamie extriseco cũ cõitate cutis: aut absq cõmunitate: ꝛ maius istis ꝛ terribilius est illud qđ est in ipso velamine distinguẽte ꝛ est prauius eis.

¶ Determinãdo superius Auic. de dispõnibus mẽbroꝝ spũalium. s. pectoris ꝛ pulmõis sm ꝙ sunt instra anhelitus ꝛ vocis ꝛ sm ꝙ eis accidit tussis ꝛ sanguis sputũ est excusatus a determinatiõe malarũ cõplonũ ꝛ malaꝝ cõpositionũ q̃rũ plurime sunt oppilationes: deinceps ipse determinat de apatibus ꝛ solone ꝯtinuitatis. Et primo speculatiue seu theorice magis. Scdo curatiue. ibi (In pñº quĩti tractatus.) Et hoc est qđ dicit rubrica. De pncipijs ꝛc. Exituraꝝ. in hoc inuit de solone ꝯtinuitatis: qꝛ multotiẽs accidit in partibꝰ pectoris. Preterq̃ cordis. in hoc innuit de sanie cordis: qꝛ de hoc erit sermo fen. ii. Prima in. d. Primo determinat de apatibus ꝛ doloribus harũ partiũ. Scdo de solone cõtinuitatis. ibi (Hec vlcera.) Prima in. d. Primo determiat de his apatibꝰ. Scdo qꝛ terminatio eoꝝ est qñq per saniationẽ determinat de sanie in pectore. ibi (Pus.) Prima in duas. Prio determinat de apatibus partiũ pectoris ꝛ anneroꝝ. Scdo de apatibus pulmõis. ibi (Peripleumonia est.) Prima in. d. Primo determinat de pleuresi quãtũ ad oẽm diuersitatẽ que cadit in ea ex pte causaruz ꝛ locoꝝ ꝛ modoꝝ terminatiõis. Scdo determinat de ea quãtũ ad moduz signorũ. ibi (Pleuresis pure.) Prima in tres. Primo determinat de pleuresi quãtũ ad diuersitates preditas. Scdo cõparat pleuresim ad q̃sdã passiones alioꝝ. ibi (Et pleuresis qdẽ.) Tertio addit cañ. cõpletiuos sciẽtie. ibi (Et scias.) vel ibi (Et multotiens. Prima in tres. Prio facit qđ dictũ est. Scdo questionẽ mouet ꝛ soluit. ibi (Querit aũt.) Tertio ponit quasdã causas pleuresis mediatas ꝛ quasdã extrĩsecas ꝛ alias. ibi (Et qñq facit.) Prima in tres. Prio determinat de pleuresi sm ꝙ diuersificat ex pte locoꝝ aliqd tangẽs in generali de materia. Scdo vt diuersificat ex mã causante. ibi (Et mã.) Tertio vt diuersificat ex pte terminatiõis. ibi (Et ꝓpterea.)

¶ Cõsiderãdũ ꝙ accipimus ex Aui. pº loca. s. velamen pãniculos ꝛ lacertos. Scdo accipimus in genere cãs: qꝛ mã apatis vel est humoralis vel vẽtositas. Tertio accipimꝰ diuisionẽ: qꝛ quedã est vera qdã nõ vera. Vera est apostema calidũ. s. cholericũ vel sanguineũ in lacertis itrinsecis vel pãniculo itriseco. s. tegẽte costas. vel in diaphragmate ꝛ illud est purũ. i. illud apa est verũ: ꝛ purum apa dictum pleuresis. Sed nõ vera pleuresis est in lacertis extrinsecis scilz versus cutiz ꝛ in pãniculis extrinsecis vsq ad cutim qñq. Et dz intelligi ꝙ tunc non est verũ ꝓprie: qñ materia cũ hoc est frigida. Si ergo extra est apa calidũ ꝛ itra frigidũ: vtrũq põt dici pleuresis non vera vel nõ pura quodãmodo. Quarto accipimus ꝙ sit prauius quando apostema est in diaphragmate. Et ratio est Mes qꝛ cõmunicat cerebro in magno neruo.

¶ Et materia quidẽ huius apatis sm plurimũ est calida aut sanguis cholericus: qm̃ in mẽbris tunicosis nõ penetrat nisi subtilis cholericus deide sanguis purus ꝛ ꝓp hoc sunt paroxismi vehemẽtie febriũ eiꝰ tertiani sm plurimuz: ꝛ ꝓpter hoc raro accidit ei qui eructuat sm plurimuz acetose quoniã est flegmatice cõplonis. Et cũ hoc qñq fit sepe ex sanguine adusto. Et quandoq fit ex flegmate putrido. Et quandoq fit sed raro ex melancholia putrefacta inflammata.

¶ Prio facit hoc. Scdo remouet errorẽ. ibi (Et nos.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ cõprehẽdimus ordinẽ fiendi ex materiebus. qꝛ primo a cholera. scdo a sanguie. tertio a flegmate. ꝛ quarto a melia. Et vide ꝓ hoc afo. 33. cũ cõmẽto in. 6. particula. Acidũ eructuãtes.

¶ Dubitat qꝛ posset reperiri flegma subtile aquosum vel salsuz: vñ posset pleuresis fieri frequẽter. Amplius pãniculus est mẽbrũ fridũ: q̃re frida passio frequẽtius fiet in eo sm sñiaz Gal. z. de iterioribus. 7. ca. Dõm ꝙ raro accidit pleuresis ex humoribus fridis ꝓp cãm quã Aui. ponit: ꝛ iõ raro accidit eructuãtibus acetose sm plurimũ: ꝛ dixit sm plurimũ: qꝛ multuz ꝛ cõtinuatim eructuet sic. Ad pmum dõm ꝙ illa flegmata raro reperiũtur. Ad scdm dicendum ꝙ frigida passio facta per penetrationẽ materierũ rarius accidit pãniculis ꝛ frigidis membris q̃ calida.

Dubᵐ pᵐ

¶ Et nos iã ostẽdimus in libris vlibus ꝙ nõ est ex cõditione apatis calidi vt nõ sit ex flegmate ꝛ ex melia: imo qñq fit ex flegmate ꝛ melia: sm modũ tñ vt nõ sit acutum nisi qñ est ex cholera aut sanguine. Naz si est ex alijs ab his duobus est chronicũ: ꝛ hec est res quaz plures hominum nõ comprehenderunt.

¶ Quia iã dixerat ꝙ pleuresis est apa calidũ: ꝛ postea dixit ꝙ fieri põt qñq ex flegmate: videret alicui nõ eẽ bñ dictũ: qꝛ apa flegmaticũ est apa fridũ ꝛ nõ calidũ. Rñdet ꝙ apa calidũ põt fieri ex humoribus frigidis quando putrescunt: vt. i. cañ. fen. z. ca. de egritudinibus compositis. sed est dña: qꝛ apa hoc factum ex humoribꝰ calidis est acutior morbus: sed ex frigidis est chronicus.

Dub

¶ Et propterea ꝙ omne apostema aut resoluit: aut iduratur: aut collectionez facit: ꝛ tũc similiter est dispositio pleuresis. Verũ induratio in pleuresi est ex eis q̃ minorant. Ipsum. n. aut resoluit: aut collectionẽ facit in dominatione dispositionum.

¶ Hic determinat de pleuresi quãtũ ad modũ terminationis. Et pº pmittit illos abijciẽdo ex illis qdã. Scdo exequit. ibi (Et pleuresis qdẽ cũ resoluit.) Tertio oñdit qũo accidẽtia qdã pleuresiz augmẽtãt sese. ibi (Et qñq accidit ex vehementia febris.)

¶ Dubitat qꝛ Aui. vr isufficiẽs: qꝛ est modus terminationis p corruptionẽ mẽbri vt in lib. de malitia cõplonis diuerse. cap. 4. Itẽ põt terminari apa p pmutationẽ. Ad pᵐ dõm ꝙ ille modus terminatiõis nõ est verus modus terminationis sic nec febris terminat p mortẽ. Ad zᵐ dõm ꝙ Aui. supplebit ifra. Vel dõm ꝙ dedit itelligi p h qđ dixit resolõnẽ: accipit. n. eã valde large ad recessum mãei post collectiõez ad saniẽ. Induratio minorat. Rõ ẽ: qꝛ mãe vtplimũ sũt sbtiles nõ apte idurari. In dñatõe dispõnũ. i. vtplimũ.

Dubᵐ zᵐ

¶ Et pleuresis quidẽ cũ resoluit recipit pulmo sm plurimũ illud qđ resoluit ex ea ꝛ exuccat ipm ꝛ extra cducit illud. Et quandoq resoluitur ad partẽ alterã.

¶ Prio declarat in sermõe cõi has terminatiões. Scdo in sermõe spãliori. ibi (Et multotiẽs.) Prio determinat modũ terminatiõis p resolõnẽ. Scdo p collectionẽ. ibi (Et qñ colligit.)

¶ Dubitat vtrũ qñ mã pleuresis exit cũ sputo sit terminatio p resolutionẽ. Vr ꝙ nõ: qꝛ talis est sensibilis euõ: sed resolo est euõ insensibilis. Dicit Albertus ꝙ respectu cãne pulmõis ꝛ ptiũ a qbꝰ imediate venit nõ est p resolõnẽ: qꝛ est sensibilis: sed respectu loci in q̊ est pleuresis est p resolõnẽ: qꝛ est isensibilis. Cõtra qꝛ sic est isensibilis si erũpat exitura q̃ nõ appeat nobis. Amplĩꝰ mã q̃ resudat erit vt sudor: sz talis dr euõ sensibilis. i. nõ p euaporationem. Dõz ꝙ apostemata itrĩsecoꝝ mẽbroꝝ tripliciter pñt dici regulariter

Dubᵐ 3ᵐ

lariter

lariter terminari ꝑ resolōnē. Uno mō per ꝯuersionē mãerũ in vaporē ⁊ exitũ ĩsensibilē: ⁊ in hoc cõicant apãta extrinseca ⁊ itrinseca: ⁊ de hac nõ loquit̃ Aui. quãdo dicit: ⁊ extra educit. Scđo mō dr̃ apã itrinsecũ terminari per resolōnē. i. ꝑ quãdã resudationē materieꝝ per pellē tenuē ꝑter ꝙ ipsa colligat̃ in cupuꝫ ⁊ saniē: ⁊ hoc modo resolōnis nõ possunt terminari apãta extrinseca sub cute: sed apãta oculi ⁊ oris sic resolui possunt: ⁊ de hac resolōne loqtur hic Aui. ⁊ Gal. in ꝑ afo. afo. 12. p̃e pti. ibi. Paroxismos. Tertio iuenit̃ qñqꝫ ab Aui. dictũ apã itrĩsecũ resolui: qꝛ mã recedit apte siue ꝑ ꝑmutationē siue ꝑ reꝑcussionē q̃uo qñqꝫ sumit hic Aui. vñ dicit qñqꝫ resoluit̃. i. ꝑmutat̃ mã ad ꝑtē aliaꝫ. i. ad aliud membrũ. silr̃ tñ posset exponi ad partē aliã: qꝛ insensibiliter euaporet.

¶ Et qñ colligit̃ sanies idiget necessario maturatione vt rũpat̃. Et qñqꝫ recipit pulmo saniem. Et qñqꝫ recipit eã vena ꝯcaua ⁊ egredit̃ ad vrinã. Et qñqꝫ effundit̃ ad meatũ fecis ⁊ euacuat̃ cũ solutione ventris.

¶ Hic determinat modũ terminationis ꝑ collectionē. Et ꝑ declarat ꝑtes ad quas collectio ꝑmutat̃. Scđo accñtia collectiōis erupte de suffocatiōe vel libera expuitiōe. ibi (Et qñqꝫ.) Tertio signa q̃bus cognoscim⁹ collectionē futurã ⁊ eruptionē. ibi (Et qñqꝫ nõ.) Quarto declarat quedam. ibi (Quandoqꝫ accidit.) ¶ Considerandum vt rumpat̃. i. laudabiliter potest rumpi.

¶ Et multotiens cadit ad loca vacua ⁊ carnes glandosas: ⁊ facit euenire apostemata in eis q̃ sunt sicut duo iguina ⁊ almagabeni ⁊ post ambas aures. Et multotiens expellit̃ materia ad cerebrum ⁊ mẽbra alia sicut dicemus: ⁊ accidit timor ⁊ interficit.

¶ Hec pars vt iaꝫ appꝫ põt duplr̃ ĩtroduci. Primo ꝙ hic in spãli declarat hos modos terminatiōis. Et ꝑ illũ qui est per resolōnē q̃ est ꝑmutatio mãe apostemat̃ ad parte aliã. Scđo illũ qui est per collectionē. ibi (Et qñqꝫ ꝑfocat.) Tertio qꝛ satis diminute locutus erat de ꝑmutatione ꝑficit sermonem. ibi (Et qñqꝫ accidit.) Alio mō põt ĩtroduci ꝙ hec pars sit ꝯtinua ꝑmissis: ⁊ sit sermo ꝙ facta collectione ad saniē aliqñ erũpit ad pulmonē: aliqñ ad vias vrine: aliqñ ad ĩtestina: aliqñ ad ĩguia: aliqñ ad fauces: aliqñ ad cerebrũ.

Dubm 4m ¶ Sed dubitat̃ q̃uo postqꝫ sanies est facta ⁊ erupta põt ire a pectore ad cerebrũ ⁊ loca post aures. Amplius si cõcedit̃ ꝙ vadat ⁊ apostemet: id apã erit de materia saniosa actu qđ vr̃ mirabile ⁊ nũqꝫ visum. Dõm ꝙ volẽdo sequi formã diuisionis dataꝫ. s. ꝙ hic. A. ĩcipiat in spãli sermone loqui de his terminationibus: iã appꝫ solutio: qꝛ nõ est hic sermo de ꝑmutatione materierũ saniataꝝ: sed anteqꝫ fiat collectio de mã saniosa qñ iã erupit ⁊ anteqꝫ erumpat põt trãsire ad cerebrũ a parte ad ꝑtē: nec hoc est ĩpossibile: lꝫ sit rarũ qꝛ difficile est. ¶ Cũ dr̃ ergo fiet aliqđ apã qđ statim ĩchoabit a mã saniosa. Dõm ꝑ ꝙ hoc accidit in exituris ruptis vel nõ ruptis: cũ nõdũ sunt maturate: vñ humores stãt sub forma humorali: ⁊ nõ sub forma saniei adhuc. Uel dõm ꝙ illa sanies recõmiscet̃ cum alijs humoribus cum quibus fluit: qui trahunt̃ ad parteꝫ que apostemat̃: ⁊ ideo nõ appꝫ sanies distincta: lꝫ sit ibi.

¶ Et qñqꝫ ꝑfocat mã pulmonē multitudine sua in prefocãdo meatuꝫ anhelitus. Et qñqꝫ eius multitudo nõ est hec multitudo ⁊ nõ est mã vnde sanies siue sputuꝫ sit simile saniei: sed virtutes sunt ꝓstrate: q̃re deficiunt a sputo: ⁊ ꝓꝑ hoc opꝫ vt ꝯfortet̃ virt⁹ in hac hora: ita vt sit fortis ad faciẽdã ꝯstrictionē vehemẽtē ad tussiꝫ sputi: hoc nãqꝫ sputũ est oꝑatio que cõplet̃ duab⁹ virtutib⁹: quarũ vna est nãlis maturatiua ⁊ expulsiua ẽt: ⁊ altera est volũtaria expulsiua. Et qñ nõ ꝯfortãt̃ ambe polē est vt deficiãt a mũdificãdo. Et scias ꝙ difficultas spuendi nõ est nisi ex virtute qñ est debilis: aut ex instrumẽto qñ istrumẽtũ est lesum motu suiipsius: aut ex motu vicini sui: aut est ex materia cum est subtilis valde aut valde grossa aut viscosa. Et in huiusmodi quidẽ dispõnibus quãdoqꝫ accidit in pulmõe sicut ebullitio propter cõmistionē aeris cũ materia inobediente effusa ad pulmonem ⁊ ad cannam.

¶ Hic ostẽdit quid sequit̃ ad eruptionē quando qꝫ de suffocatione vel nõ. Et nõ est materia sanies. i. ⁊ si materia nõ sit saniata vel sit saniata: ⁊ iõ subdit. Siue sputũ simile saniei. s. sit siue nõ sit. Sꝫ virtutes. s. expulsiua ⁊ naturalis. Cõsiderandũ ꝙ per illã expulsiuam naturalē ego itelligo illã que pectus dilatat ⁊ cõstringit: inquatuꝫ sine cognitione agit: ⁊ eandē voco volũtariã vt ibi quãdoqꝫ est iperiũ volũtatis. Si aũt preter hãc sit virtus naturalis: vel erit illa q̃ constringit ⁊ dilatat pulmonē ꝭm Auerroim: vel erit virtus nãlis expulsiua propria alicui mẽbro qua fit expulsio propriaꝝ superfluitatũ: que ẽt põt iuuare in motione materieꝝ sputi. Cõstrictionem ad tussim. Quia in actu ꝯstrictiōis itrat materia in pulmonē: vt ĩfra declarabit Aui. In huiusmodi dispõnib⁹. s. retẽtionis materie. Accidit ebullitio. i. sonus: sicut si aliquid ebulliret̃ ⁊ est quidam sonus. Cõmistionē. Quãdo est ꝓprie a cãna. Et est sermo secũdi pronosti. tex. cõmē. 49. Si in pulmone coherens sonuerit ⁊c̃.

¶ Et quãdo nõ mundificat̃ cuꝫ sputo in pleuresi vsqꝫ ad. xiiij. dies tunc iam facit collectionem.

¶ Isti sunt tres canones. Primus est signũ collectōis. Et est nonus afo. q̃nte partic. Quicunqꝫ pleuretici facti. Cõtra qđ dictuꝫ istatur de anxio: qui nõ habuit crisim in. xiiij. ⁊ tñ nõ fuit mã conuersa ad collectionē. Dõm primo ꝙ sermo est de vera pleuresi calida que est acutus morbus: sed morbi acuti cõtinui a principio nõ trãseunt. xiiij. dies quin terminent̃ primo ⁊ ꝓprio termino qui est ꝑ resolutionē. si ergo transeant: signũ est ꝙ mã coadunat̃ in cupum: hoc tñ diuersificat̃ ꝭm complōnes etates ⁊ alia.

¶ Et qñ nõ mundificat̃ virus post. xl. dies tũc iam cadit in peripleumoniam ⁊ ptisim.

¶ Secundus cañ. est ꝙ qui nõ est mũdificatus post. xl. dies. s. a die rupture. Et est afor. 16. quinte particule. Quicunqꝫ ex pleuretide. Et causa est: qꝛ materia corrosiua corrodit pulmonem: ⁊ ideo fiũt ptisici ⁊ peripleumonici. In hac eniꝫ vlceratione pulmo repletur a sanie: ⁊ fit quasi apostemosus. Et quãdo virus. i. virulentia ⁊ materia mala que expuitur als̃ venenum. Et non sumitur vt Haly accipit tractatu. 3. 145. cõmento. ¶ Considerandum ꝙ sicut ponit Cõmentator in cõmento. predicti afor. terminus pleuresis est in. 14. diebus: sed in epimate in. 40. ⁊ suasio in hoc est: lꝫ nõ ponat ibi Cõmentator: sed innuit ꝙ terminus. 14. diei est in morbis acutis: ⁊ talis est pleuresis. Sꝫ terminus. 40. est in chronicis siue acutis tropicis de quibus est empima. est enim morbus satis quietus non acutus fortis sicut est pleuresis.

¶ Et quandoqꝫ erumpit virus in. vij. Sed in pluribus est in. xx. ⁊. xl. ⁊ in. lx.

¶ Tertius canon est mensura rupture: ⁊ dꝫ intelligi a die collectionis in cupũ: vt Cõmentator ĩnuit. 2. ꝓnostico. cõmen. 57. in quo nõ oĩno cũ Gal. concordat. In pluribus. i. in. 20. qꝛ ex quo transiuit in saniem: signuꝫ fuit ꝙ materia est grossa nõ parata resolutioni vt plurimũ: ideo ꝓcessit ad diem. 20. vel vltra.

¶ Et quandoqꝫ accidit ruptura ante maturationem: propterea quia natura expellit materiaꝫ nocẽteꝫ propter suam multitudinem: aut acuitatē suam: aut ꝓpter caliditateꝫ complexionis etatis ⁊ temporis ⁊ regionis ⁊ receptionem facientium eruptionem ex ebibitis ante horam ex parte erroris medici: ⁊ ego dicam erũpentia post: aut ex motu egri suꝑfluo ⁊ maximo sicut casu aut tussi: aut vociferatione: ⁊ illud est timorosum.

¶ Quia dixerat supra ꝙ quãdo colligitur indiget maturatiōe: vult ergo declarare quomodo aliquando ante maturationē potest rũpi: ⁊ ponit causas. ⁊ pꝫ.

¶ Et quãdoqꝫ accidit vt permutetur pleuresis ad peripleumoniam ita vt recipiat pulmo materiam apostematis: deinde non est bonum sputum eius ⁊ retinetur in ipso quare apostematur. Et quãdoqꝫ accidit vt ꝑmutetur pleuresis ad ptisim: quandoqꝫ mediante peripleumonia ꝭm modum quem dicturi sumus: ⁊ quandoqꝫ absqꝫ mediatione peripleumonie: immo vt vlceret materia aut sanies resoluta ab ea substantiam pulmonis acuitate ⁊ malitia sua. Et quandoqꝫ accidit vt permutetur ad spasmũ ⁊ alcuzeꝫ: ita vt expellatur materia ad neruos coniũctos membro in quo est apostema. Nã membrũ est neruosum: ⁊ hec permutatio per-

nitiosa est: deinde non sequuntur cuȝ ea reliqua signa bona. Et quādoqȝ succedit pleuresi ⁊ peripleumonie quasi stupor in postremo adiutorij patiētis: ⁊ in domestico brachij eius vsqȝ ad extrema digitoruȝ. Et qñqȝ pertransit ad partem cordis: ⁊ accidit tremor cordis quē seqtur syncopis: ⁊ ad latus cerebri: etiaȝ in dispositione resolutionis ante collectioneȝ ⁊ in dispositione collectionis. Et quādoqȝ permutat̄ materia ad membra apparētia ⁊ fiunt exiutre. Et quādoqȝ fit ꝑmutatio eius hec cum penetratione ipsius in substātias neruorum ⁊ chordaruȝ: immo ossium. Et quando declinat ad loca īferiora: deinde aperiūtur ⁊ fiūt fistule est illud ex causis euasiōis: ⁊ nō sūt fistule maligne nocitiue. Et si declinat ad iūcturas ⁊ fiunt fistule euadit īfirmus etiam. Sed quandoqȝ antiquatur membruȝ ⁊ ꝓprie cum non est illic euacuatio alia cum stercore aut vrina grossa plurimi sediminis: aut propter sputū plurime maturitatis. Nam si fuerit aliquod horum erit salubrius. Illud enim signat paucitatem materiei facientis exituras: ⁊ possibilis est rectificatio eius cuȝ maturatione. Et exiture iste quando occultant̄ ⁊ ꝓfundantur signat nocumentum ⁊ multiplicant̄ proprie quando redit materia ad pulmonem.

¶ Hic determinat de particularibus modis terminationis per ꝑmutationē: ⁊ hȝ tot partes quot hȝ modos: ⁊ possunt signari nouē ⁊ pauciores. Nō est bonum sputuȝ. i. nō bene spuit vel nō est boni coloris. Quē dicturi sumus. s. cap. de peripleumonia. Nō sequuntur cuȝ ea. s. ꝑmutatione reliqua signa ⁊c. i. sunt cū ea signa mala. vnde littera extra iam vt ly deinde: non dicat ibi ordinē in tꝑe. Et ad latus cerebri. supple. Et quando transit in dispositione resolōnū. i. ꝑmutatiōis. Uel. i. tꝑe quo deberet resolui anteq̄ colligat̄ ⁊c. Ad mēbra apparētia extra. vt manus vel pedes. Inferiora. v̄. g. pedes. Fiunt fistule. Nō opȝ ꝙ fistula sumat̄ hic pro vlcere cauernoso: vt. 2. ꝓnosti. 64. cōmē. sed pro vlcere sanioso ꝓfundo: quale est in hac materia ꝑꝑ grossitiem materie ⁊ retētionē in ꝓfundo. Nō sunt maligne. Quia nō sunt cū magno vel ꝓprio nocumēto ꝑtis sicut alie fistule ꝓprie dicte. Antiquatur mēbrū. s. cū egritudine. Et possibilis est rectificatio eius. s. materie fistulose: q2 est in cute. Et multiplicantur supple ille occultationes.

¶ Et quandoqȝ accidit ex vehementia febris frequentia anhelitus: ⁊ ex frequentia anhelitus viscositas sputi. Sputū. n. exiccatur cā anhelitus frequentis: ⁊ quandoqȝ accidit ex viscositate sputi vehementia laboris ⁊ additio inflāmationis: ⁊ ex additione inflāmatiōis frequentia anhelitus: ⁊ ex frequētia anhelitus viscositas ⁊ nō cessant ambe iuuare se suꝑ malitiam.

¶ Hic sermo similis est illi Hip. p̄ regi. acu. tex. cōmē. 38. Exiccatur cā anhelitus frequētis: ⁊ hoc ꝑꝑ reiterationē motuū ⁊ ꝑꝑ residuū caloris cuius euētatio nō pōt cōpleri in anhelitu frequēti. Hec āt exiccatio facit viscosum sputū. s. magis grossum ⁊ nō lubricuȝ. Uehemētia laboris. s. anhelitus. Ambe. s. viscositas sputi ⁊ frequētia anhelitus: īmo aꝑꝑet ꝙ viscositas addat ad viscositatem.

¶ Queritur autem que species peripleumonie ⁊ pleuresis sint deteriores an illa que est in latere sinistro vicina cordi: an illa que est in latere dextro. Quidā eniȝ ponunt hanc esse deteriorem: ⁊ qdam ponunt illam deteriorem esse. Uerū veritas est ꝙ propinqua parti sinistre est deterior. Sed est ꝯueniētior ad hoc vt maturetur ⁊ recipiat resolutionem: si fuerit de proprietate eius vt suscipiat illud. Et illa q̄ remotior est a parte sinistra est salubrior. Uerum ipsa est ex parte resolutionis ⁊ maturitatis magis inobediens.

Dubm 5m ¶ Dubitat̄ ergo de hoc. Et videt̄ ꝙ pleuresis vel peripleumonia lateris dextri sit deterior. Primo q2 ampliorez congregat mām: cuȝ epar situetur in dextra. Scđo q2 dextra pars nobilior est sinistra. Tertio q2 est pars magis mota: vt in libro de ꝓgressu aīaliū. Motus aūt difficultat aꝑa: ⁊ addit ad grauitatē: q2 ad dolorē ⁊ ad accidētia mala. Quarto q2 est pars sensibilior cuȝ sit ꝑfectioris cōplōnis. ¶ In cōtrariū est Aui. Itē simile videt̄ de his ⁊ de alijs passionibus materialibus: vt in tremore qui est peior a latere sinistro īchoans: vt supra fen scđa huius caplo de tremore. ¶ Istā questionē mouet Rasis. 4. cōtinentis. ca. 3. ⁊ nō soluit. Cōciliator vō differētia. 99. tenet ꝙ pleuresis lateris sinistri sit prauior materia loco synthomate ⁊ euacuatōe. Primo est prauior ex parte mãe: q2 materia ibi exacuit̄ calore partis sinistre: que ꝑꝑ situm cordis est calidior. Scđo est prauior ex loco: q2 ꝑs sinistra est nobilior q̄ dextra ꝓpter partē cordis sinistrā esse nobiliorē. dico ꝫm Gal. 7. de iuuamētis ca. 2. ꝓpter diuersitatē que est īter eum ⁊ Aristotelē in hoc vt declarabit̄ fen. 11. Tertio est prauior accidēte: q2 sequunt̄ accidētia prauiora ꝓpter ꝓpinquitatē ad cor. Quarto est prauior euacuatione: q2 nō sic euacuat̄ materia a parte sinistra sicut a dextra: q2 vie sunt magis arcte: ⁊ q2 nō sic est pars sensibilis: vñ nō sic cito stimulat̄ ad expulsionē. Pleuresis vō lateris dextri pōt poni prauior quātitate mãe: q2 magꝭ suffocat. Hec est eius solō: lȝ vacillet Cōciliator quā accipe si placet. Multa. n. cōtra euȝ induci possunt ex dictis suis met. ¶ Dicamus aūt cum Aui. ꝙ hec apostemata sinistri deteriora sunt siue mortaliora: sȝ lateris dextri sūt salubriora. Scđo ꝙ hec apostemata lateris sinistri sunt aptiora maturationi ⁊ resolōni: sȝ lateris dextri sunt ineptiora ⁊ magis inobediētia resolutioni ⁊ maturatiōi. Ratio primi: q2 aꝑata sinistre partis sunt cordi ꝓpinquiora. Cor enim magis locatur in sinistro: lȝ enim stet in medio: tamē ad sinistrā declinat: vt fen. 11. cap. 1. ergo ꝓpter maiorē ꝓpinquitatē aꝑatū ad id erūt ꝑiculosiora: ⁊ magꝭ suspecta ad mortē. Ecōtra vō apostemata partis dextre. Syncopis ergo ⁊ malitia pulsus ⁊ similia plus cōsequūtur apostemata sinistre partis: ⁊ hoc est qđ Auicē. dixit ꝓpinquior parti sinistre est deterior: ⁊ hoc est ꝓpter propinquitatē cordis: vnde alia littera ꝓpinquior cordi. Ratio secundi pōt assignari duplex: ⁊ quelibet hȝ difficultatē. Prima apostemata sunt aptiora maturationi ⁊ resolutioni in locis calidis magis: vt ait Cōmentator scđo ꝓnosticoꝝ cōmento 57. sed pars sinistra est calidior ꝓpter situȝ cordis. Secūda causa est paucitas materie: q2 pars sinistra nō est sic humida: cū non sit ibi fons humiditatis. pauca āt mā est resolubilior ⁊ maturabilior q̄ multa ¶ Cōtra predicta p̄mo videt̄ cōtradictio dicere hoc apostema lateris sinistri est periculosius ⁊ mortalius: ⁊ dicere est conueniētius vt maturetur ⁊ recipiat resolutionē. Hec eniȝ sunt due species melioris terminatiōis apostematū. ¶ Secūdo videt̄ ponere hec snia ꝙ latus sinistrū sit dextro calidius: cuȝ tñ pars dextra ponatur calidior: cui tamē signum est motus: īmo inter aīalia homo habet frigidiora sinistra: vt tertio de partibus animaliuȝ ca. 7. alꝭ ca. 4. ¶ Tertio dicit ꝙ apostema in dextra parte est de pluri materia: in sinistra de minori. Cōtra: q2 ad partem sinistrā dirigit̄ ramus vnius vene qui nō vadit ad dextrā vt prima p̄mi ca. de anathomia vene ascendentis. ergo plus habet de sanguine. ¶ Ad primū dōm ꝙ nulla est cōtradictio sermonū: q2 Aui. dixit. apostema enim lateris sinistri est periculosius: tamen si sit de salubribus est aptū terminari per resolutionē ⁊ maturationeȝ. vñ dicit: si fuerit de ꝓprietate eius vt suscipiat illud: ⁊ est simile: sicut si diceremus apostemata spūaliū sunt mortaliora q̄ aꝑata myrach vētris: ⁊ tñ sunt aptiora resolutioni q̄ ista. ¶ Ad scđm dōm vt dicit Conciliator ꝙ lȝ totū latus sinistrū sit frigidius dextro: tamen aliqua pars sinistri: vt que est prope cor: est calidior quadaȝ ꝑte dextra. Aliter etiā soluit ꝙ caliditate quātitatiua pars dextra est calidior: sed caliditate qualitatiue acuta pars sinistra. Et forsan vult Conciliator ꝙ calore spirituoso ꝓ operationibus anime pars dextra est calidior: q2 illam cor influit vt in radice: sed quadā caliditate vaporosa: vel per ꝯtactū nō pro operationibus: vel quasi ꝯsequēter pars sinistra est calidior: ⁊ illa caliditas facit ad resolutionē ⁊ maturationē mãe ꝑ plus q̄ faciat caliditas illa mēsurata lateris dextri: ⁊ hic esset locus speculationis. ¶ Ad reliquū dōm ꝙ plus facit ad multiplicationē materierū epar in dextra parte q̄ illa vena in sinistra. ¶ Ad rationes predictas dicendum. ¶ Ad p̄mam p̄mo ꝯcedēdo: sed materia illa lȝ sit amplior: nō tamē ita cordi ꝓpinquat. Sȝ si velles tenere ꝙ pars sinistra plus aggregat de mā tene ꝑ tertiā instātiā supra factā de ramo illo vene eūte ad sinistrā. ¶ Ad scđm dōm ꝙ lȝ id sit nobilior in esse p̄mm motus est ignobilior in hoc ꝙ nō est locare cor. ¶ Ad tertiū dōm vt Cōciliator ꝙ infirmi debent quiescere ⁊ nō moueri: vel ꝙ ex hoc aliquid tñ plus habēt de malitia. ¶ Ad quartū dōm ꝙ non est in hoc magna diuersitas. ¶ Uel dōm ꝙ sensibilitas incitat ad expulsionem citiorem.

¶ Et quandoqȝ facit cadere in pleuresim repletio humorum

Dub

moꝝ quando accidit in parte capitis: aut in parte pectoris: aut in quibusdam venis coniunctis partibus pectoris: ⁊ quãdoqꝫ facit ipsam possidere multitudo potus aque frigide cõstringentis materias ⁊ frigus additum quemadmodum facit ipsam euenire caliditas vehemens ⁊ potus vini puri mouẽtis humores quos ebullire facit. Et raro quidẽ permutatur peripleumonia ad pleuresim. Verum res est econtrario: ⁊ cum hoc illud quandoqꝫ est: ⁊ alleuiatur cum eo cõstrictio anhelitus alleuiatione aliqua.

¶ Hic ponit quasdã cãs pleuresis mediatas ⁊ quasdã primitiuas. Et primo quasdã antecedentes. Scdo ponit quãdam cõparatiões. ibi (Et raro.) Tertio quasdã pmitiuas. ibi (Et pleuresis.) Prĩa pꝫ. ¶ Cã eius qd dicit in scda pte est quã ponit Gal. in cõmẽto afor. 11.7. pticule. In pleuresi peripleumonia. qꝛ qñ materie peripleumonie multiplicant suffocant vtplurimũ anteqꝫ accidat pleuresis põt tamen accidere quandoqꝫ: ⁊ alleuiatur cũ eo: s. cũ tali permutatione peripleumonie ad pleuresim. Constrictio anhelitus: qꝛ cũ materia nõ oppilat pulmonẽ nõ sic aggrauat anhelitũ cum transit ad pleurã alleuiatione aliqua: qꝛ facta pleuresi ex pte doloris est grauioꝛ anhelitus: nõ tñ ex parte oppilationis.

¶ Et pleuresis quidem plurimum accidit in autumno ⁊ hyeme ⁊ proprie post ver hyemale: ⁊ multiplicatur in vere hyemali ⁊ exufflatione septentrionis propter multitudinem superfluitatum: aut ppter coartationem superfluitatum: ⁊ multiplicantur cũ eo dolores laterum ⁊ costarum ⁊ pprie successione meridiei: ⁊ in estate cũ exufflat meridies minoratur valde. Uerum cum est estas austrina pluuiosa ⁊ similiter autũnus multiplicatur in fine autũni in habẽtibus choleram pleuresis: sm formam vo aliam ab hac pleuresis minorat in aeribus ⁊ regionibus ⁊ ventis meridianis. Et minoratur etiam in mulieribus que menstruantur: quoniam complexiones eaꝝ declinant ad humiditatem absqꝫ cholera. Et quãdo accidit pregnantibus est pnitiosum: ⁊ minorat in decrepitis: nã si accidat interficit pp debilitatẽ virtutum ipsoꝝ in spuẽdo ⁊ mũdificando.

¶ Ponit hic quasdã causas primitiuas. s. tempora anni ⁊ alias causas vt sexum etatem ⁊ pregnationem.

Dubm 6m ¶ Dubitat quõ accidat pleuresis in autũno: cum tũc cholera nõ sit plus imo melia. Dõm qꝫ lꝫ cholera sit plus in estate: tñ in autũno est plus ab estate reseruata que cõstricta ⁊ phibita a resolõne facit pleuresim. Simile ei qd dr tertia parti. afo. illo afo. 23. Autũno vo. ⁊ hyeme. 24. hec est pleuresis flegmatica plus ppter eius multiplicationẽ ⁊ expssionẽ ⁊ lesionẽ spũaliũ a frigore. Et pprie fit pleuresis post ver hyemale pp expressionẽ ⁊ catarros. Et multiplicat ẽt pleuresis in vere hyemali pp catarros ⁊ lesionẽ spũalium: ⁊ iõ subdit. Multiplicat cũ eo. s. vere hyemali doloꝛ laterũ ⁊c. pprie successiõe meridiei. i. pprie qñ succedit ver hyemale tẽpore preterito hyemali humectatiuo ⁊ ab hyemali grosso aut expressiuo: Et in estate: qꝛ iã dixit qꝫ in autũno ⁊ hyeme multiplicant. Cũ ẽt dixit de vere: dicit nũc de estate qꝫ minoratur aduẽtus pleuresis i estate: ⁊ cũ sufflat meridies: qꝛ estate ⁊ cõstitutiõe meridiõali nõ pmũtur mãe itus: imo extra mouent: ⁊ iõ in fine autũni cũ icipit venire frigus comprimens multiplicat pleuresis in hñtibus choleram supfluã. ¶ Sꝫ diceres quare estas nõ facit venire pleuresim qñ iã sit dictũ qꝫ potus vini ⁊ caliditas vehemẽs facit illã venire. Dõꝫ qꝫ vtrũqꝫ põt ꝯtingere: tñ hyems ⁊ autũnus plus faciunt pleuresim qꝫ estas. Secũdũ vo formã aliam ab hac que statim dicta est: ⁊ hec qꝛ fit pure meridionalis ꝯstitutio vel dispositio: ⁊ non seqtur frigus post sicut dicebat de fine autũni: minoratur ⁊c.

¶ Et pleuresis quidẽ quandoqꝫ assimilat apostemati epatis. Nã suspẽsoria cũ extẽdunt pp apã epatis puenit illud ad velamẽ ⁊ pãniculũ ⁊ sentitur in ipso doloꝛ ⁊ puenit ad ꝯstrictionẽ anhelitus: quare necessariũ est tibi vt cognoscas drĩam iter ea vtraqꝫ. Et qñqꝫ assimilatur sirsen. Et pleuresis quãdoqꝫ iterficit pp magnitudinẽ accidentiũ eius. Et qñqꝫ iterficit ppter pfocationẽ. Et qñqꝫ iterficit cũ pmutatione ad peripleumoniã ⁊ ptisim aut syncopim aut aliud ex eis q dicta sunt. Et scias qꝫ pleuresis qñ associat ei sputũ sanguinis est similis hydropisi cui associat febris. Indiget ergo primum ⁊ est pleuresis cura stiptica sputũ sanguis ledẽte sm pleuresim: sicut scdm idiget cura calefaciẽte ⁊ exiccãte: aut exiccante equali sm hydropisim ⁊ humectãte infrigidante propter febrem.

¶ Hic p cõparat pleuresim ad apã epatis. Scdo ad frenesim. Tertio ad accidẽtia qdã q sequunt. Quarto ad hydropisim: lꝫ sit meliꝰ dicere qꝫ ponit multos cañ. Scda ibi (Et qñqꝫ.) Drĩam apatis epatis ⁊ pleuresis ifra scies. Et qñqꝫ similat sirsen. i. frenesi. Propter magnitudinẽ accñtiũ eiꝰ. vt syncopis vehemẽtia feb. fluxus vẽtris ⁊ siti'a. Indiget primũ ⁊ est pleuresis. s. cũ sputo sanguis. Ledẽte als leniẽte. Scdm pleuresim. Quia stiptica nocẽt in pleuresi: ⁊ ideo dixit ledente. Uel qꝛ pleuresis idiget leniẽte. s. facilitante sputum: iõ dicit alia littera leniente. Hydropisis. s. cum febre. Et sunt dicta. G. in cõmento afo. Humide diete. afo. 16. 1. pticu.

¶ Et multotiens est cã pleuresis ⁊ pipleumonie assumptio ciboꝛum grossi nutrimenti ingrossantis nutrimentum sicut alcãnabit: quare expellitur ad ptes mamille ⁊ lateris: ⁊ cura quidẽ materie subtilis est cũ balneo: ⁊ exeũti ex eo detur oxymel velociter ⁊ alienet inũctionem que fit fricando cum oleo qm est attractiua. Et qñqꝫ excusatur per hoc a flobothomia.

¶ Hic cõplet sm quosdã cañ. lꝫ vltimus sit curatiuus: ⁊ posuit eum vt faceret rememorari qꝫ post cañ. gñales alicuius passionis ꝯsueuit ponere cañ. cure: hoc tñ postposuit ad tractatũ qui seqtur. Alcãnabit sunt caules quasi albi grossi: de qbꝰ ponit Aui. 2. cañ. ca. de caule. ⁊ dicit ibidẽ idẽ qd hic dicit. Et cura subtil' materie. s. ⁊ pauce: qꝛ põt p illã resolui. Oxymel. s. multe acetositatꝭ: vt sedet calorẽ: siqs est iductus a balneo: ⁊ iuuet ad expuitionẽ ⁊ abstersionẽ si qua mã est in pectore. Inũctionẽ. s. circa pectus: qꝛ motus attrahit calefactione. ¶ Sed tu diceres ita facit balneũ. Dõm qꝫ balneũ distrahit ad diuersas ptes. Per hoc. s. balneũ excusat a flobothomia: sic qñqꝫ excusat fomẽtatio. Et illa erit qdam nõ vera vel oĩmoda modica pleuresis q balneo recedit sine alia euõne.

¶ Dubium esset in qua parte frequentius accidat pleuresis. Rab. n. sensit. 4. cõtinentis ca. 3. qꝫ in sinistro. Sed omittit hic ⁊c.

¶ De signis pleuresis. Cap. 2m.

⁋ De primo dubitat: an ifans magis curet ab vlceribus pulmonis ⁊ ptisi. ⁋ Et videt ꝙ nõ: q: hꝫ pectora plena hũiditatibus: vt Auic. p̊ cañ. ca. de etatib⁹. Amplius in ptisi est cõsumptio: sed ꝯsumptio que est exiccatio magis distat a natura pueri. ⁋ Dõm ꝙ ĩfantes. s. gñalr pueri vsqꝫ ad. xiiij. annũ: vel vsqꝫ ad iuuẽtutẽ facilius curant ꝑꝑ tria. Prio q: hñt fortiores nãles virtutes: quarũ opatio est ꝯsolidatio ⁊ restauratio. Scđo q: mẽbra eoꝝ sũt molliora ⁊ sic cõsolidabiliora magis. Tertio q: resolutio est in eis conformior: ⁊ quia sunt euaporabiles est restauratio possibilior ⁊ facilior. ⁋ Ad pmũ in cõtrarium dõm ꝙ alie cause illam vincũt. ⁋ Ad scđm dõm ꝭm Dyn. ꝙ ptisi nõ est principalr suspitio propter arefactionem que est accidens sed propter vlcerationem. ⁋ Uel dõm ꝭm eũ ⁊ bñ ꝙ arefactio. s. per viam resolutionis est cõformior nãe puerorum: q: sunt corꝑa rara ⁊ molli resolubilia plus q̃ iuuenes.

Dubm pm

⁋ Et vlcera pulmõis magis salua sunt illa que sunt ex genere cruste cũ nõ est illic cã in cõpľone ⁊ ipso humore que faciat vlcus siccũ ĩpetiginosum.

⁋ Circa scđm cañ. ꝯsiderandũ ꝙ crusta põt fieri in vlcerib⁹ duobus modis. Uno mõ ꝑ viã igrossatiõis humiditatis resudãtis a labijs vulneris: ⁊ ista crusta est bona: ⁊ ꝓhibet ꝓcessuꝫ vlceratiõis ⁊ fluxum sanguinis: ⁊ stat aliquo tpe ⁊ postea cadit: ⁊ hoc est melius q̃ si ꝯtinue exiret sanguis ⁊ hũiditas ab vlcere. Alio mõ põt fieri crusta ꝓpter humorẽ melicũ acutũ adustũ ꝑ adustionẽ vel ꝑ aliquam humiditatẽ acutã sibi mistã: vñ corrodit ⁊ cõburit ⁊ cõburẽdo fac crustã: vel cõburit ⁊ facit crustaꝫ sicut facit ĩpetigo siue saphati: ⁊ talis crusta est mala: q: significat malã saniẽ ⁊ malũ humorẽ.

⁋ Et quãdoqꝫ accidit ptisico vt ꝓtendat cum eo ptisis ꝓducẽs eũ spatio tẽporis: ⁊ silr extendit a iuuentute vsqꝫ ad senectutem: ⁊ ego iã vidi mulierez vixisse in ptisi circiter. xxiij. annos aut plus parum.

⁋ Circa tertiũ cañ. dubitat cũ ptisis sit vlcus pulmõis ⁊ ethica feb. quõ põt durare. 23. ãnis. ⁋ Rñdet Dy. ꝙ hͦ nõ ẽ verũ de vero ptisico qui hꝫ vlcus pulmonis ⁊ febrẽ ethicã: sꝫ de ptisico de quo dicet statim cũ dicit. ⁊ nomẽ quidẽ. de quo dixit supra in fi. capli. Laudabili⁹ posset teneri ꝙ cũ ptisi que est cũ vlcere pulmõis ꝑuo faciẽte crustã oĩ ãno renouabilẽ aut alia mẽsura tpis rõnabilr posset hõ viuẽ lõgo tpe. Et ego iã vidi mulierẽ in hac ciuitate q: vixit vltra

Dubm 2m

duodecim ãnos cū vlcere pulmōis: ꝛ oī anno reuertebať sputum sanguis. Et accidit hec ꝓlongatio plus in eis: qꝛ vlcera in eis non sic sunt apta fieri corrosiua ꝛ pulmones eaꝝ nō sic cōmouenť fortiter vt viroꝝ. ⁋ Sꝫ tu dices Meſ dicit ꝙ in mulieribus occultať sed parū. Dōm ꝙ loquiť in mulieribus aptis ad ptisim in qbꝰlꝫ occulteť tū paꝝ. Uel dōm ꝙ lꝫ ex pte friditatis cōplōnis: vñ sunt catarrose: magꝭ ꝯtingit ꝙ plus detegiť ptisis: ſꝫ ex pte minoris acuitatꝭ ꝛ maioris qetis mā plus occultať: ꝫ plus dabiť iudiciū vincendi ex his causis. Et contrariū posset teneri ꝙ cū illis vlceribus nō est semꝑ ethica qꝛ facta illa crusta ꝛ cessante sanie tunc cum auxilio artis tolliť ethica. Uel dōm ꝙ nō oēm pulmonis vlcerationeꝫ sequiť ethica: ſꝫ cū est magna vel parua ꝛ saniosa.

Et hñtes vlcera pulmōis ledunť valde ab autūno. Et qñ eē ptisis est occultū detegit ipsaꝫ in patiēte eaꝫ ītroitus autūni suꝑ ipm: ꝛ nomē qdē ptisis qñqꝫ ꝯcediť alie egritudini cū qua nō est feb. Sꝫ pulmo est suscipiēs humores grossos viscosos ex catarro qui effundunť ad ipm semꝑ ꝛ ꝯstringit meatꝰ eius: q̄re patiētes cadūt in ꝯstrictionē anhelitus ꝛ tussim frequētē q̄ ꝑducit ad debilitatē virtutꝭ eoꝝ ꝛ corpoꝝ ꝛ sunt v̄e ꝓcedētes cursu asmaticorū: tūc si fuerit motus paruus oportebit vt admisceať curis eoꝝ aliquid cure asmaticoꝝ.

Dubm 3m

Circa q̄rtuꝫ. cañ. dubitať an autūnns noceat ptisicis. ⁋ Uř ꝙ nō: qꝛ aer siccus in ptisi laudať a Gal. 5. de igenio sani. c. 12. ſꝫ autūnus est tēpus siccū ꝛc. ⁋ Dōm ꝙ nocenť ptisici ab autūno: vt hip. tertia pti. afo. 11. Et cā est inequalitas aeris: modo ad calorē modo ad frigus: vñ pulmo q statim recepit aerē valde alterať ꝛ ꝑmutať: ꝛ iō autūnus ptisim occultaꝫ detegit. ⁋ Sꝫ tu diceres quō occultať ptisis. Dōm ꝙ vel ꝑnm est paruuꝫ debile: vel aliqua crusta facta in pulmone. ⁋ Ad 2ṁ dōm ꝙ plus nocet aer autūni cū diuersitate in calore ꝛ frigore ꝙ̄ iuuet siccitas in ꝯsolidatiōe. ⁋ Et quidē nomē. s. qꝛ tussis ꝯstrictio ꝛ vigilia est ꝯsequēs illā debilē virtuteꝫ. Et arefactionē. i. macredinē. Si fuerit motus paruus. Exponiť motꝰ corpoꝝ. s. exercitiū ꝛ motꝰ catarri. Dynus v̄o exponit. motus paruus. i. anhelitus paruus ꝑꝑ cōstrictionē. Uel posset exponi motus paruus. s. sputi qꝛ sputum retineať. Et est sentētia Rasis. 4. cōtinētis. c. 2. vbi poniť ad litteraꝫ hic sermo cuꝫ dicit. Et est alia species ptisis accidens sine febre. Et infra subdit studēdū est vt multum fit sputū ꝛc. qꝛ mors sequitur cū sputum non emittitur.

De causis vlcerū pulmonis. Cap. 19m.

Cause vlceꝝ pulmonis sunt catarrus mordicatiuus corrosiuꝰ aut putrefactiuus ꝑꝑ suā vicinitatē cū qua pulmo nō sanať vsquequo matureť: aut sanies hmōi generis currēs ad pulmonē ex mēbro alio ꝛ añcessio ꝑipleumonie q̄ iā cōputruit ꝛ iā vlcerata ē: aut saniositas pleuresis rupte aut aliq̄ cārū sputi sanguis ꝑdictaꝝ aꝑiens venā aut incidēs eā aut scindēs ipsaꝫ siue sit cā ītriseca sic̄ ebullitio sanguis aut aliud de his q̄ dicta sunt: siue extriseca sic̄ casus aut ꝑcussio. Et qñqꝫ sunt ex causis eoꝝ putrefactio ꝛ corrosio ꝑcedēs in substātia ipsiꝰ pulmōis sic̄ accidit mēbris. Et qñqꝫ multiplicať ptisis qñ estati boreali sicce succedit autūnus pluuiosus.

Prio ponit cās ptisis effectiuas. Scōo dispositiuas. ibi (Isti sūt.) ⁋ Pria in. d. Prio ponit cās itrinsecas: lꝫ ponēdo eas ponat q̄sdaꝫ extrisecas. Scōo ponit extrisecas. ibi (Et qñq̄.) Et est aforiſ. 14. 3. pti. Si v̄o estas ꝛc. Alia pꝫ nisi hoc qꝺ dicit. ꝛ qñq̄ sunt. Uř eniꝫ ꝙ velit ꝙ cā vlceris pulmōis qñq̄ sit putrefactio ꝑcedens. Et itellexit ex hoc putrefactioneꝫ ex ꝓpria malitia nutrimenti pulmonis defectu caloris ipsius preter ꝙ ab extra aliud sibi cōmunicatur.

De preparatis ad ptisim in figura ꝛ forma ꝛ etate ꝛ regione ꝛ cōplexione. Cap. 20m.

p̄ · p̄ · epid · 10 ·
2° · 3 · ij epid · 4 ·

Isti sunt alati habētes pectus strictum habētes spatulas nudas carne ꝛ ꝓprie posteriꝰ habētes spatulas decliues ad anteriora icedēdo ꝛ quasi vnicuiq̄ eorū sunt due ale ꝛ quasi spatule eius sunt abscisse ab adiutorio ꝛ ante ꝛ retro. Et habētes colla longa ꝛ inclinātes ea ad anteriora. Et qñqꝫ precedunt guttura ipsoꝝ ꝛ eminent.

Primo ponit corpora apta. Scōo statiꝫ festinat ad eoꝝ regimē. ibi (Oportet vt isti. ⁋ Prima in quatuor. Primo ponit signa dispositoꝝ ad ptisim sumpta ex forma determinatorū membroꝝ. Secūdo ex forma totius. ibi (Et forme.) Tertio ex complōne ꝛ etate. ibi (Et cōplexio.) Quarto ex regimine ꝛ tempore. ibi (Et ipsa.) Dic̄ primo ꝙ colla longa. i. subtilia: precedūt ꝛ pro. i. eminēt.

Et in pectoribꝰ qdē istoꝝ ꝛ q̄ sequunť ea multiplicāť vētositates ꝛ iflatio est in eis ꝑꝑ d̄bilitatē pectoꝝ eorū. Si āt cū hoc est debilitas cerebroꝝ recipiētiū superfluitates: ꝛ cū hoc nō digerunť cibi: tūc iā cōplenť cōditiones ꝛ ꝓprie si fuerint humores eoꝝ cholerici.

Et in hoc dat cām quare isti parati sūt ad ptisim: qꝛ sunt debiliū virtutū in spūalibꝰ: vñ defectu caloris multiplicať vētositas in eis ꝛ ꝑtibus ꝯsequētibꝰ. Uētositas aūt ꝛ relique māe possunt esse cāe vt pulmo vlceretur. Recipiētium. s. ab alijs membris: que postea cadūt a cerebro ad pectꝰ. Cholerici q misti flegmaticis fiūt flegma salsum: vel qꝛ isti sunt causa catarrorum acutorum corrosoꝝ.

Et forme quidem susceptibiles ptisis velociter cum alatione predicta sunt lenes albe declinātes ad subalbedinē: ꝛ ēt corpora dura spissa ꝓpter illud qꝺ accidit eis de eruptione venarum.

Hic ꝯsidera ꝙ 2ṙie habitudines sunt parate ad ptisim. s. corpora lenia. i. mollia ꝛ subtiliū venaꝝ: ꝛ corpa dura dēsaꝝ venaꝝ: qꝛ ambo sunt parata rupturis venaꝝ: ſꝫ lenia corpora ꝑꝑ debilitatē venaꝝ ꝛ tenuitatē: ꝛ pariter dura corpa expſſa ꝑꝑ duritiē ꝛ inobediētiā ad motū: vt supra itelligebať caplō de sputo sanguinis.

Et complexio susceptibilis illius est eius cuius complexio est frigidior. Et etas in qua multiplicatur ptisis est illa que est inter octauum ꝛ decimum annū vsqꝫ ad aduentum. xxx. annorum.

Cōplō frigidior qꝛ multiplicat catarros. Sꝫ tu dices quare supra dixit: cuiꝰ humores sunt cholici. ⁋ Dōm duplr. Prio ꝙ tā cholerici ꝙ̄ flegmatici diuersimode sunt parati ad ptisiꝫ. Uel dōm ꝙ tā cholici ꝙ̄ flegmatici in habitudine ꝛ hoīe hñte cerebruꝫ debile cū abūdātia aliq̄ cholere in epate q̄ reperat ab epate ad caput sūt multū parati ad h̄. Et etas. Iste est afo. 10. 5. ꝑtic. ptisis fit maxie a xviij. āno vsq̄ ad. xxxv. Cā est duplex. Prima qꝛ inordinate fortibꝰ motibus mouenť saltando: pōdera eleuādo: vt itelligať tertia particula afo. afo. 30. illo afo. Adolescentibus v̄o sputū sanguinis. Secunda causa est qꝛ hꝫ catarros acutos vlcerantes.

Et ipsa in regione frida est plus ꝑꝑ illud qꝺ accidit in ea de ruptura venaꝝ ꝛ sputo sanguis plurimo.

In regione frigida accidit ruptura venarum ꝑꝑ viscosos humores ꝛ ꝑꝑ tusses ꝛ catarros ꝛ venarum duritiem.

Et tempus in quo multiplicať illud est autūnus.

Autūnus: ꝑꝑ inordinationē sui ꝓprie. Gal. 5. parti. afo. preallegato afo. s. afo. 10. inter hec signa ponit crura torta: qꝛ significat defectū cerebri si est a neruis: vel defectū īformatiue totius.

De rebus a qbus opꝫ vt isti custodianť. Cap. 21m.

Oportet vt isti custodianť ab omnibus cibis ꝛ medicinis acutꝭ mordicatiuis ꝛ omnibus que extendunt membra pectoris ex clamore aut rixa aut saltu.

Patet qꝛ omnia ista disrumpunt venas.

De signis ptisis. Cap. 22m.

Sunt vt consideretur sputum saniei cū signis saniei fm ꝙ exposuimus in forma sua ꝛ colore ꝛ inspissatione ꝛ in alijs.

Hic ponit signa ptisis. Et p̄ signa eiꝰ absolute qbus significamus ptisim. Scōo signa eius deteriora: cū hoc ponēs quedā alia signa. ibi (Et ille qdē.) Tertio signa ptisis pure: ꝛ ꝓprie mortalis. ibi (Et qñq̄ fluit.) Quarto addit vnū ꝑnosticū experimētale. ibi (Et ex ve loci morte.) Melius tñ esset nō diuidere caplm: nisi ꝙ tot hꝫ ptes quot hꝫ signa. Diceret aūt qs: lꝫ cognoscať ꝙ sit sanies ex sua ispissatōe. i. grossitie: vñ descēdit: ꝛ ex alijs: nō tñ sequiť ꝫ est ptisis. ⁋ Dōm ꝙ hoc signū nō dꝫ per se sumi: sed cū alijs sequētibus. Uel

dicit

dicit̃ ꝙ ītelligit̃ post sputū sanguinis a pulmōe: vel ꝙ lꝫ non sit signum certū ptisis: est tñ indicatio suspitionis de ea.

Et febris minuta inseparabilis ꝓpter vicinitatē cordis cū loco egritudīs que fit vehemens cuꝫ cibo in nocte ſm partem cum sit vehemēs febris ethica propter humectationem corporis ex cibo ſm ꝙ dicemus in loco suo: quāuis quandoqꝫ descendant cū ethica in ipo febres alie. s. tertiana ⁊ quartana ⁊ quintana.

Exponit̃ ab Alberto. i. minuta subtilis syncopalis. De qua Auic. 4. cañ. fen. 1. Istud non meretur reprehendi: tñ est falsa expositio. Dynus dixit ⁊ bñ. fe. minuta. s. sicca ītelligit nō vaporosa sicut vna febris sanguinea vel alia.

Dubium — Dubitat̃ que fe. sit illa an ethica an putrida. Dōm ꝙ vtraqꝫ: qꝛ pōt esse ethica ꝑ inflāmationē cordis in suba ex defectu euētationis. Et putrida ꝑꝑ vapores saniei putridos. Qñqꝫ tñ isti habēt febres aliquas superuenīētes vitio humorū vt cholere flegmatis vel melie: vt apparebit. Dubium esset vtrū habens vlcus pulmōis necessario febrit. De quo forsan in caplo cure dicemus.

Et deterior eaꝝ est quintana: deinde media est tertiana: deinde quotidiana.

Lā ponit̃ ab Aui. q̄rto cañ. c. de q̄ntana ⁊ sextana. Deīde tertiana est media. s. in malitia: qꝛ nō ē sic praua sicꝫ q̄ntana q̄ significat mēbrū multū exiccatū ⁊ ꝯsumptū: vñ sūt īcinerati hūores. Nec significat ita paucā ꝯsūptionē ⁊ exiccationē ⁊ iflāmationē sicꝫ i q̄tidiana.

Et cum accidit ptisis apparent etiā significationes quas numerauimus in fine capituli empimatis: ⁊ superfluunt vene eoꝝ omni hora: quoniā virtutes eoꝝ debilitant̃ a retentione nutrimēti ⁊ regimine eius ⁊ caliditas resoluit ⁊ liquefacit. Si autē in sputo sunt cruste ⁊ non remanet dubietas ⁊ ꝑcipue cū cause perducentes ad ptisim predicte iā ꝑterierunt. Nā cū corpus icipit arefieri ⁊ extremitates icuruari ⁊ capilli cadere ꝓpter priuationē nutrimēti ⁊ corruptionē superfluitatū: tūc iā vera est. Et quādoqꝫ plūbinus fit color in principio. Verū ipse rubescit cū ascendūt vapores ⁊ extendūt collū: ⁊ duo cornua frontis ⁊ proprie quādo confirmat̃: ⁊ inflantur extremitates eoꝝ ⁊ proprie pedes eoꝝ in fine dieꝝ. Et apostemant̃ propter corruptionē humoꝝ ⁊ mortificationē innati caloris extremitatum propter malitiā cōplexionis. Et illi q̄dem ptisici quoꝝ causa est humor corrosiuus expuūt saliuā que hꝫ saporē aque marine salsam valde. Et pulsus eoꝝ est fixus equalis cuꝫ velocitate paruus. Et quādoqꝫ accidit ei inclinatio ad ambo latera. Deinde accidit post illud in ventre rugitus ⁊ trahuntur hypocūdria ad superiora ⁊ vehemēs fit tussis ⁊ destruitur appetitus cibi ꝓpter debilitatem virtutū naturaliū. Et quādoqꝫ fluit venter eius propter casum virtutis ⁊ quādoqꝫ expuit anulos ⁊ corpora venaꝝ ad illud cum appropinquat mors. Et illud quod expuit̃ de venis si est magnuꝫ est ex pulmone: ⁊ si est paruū est ex cāna: ⁊ multotiens expuunt lapillos ⁊ expuunt anulos ex cāna: ⁊ nō est ex h̄ etiā nisi ex vlcere magno: ⁊ in fine eius igrossant̃ sputū ⁊ saliua: deinde itersecat̃ propter debilitatē virtutꝫ. Et quandoqꝫ prefocati moriunt̃: ⁊ quādoqꝫ nō postponit̃ huiusmodi sputū: imo cadit in principio cū ptisis est ex genere malo facta ex materijs grossis que nō digeruntur. Et quādo itersecat̃ sputum in fine ptisis: tūc quādoqꝫ nō addit super quartū diē. Et quandoqꝫ est itersectio sputi propter debilitatē virtutis: ⁊ tunc fortasse constringitur anhelitus eorum vsquequo fiat quasi non sensibilis. Et multotiens quidem tussis in eis fit vehemens: ⁊ perducit ad sputum sanguinis cōtinuum: ⁊ si curetur tussis eorum cuꝫ prohibitiuis sputi moriuntur cum lenitate adueniente eis. Si autem dimittantur tussire moriuntur spuendo sanguineꝫ. Et ex veloci morte est ꝙ siquis hꝫ ptisim ⁊ apparet sup spatulas eius granum sicut faba moritur post quinquaginta duos dies.

Superfluūt vene. i. apparent supra cutim eminētes: ⁊ hoc ꝓpter cōsumptionē. Et tūc assignat causas cōsumptionis. Vel ſm Dynū superfluūt vene. i. habēt euacuationē superfluā. Et considera ꝙ ex h̄ accidit membris eorū sudor in fine diei: qꝛ expāso nutrimento ad extra membra quasi id nō cōtinēt: ⁊ hoc signuꝫ est sputū cū accidit paratis ad ptisim. Veꝝ rubescit. Auic. rectificat in hoc sermonem quē supra dixit in fine capl'i de empimate ⁊ colore plūbino. Extendunt collū. i. hñt collū tensum ꝑꝑ siccitatē. Et duo cornua ⁊c̃. s. hñt tēsa. i. ꝓminētia ꝑꝑ siccitatē carnis timpoꝝ. Vel extēdūt. s. cū humectant̃ ⁊ anhelāt: vt lr̃a extra. Pulsus fixus. i. durus. Equalis. s. si nō sit sanies multū aggrauās. Vel equalis. i. equaliter durus ꝑꝑ vniuersalē siccitatē. Inclinatio ad ambo latera. i. cōtractio ⁊ iduratio ꝓpter siccitatē. Rugitus. ꝓpter vētositatē ex debilitate caloris factā. Ingrossat̃ sputum. ꝓpter exiccationē multaꝫ. Quandoqꝫ nō postponit̃ huiusmodi sputū. s. quo appet suffocatio. Moriunt̃ cū lenitate. i. cū fluxu vētris ꝓpter exuberātem mām cōstrictā. Vel cū lenitate ſm Dynū. i. cū defectiōe anhelitus ꝑꝑ coartationē māe: lꝫ videatur alleuiari ex egritudīe. Et ex veloci morte. i. ex libro q̄ ititulatur de morte veloci. istud nō potest verificari nisi ꝯfuse ꝙ granū illud potest significare māꝫ aliquā prauā ⁊ sic mortē: sed ꝙ in tali die. s. 52. nō potest declarari a me ⁊c̃.

Tractatus quintus de principijs operatiuis.

De cura cōmuni apostematum partium pectoris ⁊ pulmonis. Cap. pᵐ.



Ex rebus cōibus est flobothomia.

Postq̄ȝ determinauit de principijs speculatiuis sciētie hoꝝ apostematū ⁊ solutione cōtinuitatis: hic d̃terminat de principijs operatiuis. s. de cura. Et p̄mo de cura apostematis. Secundo saniei siue empimatis. ibi (Quādo appet.) Tertio de cura vlcerum siue ptisis. ibi (Lum vlcus.) Prima in. d. Pr̄io in generali ponit curā horū apostematū. Scd̄o in sp̄ali. ibi (Oportet vt ꝓhibeas.) Prima in duas. Primo ponit curā qñ procedūt via resol'onis. s. qñ nō colligūtur ad saniē. Secundo ponit curā quando terminant̃ per viam saniationis. ibi (Eis aūt.) Prima in duas. Primo ponit curā ꝑ medicinas. Scd̄o per cibos ⁊ potus. ibi (Libi aūt.) Prima in duas. Pr̄io ponit medicias diuertētes ⁊ euacuātes. Scd̄o alterātes. ibi (Et oportet.) Prima in tres. Nam medicine euacuātes sunt flobothomia pharmacia ⁊ vētose. Primo ergo ponit curaꝫ per flobothomiā. Scd̄o ꝑ vētosas. ibi (Et qñqꝫ.) Tertio per pharmaciaꝫ. ibi (Inquit.) Ex rebus cōmunibus. Quia cōmuniter cōpetit in qualibet pleuresi: quando materia est sanguini mista: ⁊ qꝛ flōmia est cōmunis humorum euacuatio.

Sed in principio ex latere diuerso magis festina de saphena opposita in longitudine ⁊ post ipsam de basilica opposita in latitudine.

Potest dupliciter exponi. Primo flobothomia lꝫ sit cōis euacuatio speciebus pleuresis cōueniēs: hoc est in principio pleuresis: qꝛ in processu facta depuratiōe cholere flegmatis aut melācholie nō sic competeret. Quomodo autem debet intelligi cañ. Auicē. libro primo fen quarta cap̄. de flobothomia: cum dixit in eorum principio penitus flobothomia dimittatur. iam ibi diximus ⁊ supra fen 9. cap̄. de apostematum partium gutturis. Scd̄o potest exponi ꝙ in p̄cipio fiat flobothomia ex latere opposito: quia post aliquot dies de latere eodē. Magis festina. s. ad succurrendū. Nam per diuersionē humores diuertunt̃ ad longinquū ⁊ faciliter ad inferiora qꝛ trahere sanguinē inferius leuius est q̄ȝ superius cū de se sit grauis. Opposita in longitudine. v̄. g. si pleuresis inchoat a dextro fiat flobothomia de saphena pedis dextri.

Dubᵐ pᵐ — Sed ꝯtra: qꝛ Mesue precipit flōmiam de saphena de latere opposito. Respōdetur ab alijs ꝙ pleuresis vel est in principio principiante: ⁊ tūc cōpetit flobothomia de latere opposito. s. de saphena oppositi lateris: vt dicit Mesue qꝛ ista magis diuertit: ⁊ tūc est intentio diuersionis. vel nō est in principio principiāte: ⁊ tūc de saphena eiusdē lateris: vt aliq̄d euacuet̃ diuertendo. Aliter dōm

credo ꝙ vel in partibus iferioribus ⁊ toto corpore est multa repletio in via ascensus superius: ⁊ tūc debet flobothomari saphena lateris oppositi. Ratio qꝛ flobothomia saphene eiusdē partis cum hoc ꝙ diuertit agitat multā materiaꝫ in corpore sic pleno ⁊ facit eā declinare versus easdē partes ex quo pōt eē suspitio ne moueatur ad locū pleuresis. Sed si de latere opposito fiat flōmia nō accidit hic timor. ¶ Sed tu dices hoc est ꝯtra canonē generalē. Caue ne in duas dyametros diuersioneꝫ facias. ¶ Dōm ꝙ materie actu fluētis nō pōt fieri diuersio in duas dyametros: sꝫ mā de qua suspicari potes ꝙ fluat pōt diuerti in duas diametros respectu ꝑtꝭ in q̄ est egritudo: sꝫ nō fit oīno vł totaliter in duas diametros respectu loci materieꝝ de qbus suspicamur ꝙ possent fluere. Si aūt nō fit repletio tāta tūc de saphena eiusdē ꝑtis possumus facere.

¶ Et post ipsam de nigra opposita in latitudine.

¶ Cōsiderādū ꝙ ly post: nō dicit ordinē necessarie oꝑatiōis: qꝛ ꝑus oporteat facere flōmiā de saphena: ⁊ post de basilica: sꝫ dicit ordinē festini iuuamēti: tūc eniꝫ magis est diuersio a flōmia saphene: Sꝫ post saphenā de bonitate ichoamus flōmiā de basilica: ⁊ post ipsaꝫ de nigra. i. de cōmuni: qꝛ si nō iueniremus basilicā flōmamus cōem: nō tñ ita appropriaꝛ diuersiōi: sicut appropriate diuertit basilica: vt appꝫ ꝑ anathomiā. Et ponit Cōmētator. z. regi. acut. 10. cōmento. ¶ Et finaliter ꝯsidera quātū currāt auctoritates de flobothomia: qꝛ volūt ꝙ fiat de cephalica cū nō iueniꝛ alia. Et est sententia Gal. z. regi. acu. 10. cōmē. Et ꝯfidit Gal. qꝛ pōt dici ꝙ quelibet vena euacuat a toto ꝙ ſm hoc hec flōmia cephalice diuertit ēt a loco apostematis minorando totius repletionem.

¶ Si autem non appareat: tunc non oportet vt dimittatur flobothomia cephalice quāuis sit eius iuuamētum minus ⁊ tardius. Deinde post aliquot dies ex latere conueniente in latitudine. Et quandoqꝫ ponuntur ventose super pectus cum scarificatione etiam ita vt attrahaꝛ materia ad exteriora ⁊ minoreꝛ: ⁊ proprie cum ꝑmissa fuerit flobothomia.

¶ Si aūt nō appꝫ. s. hec vena basilica: ⁊ appꝫ vena q̄ venit ex ꝑte spatule. s. cephalica opꝫ vt flobothomeꝛ ea. Postqꝫ scis ꝙ euacuatio a quibuscunqꝫ locis fuerit a corꝑe toto trahit aīalis: veꝝ illud nō fit velociter nec equaliter ex oībus venis. Deīde: qꝛ cū cessauit fluxus ad ꝑtē. Et eodē mō itelligiꝛ ꝙ vētose nō debēt poni nisi existēte pauca mā ⁊ precedētibus alijs euacuationibus: ⁊ sine dubio idiget medico exercitato bone estimationis. Si eniꝫ cadat in hoc error est valde magnus. Et iō dixit Meß hoc deberet fieri cū itellexerimus mām posse reuocari ad cutim.

¶ Inquit Gal. si febris fuerit vehemēs valde: tunc time solutiuuꝫ ⁊ sis ꝯtētus flobothomia. In ipsa nāqꝫ nō est timor: aut timor eius est minor. In solutiuo est timor magnus. Ipsum enim quādoqꝫ mouet: ⁊ quandoqꝫ nō soluit: ⁊ quandoqꝫ suꝑfluit.

¶ Inqt. G. z. regimi. acuto. 11. cōmē. Cōsiderandū ꝙ solutiua pharmaca cū calida sint ⁊ sicca sunt suspecta qñ febris est fortis: ⁊ h̃ ex ꝑte qua fortis: ⁊ iō securius est vti flōmia si alia ꝯsentiūt. Nā timetur in vsu pharmacoꝝ: qꝛ qñqꝫ mouet māꝫ ⁊ nihil soluit: qñqꝫ nō soluit ꝑfecte: qñqꝫ suꝑfluit: qꝛ nō possumus ea regulare vt volumꝰ ⁊ ēt nescimus naturas ꝑticulares hominū.

¶ Et oportet quidem ne narcotica eis approximes inquantū potes. Ipsa enī ꝓhibēt maturationeꝫ ⁊ sputū.

¶ Hic ponit curā cū alteratiuis ꝓhibens nos a narcoticis quātuꝫ potest: qꝛ aliquādo sunt necessaria rōne catarri acuti subtilis: vel rōne vigiliarum vel doloris vt post apparebit.

¶ Cibi autem sint aqua ordei ⁊ aqua tritici ⁊ aqua decoctionis maluaruꝫ ⁊ blitorū aut molochie ⁊ cucurbite ⁊ aqua fabaꝝ ⁊ alkesmes cū nō fuerit caliditas suꝑflua: ⁊ passe in postremis proprie.

¶ Prīo ponit cibos cibales plus. Scdo medicinales. ibi (Et ex eis.) Kesmes. i. passulaꝝ maneries. Et passe in postremis: qꝛ abstergūt ⁊ facilitāt ⁊ cū hoc nutriūt qd nō requiriꝛ a principio.

¶ Et ex eis que cursu medicinarum procedunt sunt omnia que mūdificant ⁊ remouent asperitatē ⁊ leniūt in gradu primo sicut aqua iuiubaꝝ ⁊ viole ⁊ papaueris ⁊ radix lilij ⁊ medulla citrulli ⁊ cucumeris ⁊ allia ⁊ semē endiuie ⁊ sebesten: ⁊ quādoqꝫ ponunꝛ in eis mucilago seminis cydonioꝝ ⁊ gūmi ⁊ dragagāti ⁊ semē papaueris: hec oīa ante eruptionē. Et melius abstergentium mundificantiū est aqua mellis si nō est apostema in reliquis visceribus. Si autē fuerit apostema opꝫ vt administretur postqꝫ fit sicut aqua cum multa cōmistione. Sꝫ iulep ⁊ aqua zucchari sunt conuenientiores ei ⁊ postea aqua ordei.

¶ Prīo ponit res lenitiuas. Scdo abstersiuas. ibi (Et melius.) Tertio icisiuas. ibi (Et post.) Quarto ponit diuersitatē potus ſm tēpora. ibi (Uex.) vel ibi (Potus aūt.) Quīto addit canonē in aqua frigida. ibi (Aqua vō.) Si nō est apostema supple vel oppilatio in reliqs visceribus. s. in epate vel splene: qꝛ dulcia nocēt eis oppilādo.

¶ Et post ipsaꝫ vinū dulce: ⁊ est melius vinū hñtibus hanc egritudinē ⁊ ꝓprie illud qd est albū: nā illud est magis adiuuās ad expuendū. Ueruꝫ nō opꝫ vt bibaꝛ in pleuresi ⁊ in peripleumonia nisi post maturationē: quāuis ſm ꝙ dicitur sit calefaciens ⁊ faciens sitim qbus vtrisqꝫ iā succurriꝛ. Et non oportet vt in potu sumat illud ille cuius epar aut splen est infirmum.

¶ Quibꝰ vtrisqꝫ. s. calefactiōi ⁊ siti. Succurriꝛ. s. cū cōmistiōe aque cū eo vel cū potu oxymellis. Et nō opꝫ vt in potu sumat. s. hoc vinū dulce. Cuius epar ⁊c. est infirmū. i. oppilatū.

¶ Et post vinum dulce est vinum aquosum ⁊ ipsuꝫ est confortans virtutē plus qꝫ aqua: ⁊ in potu ipō sunt icisio ⁊ subtiliatio. Potus autē oxymellis facti ex melle ⁊ zucharo ⁊ pauco aceto quādo misceꝛ cum aqua est aggregās duas itentiones. s. extinctionis ⁊ mundificatiōis. Nā si valde acetosum est tuuc ipm aut facit multū spuere aut ifrigidat ⁊ iuiscat valde ⁊ fit adeo malignū donec illud qd icidit quādoqꝫ idigeat virtute forti ad hoc vt expuatur. ꝙ si acetositas necessaria fuerit tūc oportebit vt potetur tepidū aut mistuꝫ cū aqua calida paulatim. Ex illo vō qd temperatā habet acetositatē succurratur hec malitia ⁊ est ꝓhibēs nocumentū dulcedinis ⁊ sitis ⁊ ebullitionē cholere rubee ⁊ eiꝰ generationeꝫ. Et aqua mellis est magis vltima in humectādo: ⁊ aqua ordei in cōfortando: ⁊ qñqꝫ est necessarium in equatione nature tribuere acetosa cum oleo amigdalio. Aqua vō que eis in potu tribuiꝛ in hyeme qdem sit aqua calida ⁊ aqua zucchari ⁊ aqua mellis subtilis ⁊ in estate aqua temperata: ⁊ interdicatur eis aqua frigida. Et si tussis vehemens fiat detur eis in potu parum ex ea commista cum iulep ⁊ oxymelle infrigidatis. Nam oxymel facit eaꝫ penetrare velociter ⁊ expellit nocumentum eius. Et apud declinationem detur eis in potu rob. Eis autē q̄ necessaria sunt apud collectionem ⁊ maturationē ⁊ eruptionem ⁊ post eas opꝫ vt singulare capitulum faciamus.

¶ Primo vinū ponit: qd ēt icidit. Scdo oxymel. ibi (Potus autē.) Hec in duas. Primo facit hoc. Scdo cōparat inter quosdā potꝰ. ibi (Et aqua mellis.) ¶ Ad itellectū prime partis cōsidera ꝙ vt sumitur tertio regi. acu. cōmen. 28. ⁊ cōmē. 29. Oxymel multū acetosum est medicina multū fortis: ⁊ ideo sua oꝑatio non est media: qꝛ aut multū prodest aut multū nocet. Si enim iuenit virtutē fortem cōmouēdo multā mām: iuuat ad expuendū per incisionem ⁊ ꝯiunctionē illius: ⁊ hoc est qd dicit: facit valde multū spuere. Sed si iuenit mām multam vltra qꝫ possit virtus: tūc nō expelliꝛ: quare remanet virtus aceti ⁊ ifrigidat ⁊ suffocat calidū ⁊ addit ad malum anhelitum ⁊ inuiscat: ⁊ hoc est qd dicit. Aut ifrigidat ⁊ iuiscat. Et si. i. si idiges oxymelle acetoso remittitur malitia aceti dādo tepidū: ne actuali frigiditate cōgelet. Mistum cū aqua: vt frāgat acuitatem qua mordicat. Paulatim. s. gradatim dādo primo parū secundo

cũdo modicũ plus: vt quasi experiamur eius effectũ. Oxymel aũt pauce acuitatꝭ põt secure dari ⁊c̃. Et sunt hec omnia dicta 3° regi. acuto.a.26.ad.33. Et aqua mellis in humectãdo.s.sputuȝ.i.faciẽdo spuere. Et aqua ordei.i.ptisana. In equatione nature idest vẽtris: vt sit equaliter ⁊ debite fluxibile.

[Dubᵐ 2ᵐ] ¶ Dubitatur quare in tussi vehementi datur aqua frigida. ¶ Dicendum primo ꝙ littera dicit.siti vehementi. Et ita iacet ille textus quarto continẽ.cap̃.3. Et si fuerit sitis vehemens ⁊c̃. Vel dicendũ ꝙ per tussim vehementem intelligit eã que a forti caumate fit. ¶ Nocumẽtuȝ eius.s.quod sequitur ex tarditate incessus. Rob.i. sapa: quia potens est in mundificãdo materias pectoris: nec timetur ab ea inflãmatio: cum est in declinatione. Eis autẽ ⁊c̃. q̃r dicet in capitulo de empimate ⁊c̃.

¶ De cura pleuresis. Cap̃.2ᵐ.


Portet vt prohibeas materiam venientem ad apostema cum euacuatione ⁊ attractione ad ꝯtrariuȝ: ⁊ lege illud quod narrauimus in capitulo qđ est ante hoc: ⁊ fortasse dicemus illud iterũ. Dicamus ergo ꝙ cura eius est flobothomia si sanguis fuerit vincens s̃m modũ predictum in capitulo qđ est ante ipsum ⁊ extrahat̃ donec alteretur color eius. Significat enim ꝙ nocibilior sanguis iam euacuatus est. Et scias ꝙ sanguis corporis vehementioris nigredinis est ille qui est ꝓpinquus huiusmodi apostemati: quãuis obseruatio virtutis in hoc necessaria sit. Et qñ q̃ non concedit virtus extractionem sanguinis fieri vsq̃ ad hunc terminum.

¶ Jam posuit canones generales ⁊ cõmunes curatiõis horum apostematũ: hic ponit curã cuiuscunq̃ illoꝝ apostematũ. Et primo vt terminetur per resolutionẽ. Secundo per sanationẽ.ibi (Quando apparent.) ¶ Prima in duas. Primo ponit curaȝ apostematis pectoris. Scđo pulmonis.ibi (Aque vo ꝯgregate.) ¶ Pria in tres. Primo ponit curã horum apostematũ in generali. Scđo magis in speciali.ibi (Non cures.) ¶ Ad primi euidentiã considerãdũ ꝙ cura pleuresis que tendit ad resolonem: cõpletur quatuor ĩtentionibus. Prima est diuersio materiei. Secunda euacuatio ⁊ substractio cõmunis. Tertia euacuatio propria ꝑ sputũ. Quarta rectificatio vite patiẽtis. Primo ergo ponit curã quãtũ ad ĩtentionẽ euacuationis materie ⁊ diuersionis ⁊ substractionis cõis simul. Scđo cũ ꝓpria euone q̃ est ꝑ sputũ.ibi (Cũ ergo euacuauerꝭ.) Tertio rectificat vitã.ibi (Et mẽsura nutrimẽtũ.) Quarto addit cañ.ibi (Et qñq̃ accidit.) ¶ Prima in tres. Primo facit qđ dictum est. Scđo oñdit casum in quo qñq̃ nõ competit flobothomia.ibi (Et ad vltimũ.) Tertio ostẽdit casuȝ in quo cõpetit pharmacia.ibi (Et Hip.) ¶ Prima in tres. Primo ponit curã predictã. Scđo ponit signum quo cognoscimus nos ĩdigere illa cura.ibi (Et ex eis.) Tertio addit cañ.circa hunc modũ cure.ibi (Cũq̃ flobothomas.) ¶ Pria in duas. Primo p̃mittit. Scđo exequit̃.ibi (Dicamus.) ¶ Hec ĩ tres. Nã diuersio substractio ⁊ euacuatio fit cũ flõmia. Et de hac p̃mo ponit. Scđo cũ pharmacia: ⁊ de hac scđo ponit.ibi (Et si est.) Tertio cõparat.ibi (Quidã vo sapientũ.) ¶ Considerandũ ꝙ mãm venientẽ Aui. nõ ꝓhibet cũ reꝑcussiuis sed cũ euacuatione. Dubitat̃ ergo vtrũ in principio pleuresis cõpetãt repercussiua. De hoc dicet in sequẽti capitulo. ¶ Considerandũ scđo ꝙ flobothomia vel fit de eadẽ ꝑte: ⁊ tũc põt euacuari vsq̃ ad mutationem coloris sanguinis: q̃r talis flobothomia ꝓprie ex loco apostemoso euacuat. vel fit a ꝑte opposita ad diuertendũ: ⁊ tũc nõ sic opȝ expectare mutationẽ coloris: q̃r nõ sic euacuat ex locis ꝓpinquis apostematis: lȝ ẽt qñq̃ ꝯtingat ꝑ flobothomiã partis opposite ꝑmutari coloreȝ in sanguine ꝑꝑ cãs q̃ sunt note. Et sic saluat̃ lr̃a exterior negatiua q̃ dicit. ⁊ nõ extrahat̃ ⁊c̃. ¶ Considerãdũ tertio ꝙ ꝑ nigredinẽ ĩtelligere opȝ malitiã coloris: ꝯtingit eñi mutari nõ solũ ad nigredinẽ sed ẽt ad alios malos colores: vt ponit̃ in cõmẽto scđi regi.acu.cõmẽ.10. sed sanguine corporis existẽte rubeo ille qui est iuxta apa ꝑꝑ adustionẽ denigrat̃ ⁊ obscurat̃ vt Cõmentator ibi ponit: ⁊ hoc est vtplurimũ. Et iđ dixit.sanguis vehemẽtioris nigredĩs. Quid sit aũt illud albũ qđ qñq̃ videt̃ vt sanies: iã diximꝰ sup̃ ꝑ cañ.fen.4. ca.de flõmia. ¶ Cõsiderandũ quarto ꝙ si virtus est debilis: Auic. nõ vult ꝙ ꝑducas cũ flobothomia ad ꝑmutationẽ coloris sȝ ipsaȝ festines prius cõstringere: vt ĩnuit Cõmentator ibidem.

¶ Et si est humor alius euacua non cuȝ eis que sunt sicut mirabol̃. neq̃ in quo est stipticitas: imo cum eis in quibus est cũ solutione lenificatio sicut res facte cũ violis ⁊ syracost ⁊tereniabin ⁊ zuccharꝝ albaizeȝ ⁊ soluãtur in nocte. Quidã vo sapiẽtuȝ dixerũt ꝙ rectius est quãtũ possibile est vt euacuet̃ cũ flõmia timẽdo ingetudinẽ quam quãdoq̃ cadere facit solutiuuȝ. Et nos iã diximus istud ⁊ proprie quãdo sputũ est cholericuȝ valde ⁊ proprie s̃m ꝙ dixit. G. quãdo febris est vehemens valde. Et. G. q̃dem precepit eos custodiri a scamonea ⁊ nõ p̃cepit eos custodiri a hiera ⁊ elleboro simul: ⁊ laudauit oꝑationẽ aque ordei post administrationem solutiui ⁊ separationẽ ex eo. Cũ ipsa vo abscindit oꝑationẽ eius: quãuis oporteat vt seruet̃ pars declinationis doloris ⁊ lesionis. Naȝ si declinatio fuerit ascẽdens ad furculã ⁊ thoracẽ ⁊ qđ est super eã: tunc flobothomia est melior. Et si dolor declinat ad partẽ hypocũdrioꝝ: tunc necessaria est solutio sola aut cum flobothomia s̃m ꝙ necessariũ facit illud qđ testificat̃. Et illud iđ quoniam flobothomia sola ex basilica nõ trahit de hoc loco aliq̃d de quo sit curandum.

¶ Cõsiderãdũ ꝙ stiptica ꝓhibẽdo sputũ nocẽt. Jđ lenitiua cõcedit ⁊ nõ trãsit gradũ eoꝝ regulariter oꝑando. Coacti enim furiositate mãe aut multitudine cũ solutiuis fortioribus agimus: vt declarauimus ꝑ̊ libro fen.4.ca.de cura apatũ. Et forsan hoc innuit hic Aui. cũ dixit.violis.s.res facte cũ violis: q̃r ẽt reliqua solutiua que euacuãt exoluendo debẽt misceri cũ lenitiuis. Syracost ⁊ tereniabin sunt spẽs mãne. Zuccharum albaizeȝ.credit̃ ꝙ sit zuccharum rubeũ. Soluant̃ in nocte: q̃r suꝑflua ad interiora mouent̃. Quidaȝ.s. Gal̃.in cõmen.2.regi.acu.cõmen.11.

[Dubᵐ 3ᵐ] ¶ Tu dices ꝯ: nã qñ est sputũ cholericũ valde: tũc videt̃ ꝙ maxime solutiuũ ꝯueniat: q̃r ex flõmia timet̃ tũc plus de ebullitione ⁊ ingetudine: q̃r flõmia depurat cholerã: ⁊ facit eã furere. ¶ In oppositũ est Aui. hic ⁊ Gal̃. loco dicto. ¶ Dõm ꝙ qñ sputũ ẽ cholicũ valde significãs fortẽ febrẽ timet̃ ĩflãmatio ꝑꝑ solutiuũ: q̃r calidũ ẽ ⁊ siccũ. Jđ dic̃ qñ febris est vehemẽs. sȝ ꝙ dicit Gal̃.2.regi.acu.cõ.11. ¶ Ad ꝯriũ est dõm ꝙ mã q̃ sputat̃ cholerica valde cũ erat in venis nõ erat sic.s.ita cholerica ⁊ ĩtensa: sed resudans est intensa ⁊ acuta fcã. ¶ Et Gal̃.s.2° regi.acu.11.cõmẽ. Et quasi videt̃ ꝙ de hoc miret̃ Aui. cũ nõ videat̃ minor timor in dãdo elleboꝝ q̃ scamoneã. Nos aũt hodie cũ leuioribꝰ trãsimus q̃ cũ scamonea vel cũ elleboro vt cũ agarico vel colatura reubarbari. Aqua ordei poterit dari statiȝ post potũ medicine: q̃r lauat medicinã. Et h̊ est qđ dicit.post administrationẽ. Põt ẽt dari loco cibi.s.ptisana finita oꝑatiõe solutiue medicine. Et h̊ est qđ dicit. ⁊ seꝑationẽ. Jđ subdit. Cũ ipso vo.s.potu aque ordei abscindit oꝑationeȝ eius.s.pharmacie: q̃r dat̃ in fine post operationẽ eius. Vide scđo regi.acuto.12.cõmen. Quãuis.pȝ. De hoc loco.s.inferiori: pȝ hoc in anathomia.

¶ Et ex eis que significant tibi vehementiã necessitatis euacuatiõis est ꝙ ĩuenis vaporationẽ ⁊ emplastrationẽ non sedare doloreȝ: aut inuenis eas ex eis q̃ augmẽtant ipsuȝ. Et significat illud repletionẽ in corpore toto quare necessaria est euacuatio ⁊ ꝓprie cuȝ flobothomia. Cunq̃ flõmas ⁊ euacuas ⁊ non sedant̃ accidẽtia: tunc scias ꝙ ꝓhibitio collectiõis quaȝ queris difficilis est. Nõ ergo iteres flõmiã vt non congeletur materia que habitura est collectionem. Et illud est ex eis ꝓpter q̃ defectus maturatiõis sanguinee cuȝ diminutione virtutis nõ digerit materiam.

[Dubᵐ 2ᵐ] ¶ Dubitat̃ vtrũ quãdo collectio fit: cõpetat flõmia. ¶ Videt̃ ꝙ sic: q̃r Aui.4.cañ.fen.3.ca.de cura exituraꝝ precipit absolute euacuationẽ: sȝ ꝑ euonẽ absolute ꝓlatã ĩtelligimus flõmiã. Amplius fen 13.ca.de cura adubelet in stõcho p̃cipit flõmiã. Amplius tũc est dolor ⁊ calor vehementior: ⁊ timor magnus de tractu materierum suꝑfluentiũ. ¶ In ꝯriũ est Aui. ¶ Dõm ꝙ qñ exitura fit si prius non copiose flobothomasti ⁊ vides ꝯstantiã virtutis potes iteꝝ flobothomare. si aũt tu flobothomasti multũ nõ expedit iterare ampliꝰ q̃r tũc ꝑꝑ diminutioneȝ caloris nãlis cõgelat̃ mã que habitura est collectionẽ: ⁊ si hoc accidit in pleuresi sanguinea: multo magis in

alijs. Et hoc ē qđ dicit. Et illud. s. iteratio flōmie. Est ex eis. supple propter que fit defectus maturatiōis sanguinee pleuresis: ꝙ multo magis in alijs. Cum diminutione virtutis. supple que non digerit materias. ⁋ Ad cōtraria patet solutio.

¶ Cum ergo maturat̄ opꝫ vt ꝓhibeas eaꝫ fieri saniē: ⁊ studeas vt mundifices ante illud cū sputo.

¶ Hic videtur vnus cañ. per se: vt ītendat Auic. in hoc ꝙ studium nostruꝫ sit in prohibēdo saniē in cupuꝫ colligi. Cum ergo maturatur. i. digeritur ⁊c̄. Fieri saniē. s. in cupū: ⁊ hoc fit studendo ꝙ ante collectionē in cupuꝫ mundifices materiā cuꝫ sputo: qꝛ vtaris medicinis facilitantibus sputum.

¶ Et ad vltimuꝫ cum nō fit flobothomia ⁊ maturatur ⁊ emittit̄ sputum sufficiēter: deinde vides debilitatem in virtute: tūc nō flobothomes oīno. Dispositio nāqꝫ debilitatis virtutis nō est que tolerare possit flobothomiam ⁊ sol'onez: necessariuꝫ est tunc vti clysterib⁹ medijs ⁊ acutis ꝼm ꝙ necessariuꝫ fuit illud qđ testificat̄ hoc ⁊ proprie cū dolor est decliuis ad hypocūdria. Et Hip. quidez innuit in cura peripleumonie in qua non sentitur dolor: veruꝫ est vehemētis declinationis ad hypocūdria vt euacuet̄ cū elleboro nigro aut cū alkakile ⁊ in alio libro cū herba syluestri q̄ est similis portulace ⁊ hꝫ lac ⁊ est de genere lacticiniorum.

¶ Hic cañ. est: quo ostēdit̄ quādo est: ꝙ lꝫ flōmia a principio nō sit facta: nō tñ dꝫ fieri post: ⁊ hoc est qñ īfirmus sufficienter expuit: ⁊ virtus tñ ei⁹ debilis est: ita ꝙ flōmiā nō tolerat. Et sol'onē. i. multiplicationē sputi. Vel ⁊ sol'onē. s. vētris quā te opꝫ facē saltē cū clysterijs. Littera extrīseca īnuit: ꝙ debilitas ꝓhibet flōmiā: ⁊ ēt solutionē cuꝫ pharmacijs: ⁊ tūc opꝫ vti clysterijs medijs vel acutis: ꝼm ꝙ dispositio īdicat. i. ꝼm ꝙ est maior vel minor debilitas: ⁊ ꝓprie: supple est necessariū vti clysterijs. Et Hip. scđo regi. acu. cōmē. 10. Peripleumonie. i. pleuresis: lꝫ ēt de peripleumonia verificet̄. Nō sentit̄ dolor. s. acutus ascendens. Kakile. i. fellichino: ⁊ est vna spēs lacticinij. Nos aūt nō vtimur eis qꝛ copiā habemus solutiuoꝝ ꝯuenientiū que tempore Hip. non erant in copia.

¶ Cum ergo euacuaueris ⁊ inueneris dolorem leuiorem sis ꝯtentus aqua zucchari ⁊ aqua ordei decocti cuius ordeū sit excorticatū in aqua plurima decoctiōe vehemēti ⁊ aqua alcandarusij si īdiges ꝯfortatione ⁊ melonibus īdis ⁊ aqua iuiube ⁊ aqua sebesten ⁊ violis nutritis ⁊ semine papaueris. Et oleū qdē qđ administrat̄ cū aliquo hoꝝ est oleū amigdalaꝝ dulciū. Quidā aūt ꝓhibuerūt granata ꝑꝑ īfrigidationē eoꝝ. Sed apud me in eis que dulcia sunt nō est malū. Et quandoqꝫ fit ex istis medicinis decoctio que administrat̄ ad mundificandū. Et est hec. ℞. ordeū excorticatum ⁊ iuiubas ⁊ sebesten ⁊ violas ⁊ semē papaueris ⁊ syrupū viol'. ⁊ syrupū nenufaris: qm̄ ambo sunt meliores iulep. Et Gale. qdē precepit in principio vtendū eē speciebus deiacur: qm̄ ꝓhibent māꝫ ⁊ maturāt ⁊ cōfortāt. Et dico ꝙ necessarie sunt cū nō est excusatio propter vehemētiā vigiliaꝝ. Et si nō fuerit illud tunc fortasse congelat papauer māꝫ ⁊ probibet sputū: nisi zuccharū qđ cū eo ponitur probibeat nocumētū eius. Et videt̄ ꝙ semen est cōueniētius q̄ꝫ cortex tunc. Et opꝫ vt euacuet̄ illud qđ retinet̄ cum sputo.

¶ Hic ponit curā quantū ad intentionē que est euacuatio ꝓprie ꝑ sputū ⁊ rectificat cū hoc qualitatē materie. Et pͥmo facit hoc. Secūdo ponit sniam Gal'. ibi (Et Gal'.) ¶ Cōsiderandū ꝙ oīa q̄ ponit sunt habilitātia ad sputū mās calidas ⁊ subtiles. ⁊ pꝫ. Candaru vel cādarusiū est maneries tritici. Sꝫ Sera. caplo de peripleumonia 23. dicit ꝙ est ordeū cui nō est cortex. Et Gal'. quidē nōduꝫ vidi vbi dicat hoc. Deiacur. i. de papauere: ꝓhibēt currē māꝫ rectificādo cōpl'onē. Cōfortāt: qꝛ ꝯstrīgūt mēbra ne recipiāt māꝫ. ¶ Cōsiderādū ꝙ deiacur ab Aui. ꝯcedit̄ cū qbusdā ꝯditionibus. Et pͥma est ad sedādū accñtia vt vigilias: ēt si catarrus eēt acut⁹ mordicatiu⁹ valde. Scđa ꝯditio ē ꝙ nō sit simplex: sꝫ hēat mistas res remouētes ꝯgelationē quā fac̄ papauer sic̄ ē zucchaꝝ ⁊ mel: qꝛ remouēt aliqliter nocumētū ei⁹. Et ī hͦ īnuit ꝙ pōt fieri deiacur cui cōmiscet̄ crocus ⁊ alia q̄ rectificāt malitiaꝫ papauerꝭ. Tertia ꝯditio ē ꝙ sit fctm̄ d̄ semīe papauerꝭ: qꝛ nō sic ꝯpingit māꝫ sic̄ cortex. Quarta ꝯditio est ꝙ si vides ab eo retineri sputū subito ītēdas ad facilitādū illud.

¶ Et mensura nutrimentū ⁊ nō multiplices: imo subtilies ꝼm ꝙ necessariū facit multitudo acuitatis egritudinis ⁊ paruitatis eius ⁊ accidētiū illius. Nā si ipsa fuerit quieta leuis facilis cibabis ipsum aqua ordei excorticati decocti valde. Ipsa nāqꝫ expuere facit īcisiua ⁊ ꝯfortatiua. Et si volueris dulcorare ipaꝫ dulcorabis eā cū zuccharo aut melle. Et si fuerit inquieta sis ꝯtētus aqua ordei vsquequo declaret̄ tibi dispō ⁊ ꝓprie ꝼm sputū. Nā cū multiplicat̄ securus es de multitudie materiei ⁊ scis necessariā esse virtutē. Nutrias ergo cū aqua ordei excorticati ⁊ ꝯforta: ⁊ si retinet̄ subtilia regimē ⁊ sis ꝯtētus aqua ordei ⁊ syrupo quantū potes.

¶ Hic ponit curā quātū ad ītentionē quartā q̄ est rectificatio diete. ⁊ pꝫ. Cū multiplicat̄. s. sputū. Securus es ꝓprie de multitudine māe. s. q̄ euacuat̄ ꝑ sputū. Et scis necessariā esse virtutē. s. fortez in hoc. Nutrias ⁊c̄. Et est dictū Hip. pͦ. regi. acu. tex. cōmen. 25. Cum plus sputi fuerit plus rectificationis adhibendum est.

¶ Et quandoqꝫ accidit in pleuresi solutio vētris ⁊ fuerit pleuresis succedens decollationi resolute ad latus probibe istud cū cura flobothomie ⁊ lenificationis nature: ⁊ sit regimen eius cū sufficiētia sauich ordei.

¶ Hic addit cañ. Et pͥsens canon pōt dupl'r exponi. Et pͦ ꝼm Dy. ꝙ qñ pleuresis fit ex ꝑmutatiōe sq̄nātie: ⁊ accidit in ea fluxus vētris: ⁊ medicus ꝓhibuit id. s. squinātia cū cura: qꝛ fecit flobothomari: ⁊ ēt purgauit hūc qñ habebat sq̄nātiā: sit regimē ei⁹. i. nō flobothomes eū neqꝫ purges: sꝫ sustēta virtutē cū ptisana ordei ⁊ similibus. Aliter pōt exponi ꝙ si homo hꝫ pleuresim ꝑ ꝑmutationē a squinātia: si cū hoc hꝫ fluxū vētris nō dꝫ flōmari ꝑꝑ defectū virtutꝭ. Et innuit in hoc Aui. ꝙ si talis pleureticus nō habeat fluxū vētris: ⁊ sit fortis pōt flobothomari quāuis in precedēti egritudine fuerit flobothomatus. Et hoc est qđ dicit. ꝓhibe id. s. illum infirmum.

¶ Si autem indiges flobothomia necessario in speciebus pleuresis ⁊ non est maturatio: tunc rectius est vt sis ꝯtētus quātitate. xxx. pondeꝝ: ⁊ prepara ad secundationē cū sale ⁊ oleo super vulnus.

¶ Hic est scđs cañ. ⁊ pōt exponi ēt dupl'r. Pͥo ꝼm Dynū ꝙ flōmia est duplex. Una q̄ fit in pͥn° mā nō digesta q̄ fit ad eūonē ⁊ diuersionē totius: ⁊ in hac nō opꝫ expectare mutationē coloris sanguinis: qꝛ nō q̄rit̄ ꝑ illā flōmiā eūo māe ꝯtēte in apate: sed vt euacuet̄ mā replēs totū: ⁊ iō trahit̄ sanguis vsqꝫ ad aliqꝫ mēsurā. v. g. 30. pōderū: nō ꝙ hͦ sit vnū pōdus determinatū: qꝛ diuersificat̄ ꝼm corpora. s. ꝼꝫ tolerātiā virtutꝭ. Alia aūt flōmia fit in ꝓcessu ⁊ expectat̄ in illa mutatio coloris. ⁋ Scđo mō pͭ exponi ꝑꝑ qđ sciēdū ꝙ pleuresis q̄dā ē ex sanguīe: ⁊ ī hac in pͥn° possum⁹ copiosaꝫ facē flōmiā vice vna. Alia ē pleuresis de māeb⁹ nō maturis: qꝛ de māeb⁹ alijs a sanguine: ⁊ tūc si iudices in his spēb⁹ flōmiā opꝫ ꝙ nō subito euacues multū: sed opꝫ secūdationē facere: pͦ trahēdo drag. xxx. ⁊c̄. iō ne vulnus cito ꝯsolidetur ponit̄ oleū ⁊ sal. Secūdationē. i. scđam eūonē. Vel sedationē. i. cū vis sedare euacuationē liga venam.

¶ Et multotiens quidē excusat solutio vētris oī die semel aut bis a flobothomia.

¶ Diceret aliquis qūo fluxus excusat flōmiā. ⁋ Dōm ꝙ excusat: qꝛ ꝓhibet ēt māe sanguinee etiaꝫ in forma sanguinis ⁊ in forma aliorū humoꝝ cum transmutatur in illos possunt euacuari per vētrē: vnde non erit opus flobothomia.

¶ Et si flobothomie alicui⁹ succedit syncopis aut vehementia difficultatis ⁊ constrictio in anhelitu: tūc illud est significatio ꝙ flōmia nō euacuat māꝫ egritudinis: ⁊ melius est vt tunc liniatur natura.

¶ Cōsiderandū ꝙ hec accidentia possunt euenire ex malitia flobothomie: qua nō indigebat: vñ bon⁹ sanguis euacuat⁹ est: ⁊ mali humores exercuerūt ⁊ hoc est malū. Et si virtus sit facta multū debilis nō ītendas ad fluxū: ꝙ si ꝯstat lenias ventrē: ⁊ iō vtraqꝫ lr̄a saluatur.

natur. Alio modo pñt accidere nõ ex malitia flõmie: sz qr pleuresis est in via exiture quã nõ potuisti ꝓhibere. Et hoc maxime declarat accidẽs syncopis: qr nõ sequit syncopis: aut si est syncopis: nõ est ꝑ euõnẽ sup̄fluã: sz ꝑ sensibilitatẽ vel motũ cholere ad stomachũ in fortificatiõe doloris: ꝛ tũc talis flobothomia nõ dz vituperari: lz accidentia videantur augmẽtata.

¶ Sermo ꝯtinuus de cura doloꝝ ꝛ pectoris. Cap. 3m.

NOn cures in principio nisi cuz eo qđ lene est ex clysteribus ꝛ suppositoriis.

¶ Debiliter cõprehenderũt mentẽ Aui. qui dixerũt ꝙ hic ponit curã pleuresis: intẽdẽdo ad accidẽs. s. ad dolorẽ: imo itentio eius in hoc cap. est ad ipsam egritudinẽ principaliter. Sz postq̃ hoc fecit in generali: facit hoc in speciali. Ideo sermo est ꝯtinu⁹ đ cura doloris pectoris. i. pleuresis: siue vere siue nõ vere: specialiter distinguẽdo curam vtriusq;. Et p̄ pleuresis vere. Scđo nõ vere. ibi (Si aũt nõ est.) ¶ Prima in duas. Primo ponit curã qñ tendit ad resolõnẽ ꝑ sputũ. Scđo qñ ad collectionem. ibi (Qz si apa fiat inobediẽs.) ¶ Pria in tres. Primo ponit curaz vsq; ad quartũ diẽ. Scđo post quartũ. ibi (Lũq; sputũ.) Tertio in declinatione. ibi (Et post declinationẽ.) ¶ Prio ponit curã itẽdẽdo ad cãm ꝛ accñtia. Scđo rectificãdo regimẽ. ibi (Et si idiges.) ¶ Pria in tot quot sunt canones: lz possez aliter laborare in diuidendo.

¶ Dicit primo ꝙ non cures. i. non purges: nisi ꝛc. ꝛ hoc nisi coacti multitudine vel furiositate materie.

¶ Et maximi quidẽ erroris est in potu tribuere infrigidantia vehementia nisi in factis ex cholera ꝛ nõ denť in potu ifrigidantia stiptica ꝛ cibi eoꝝ sint sicut lẽtes cũ acetositate ꝛ similib⁹. Et scias ꝙ dare in potu aquã frigidaz est incõueniẽs huic egritudini ꝛ oibus apatibus intrinsecis: minora ergo ipsam quãtum potes.

Dub. 3m ¶ Dubitať in scđo cañ. qr vr̃ ꝯdicere. p̄ enim ꝓhibet stiptica postea ꝓcedit lentes que sunt stiptice terrestres in earuz suba. ¶ Dõm ꝙ nõ sunt vere stiptice ꝓprie cã acetositatis q̄ est in eis: q̄ facit in eis incisionẽ ꝛ cõpetũt in mã acuta multa: vtplurimũ tñ nõ cõceduntť vt sumiť in cõmẽ. 26. primi regi. acut. Aqua frigida. ꝓhibet materias que resudant ab apatibus intrinsecis: iõ nocet.

¶ Qz si tussis fiat inobediẽs ꝑmisce eam cum oxymelle vt frãgat fortitudinẽ aque: ꝛ vt minoret morã ei⁹ ꝛ fixionẽ ipsi⁹: imo vt faciat currere ꝛ penetret in corpe ꝛ adiuuet cũ icisione oxymellis ꝛ subtiliatiõe ipsius.

¶ Hic canon supra declaratus est.

¶ Et scias ꝙ qñ in pleuresi multiplicatur inflãmatio ꝛ requirit infrigidationẽ tunc nõ infrigideť nisi cũ eo in quo sunt abstersio ꝛ humectatio sic̃ aq̃ citrulli ꝛ aq̃ melonis indi. Aqua vo cucurbite quãuis ab vna ꝑte conferat qñq; tñ nocet ꝛ debilitat cũ ꝓuocatiõe. Ea vo a quibus est abstinẽdũ sunt sicut portulaca ꝛ aqua endiuie ꝛ oia in quibus est infrigidatio ꝛ inspissatio.

¶ Hic est quartus cañ. vbi ꝓhibet infrigidantia absq; abstersiõe ꝛ ẽt aquã cucurbite: qr debilitat cũ ꝓuocatione. i. est debilis ꝓuocatiõis. Et est sermo Raf. 4. ꝯtinẽtis ca. 3. Aqua cucurbite nõ est dãda eo ꝙ nõ ꝓuocat vrinã: ꝛ hoc ꝯstringit. Sz si tñ queriť infrigidatio ꝛ humectatio: posset dari: sed fit hoc in estimatiua medici. vñ Mesue cũ sua estimatiua ꝯcedit cucurbitaz. Aqua endiuie. Credit Dynus ꝙ debeat dicere aqua lactuce: ꝛ est sermo ꝯformis sermoni Mesue. Endiuia enim hz de abstersione.

¶ Et opz vt sit tua magnifica intẽtio ad hoc vt sputũ facile sit. Et ex eis qdẽ que multiplicãt sputũ est dormire sup̄ latus ifirmũ. Et qñq; est necessaria cõmotio parua: ꝛ vt in potu deť aqua que ad caliditatẽ đclinis est sorbẽdo ꝯtinue qm̃ ꝯfert ei valde. Et qñq; necessariũ facit eẽ retẽtio sputi ꝯstringẽtis anhelitũ vt lãbendo sumat coceariũ de flore eris ꝛ melle. Et qñq; fac̃ eẽ necessariũ vehemẽtia doloris vt in potu tribuať faba vna de asa fetida cũ melle ꝛ aceto ꝛ aqua rosata: ꝛ illud cũ ẽ vehemẽtia doloris vociferare faciẽtis. Cũq; ad vltimũ ꝑuenit inobediẽtia anhelitus coartati oregmõ assumat de nitro assato cũ sũma triũ digitoꝝ ꝛ đ flore eris quãtitatẽ vnius fabe ꝛ paꝝ olei ꝛ aquã tepidã ꝛ mellis parũ. Si aũt nõ valent addať eis illud qđ est sup̄i⁹ vitĳ cũ pipẽ ꝛ aceto ꝛ sint oia tepida aut hyssopus ꝛ synapis ꝛ nasturtiũ cuz aq̃ mellis tepida: ꝛ h̄ est forti⁹ illo. Et sorbeat cũ spuit vitellũ oui vt remoueať malitia ei⁹. Et si idiges in pleureticis cibo fortiori da pisces alradradra ꝛ illud cũ facta est febris. Et similiter panẽ cũ zucchаro ꝛ butyꝝ: qm̃ adiuuat ad maturationẽ ꝛ ad sputũ: ꝛ pisces elixatos cũ porris ꝛ anheto ꝛ sale. Et stude vt alleuies partes ventris vt non comprimãt partes pectoris: ꝛ illud fit cũ lenificatõe nature ꝛ attractione fecis si retineť cũ clysteribus lenibus sicut aqua kist ordei cũ pauca aqua sicle: ꝛ oportet vt prohibeas iflationẽ. Et scias ꝙ fumus fecis ꝛ eius iflatio nociui sunt valde in hac egritudine. Et ex eis q̄ sollicite sunt attendẽda est vt succurras cũ maturatione egritudinis ante ꝛ absq; necessitate saniei. Si autẽ fiat sanies opz vt succurras cũ mũdificatione eius antequ corrodat: ꝛ scias ꝙ nec̃aria est humectatio: quare stude vt facile fiat sputũ ꝛ velox.

¶ Quitus cañ. correctiuus accñtiũ. s. retẽtiõis sputi doloris ꝛ malitie anhelitus. Ad retẽtionẽ sputi docet lãbere coceariũ mellis cũ flore eris. ¶ Cõsiderãdũ tñ ꝙ hec remedia sunt multũ verenda: ꝛ sunt sumpta in ꝓpria forma a Rasi. 4. ꝯti. ca. 3. ¶ Dynus aũt imaginať in hoc modũ quendã: ꝛ est ꝙ sicut in apatibus exterioribus qñq; añ maturationẽ facimus ruptionẽ dubitãtes de suffocatiõe caloris sub mã añ maturationẽ ita in apatibus iterioribus qñ mã est multa: ꝛ dubitať ẽt ne virtus deficiat: ꝓcedim⁹ ẽt cũ eruptione ꝛ euõne mãe añq; sit digesta: ꝛ sicut illa oꝑatio in apatib⁹ exterioribus est coacta ꝛ irregularis: ita ista est oꝑatio coacta ꝛ raro fit.

¶ Ali⁹ modus quẽ imaginor est ꝙ ista deť ad diuidendũ mãs subito q̄ sũt inepte subtiliari: ꝛ nõ deť p̄ncipaľr sub itẽtiõe eruptiõis apatis añ maturationẽ: lz h̄ possint facere: ꝛ h̄ faciũt oia q̄ ipe ponit. sz asa fetida cum sit fortiter resolutiua si iuenit mãs faciẽtes grossas vẽtositates: vñ fiũt dolores vociferare facientes plus vr̃ ꝯferre. ¶ Oregmõ est sonitus a mã viscosa. Supius vitĳ: forsan itelligit vitis albe. Malitia ei⁹. s. medicamis: qr acuitate eius ificit ꝑtis oris ꝛ gule. Et si idiges panẽ cũ zucchаro. Uide Mes qr panẽ nõ ꝯcedit añ aptiõis tp̃s. Et pisces. est sermo Gal. in cõmẽ. 27. primi re. acu. Necessaria est humectatio q̃re. i. ꝑ quã. ¶ Cõtra cum exiccatiuis vt flore eris ꝛc. facilitauit supra sputũ. ¶ Dõm ꝙ illud fuit erũpendo vel diuidẽdo mãm: hic aũt leniendo vias.

¶ Cunq; sputũ icipit in ascẽsione ꝛ ꝑtrãsit quartũ conforta hãc decoctionẽ cũ radice lilĳ ꝛ capillo veneris. Et cuz materia est grossa ꝛ virtus est fortis ꝛ nõ est in neruis nocumẽtũ nõ est malũ tribuere in potu oxymel ꝑmistũ vt icidat. Et si lenieris nãm cũ eis que sunt sicut cassia fistula cuz zucchаro ꝛ tereniabin ꝛ syracost erit rectũ. Et qñq; iuuať ẽt cũ emplastris ꝛ vnguẽtis.

¶ Hic p̄ ponit curã post q̃rtũ diẽ ascẽdẽte sputo. Scđo iteꝝ ponit curã a p̄n° vsq; a septimũ. ibi (Et p̄m.) Tertio post a septimo vsq; ad. 14. ibi (Cũ ꝗ ꝑtrãsit septimũ.) ¶ Hanc decoctionẽ. s. positã supra p̄cedẽti caplo ibi. Et qñq; fit ex istis medicinis decoctio. ¶ Sz tu dices quare procedente sputo fortificat decoctionem. ¶ Dõm ꝙ cruda existẽte materia nõ debemus eã agitare cũ fortibus: sed cũ icipit digeri possumus fortioribus vti.

¶ Et primũ qđ opz admĩstrari est ceratũ factũ ex oleo viol. ꝛ cera colata. Deide gradatiz ꝑueniať ad adipes ꝛ mucilagines ꝛ puluerẽ molẽdini. Deide gradatiz ad illud quod est fortius sicut emplastrũ de camomilla ꝛ radicibus euisci ꝛ radicibus lilĳ ꝛ violis: ꝛ decoctiõe ẽt malue hortulane. Et si est necessariũ qđ est fortius administra emplastrum factũ ex caulibus elixatis ꝛ feniculo elixato. Et iteꝝ emplastrum factũ ex absinthio

⁊ radice lilij cū aliquātulo mellis ⁊ oleo nardino.

Rimo ergo Auicenna anathomica decisione demonstrat cordis substantiam ⁊ compositionē ex villis. Secundo formā ⁊ quātitatem sui anathomizans capsulam. ibi (Et mensurata.) Tertio sui ostendit ventres. ibi (Et in ipso sunt ventres.) Quarto locū. ibi (Et cor quidem positum est.) Quinto ponit diuersitatem morum quorūdam animaliū ex diuersitate cordis alia addens. ibi (Et si aliqua animalia.) ¶ Alia diuisio ⁊ cōtinuatio est ꝙ octo sunt que debēt videri de corde per eius anathomiā. s. substantia: quātitas: figura: numerus: partium: locus: colligātia: complexio: ⁊ vtilitas siue iuuamentū. Primo ponit tria. Ultima omittit que patent ex his que hic dicunt̄ vel alibi dicta sunt. Primo ergo manifestat anathomiā illam cordis. Secūdo ostēdit diuersos mores fieri in animalib⁹ ex diuersitate cordis. ibi (Et si aliqua animalia.) ▽ Prima in quinq̧. Primo demonstrat cordis substantiā. Scd̄o quātitatē. ibi (Et mensurata.) Tertio figuram. ibi (Et gradatā.) Quarto numerum partium. ibi (Et positū.) Quinto situm. ibi (Et cor quidē.) ¶ Considerandum ꝙ partes cordis quedam sunt circūdantes ⁊ quedā essentiales ⁊ cōponentes. Prime sunt due. s. capsula cordis ⁊ membrum quoddam cartilaginosum circa qd̄ sicut circa fixum mouet̄ cor. Essentiales sunt duplices: extrinsece ⁊ itrinsece. Extrinse est pinguedo additamenta siue auricule cordis: ⁊ orta a carne. s. vene due: ⁊ arterie due. s. arteria adorti ⁊ arteria venalis. Primo ergo facit hoc. Secundo dat modū nutricationis cordis. ibi (Et cor.) ▽ Prima in duas. Primo ostendit partes circunstantes. Scd̄o essentiales. ibi (Et in ipso.) ▽ Et hec in duas. Primo enī ponit partes intrinsecas. Secūdo extrinsecas. ibi (Et vene.) ▽ Et ista in duas. Primo ostēdit orta. Scd̄o additamēta. ibi (Et sunt ei duo additamenta.) ▽ Prima in duas. Primo hoc. Scd̄o ostendit modum cōpositionis partiū cordis docendo euitare errorem qui posset ꝯtingere. ibi (Et origo arteriarū.) ¶ Cōsiderādū ꝙ cum cor sit vite p̄ncipiū ⁊ primū viuens: vt hic ⁊. 21. fen. 2. ca. ⁊ vltimū moriens: vt in fine huius capl̄i. ⁊ similiter Aristo. 2° de gn̄one aīaliū ca. 12. al's ca. 4. nō solū ex situ ⁊ forma ⁊ ꝯtinente ip̄m oportuit ponere a nocumēto longinquū verū etiā ex ꝓprie sub̄e cōstructione qd̄ est dū ꝯstat ex carne forti: nec hoc a receptione aīe ꝓhibet.

¶ Quereret aūt aliquis quis sit modus carnis cordis. ▽ Sciendū aūt carnem cordis posse veram carnē vocari vt est ea que in animali inter cutem ⁊ os cōtinet̄: cui quidē vt ad sensum apparet similis est nō parum. Potest etiam nō imerito vocari caro cōfusa. Hac nūcupatione vocat̄ caro cōfusa: q2 cōfunditur s̄m cōplexionem membri nullam sibi appropians. Caro enim de se calida est ⁊ humida. Que aūt cordis calida est ⁊ sicca cū cor in numero siccoꝝ ponatur: vt Auicē. p̄mo cañ. fen prima cap̄. de cōplexionibus membroꝝ. Lꝫ aduersatur Auer. 2° colliget ca. 3. Non est aūt caro cordis simplex: ⁊ si possit aliq̄ nuncupatione vocari cōfusa. Hanc enim simplicem carnē constituit sola sanguinis inspissatio absq̧ diuersa villorum formatione vt caro epatis. Caro autē cordis diuersa villorum formatione formatur. vnde Gal'. 2° de complexionibus. 3. cap̄. Caro que est in epate ⁊ que est in splene ⁊ que est in pulmone ⁊ que est in renibus: in natura sua est simplex sicut que circūdat̄ arterijs ⁊ neruis que in vnoquoq̧ sunt viscerū. Carnis autē que est in corde nō est forma simplex: sed sicut est in lacerto villus quo ꝯtinet̄ caro ipsi⁹: simil'r est in corde.

Dub^m p̄^m

¶ Secundo dubitat̄: an sit necessariū cor cōponi ex carne villosa. ▽ Arguit̄ ꝙ non: q2 illud qd̄ ponit̄ p̄ncipiū nō vnū: sed multiplex oīno a ratione principij debet excludi. Ideo enī cor ⁊ merito p̄ncipium ponunt: q2 in aggregata multitudine ad vnū primū deuenire est. Illud aūt maxime vnum esse oportet. Posita autē multiplicitate in eo: adhuc ad aliud prius deuenire opꝫ. Cor aūt est p̄n-

Dub^m 2^m

cipium ꝑncipij aut nullum desuper: vt quinto de gñóne aīalium
penul. ca. Villoꝝ aūt diuersitas in eo ponit multiplicitatē. Amplꝰ
hec villoꝝ distīctio in corde nō est ꝑꝑ aliud nisi ꝑꝑ actꝰ attractio-
nis receptiōis ⁊ expulsionis. Videntˀ aūt hi actꝰ ꝓprij ⁊ cōes absq;
villoꝝ distōne fieri vt in ꝯsimilibꝰ mēbris ⁊ epate. Cōueniētius ꝙ
suffīcet ex vna carne vnius cōpactionis ꝯficere coꝛ. ¶ Huiꝰ oppo-
sitū vult hic Aui. ⁊ Gal. 7° de iuuamētis mēbroꝝ. c. z. de iuuamēto
cordis. Et de aīalibꝰ Aui. 13. 3. ca. Et Haly. z. tra. thegni. 146. cōmē.
alˀs cōmē. 30. trac. vētris lib. 6. de vtilitate pticu. ca. de suba cordis
ca. 8. ¶ Dōm coꝛ fuisse compositū necessario ex diuersis villis: qꝛ
membrū qꝺ est diuersoꝝ motuū localiū subm opꝫ habere diuer-
sas partes qbꝰ perficiantˀ. Apparet enī ꝙ membrū si sit motū di-
uersis motibꝰ localibꝰ ⁊ volūtarijs etiā diuersis perficitˀ muscu-
lis. Sic etiā ⁊ de membro naturaliter moto diuersis motibꝰ loca-
libus vt est coꝛ. ¶ Sciendū enī ꝙ ex operationibꝰ que sunt in mē
bris quedā sunt eis appropriate: ⁊ iste diuerse existētes absq; vil-
loꝝ diuersitate fiunt: sed ꝓprio calido. Quedā aūt sunt cōmunes
magis qbus ⁊ operātis mēbri motus requiritˀ: ⁊ ille egent villoꝝ
diuersitate sicut est operatio matricis vesice ⁊ stōchi. Lꝫ aūt vil-
loꝝ diuersitas sit imediatius ꝓpter qꝺ operationes cōmunes re-
tentiue ⁊ expulsiue ⁊ attractiue diuersificantˀ: attamen he opera-
tiones reducuntˀ radicaliter in qualitatū vel cōplexionis diuersi-
tatē cuꝫ ꝯsimiliū radicaliter sit opatio: vt tertia afoꝛ. illo afoꝛ. 18.
Quotidiane. ⁊ per ꝑus cōplexioni ꝯtingit: vt ꝑmo de accidenti ⁊
moꝛbo cap̄. 5. ¶ Ex quo opposite rōnes soluuntˀ. Et cuꝫ ꝑmo dicitˀ
ꝙ illi villi faciunt in ꝑncipio multiplicitatē. Dōm ꝙ non est tota-
lis multiplicitas. saluatˀ enī in eis oībꝰ ratio vna cōpositionis cō-
munis per quā eis ꝑmo inest aīa respectu alioꝝ membroꝝ. nec il-
la partiū diuersitas ponit totū diuersum cum sint oīno in actu et
vnite simul: vnde mēbrū figure ⁊ forme vnius ꝯstituāt vt coꝛ. Vel
aliter soluitˀ ꝙ partes ille villose ꝑncipaliter reducantˀ ex eis in
eos villos qui cordi sunt magis ꝑncipales vt sunt longitudinales:
vt infra patebit. ¶ Ad scđam pꝫ solˀo. Membroꝝ enī ꝯsimiliū nō
sunt operationes cōmunes. Epar aūt ⁊ si operationes cōmunes
exerceat nō eget vt ip̄m localiter moueatˀ cū ꝑncipaliter sit ꝑnci-
piū virtutis sanguifice que ꝑncipaliter alteratione cōpletˀ: vel foꝛ
san quo ad venarū villos hꝫ diuersitatē.

Dubᵐ 3ᵐ ¶ Dubitatˀ tertio que maneries villoꝝ magis ad partē interiorem
cordis accedat. ¶ Et videtur ꝙ villi latitudinales: qm̄ supponēdo
ad p̄sens his perficitˀ expulsionis actus. Hoc aūt videtˀ cordi ma-
gis inesse vt ꝑncipale membꝝ. est enī coꝛ ꝑncipale: qꝛ oībus dans
⁊ tribuens vitā ⁊ a nullo recipiens. Unde ꝑma ꝑmi caplˀo de mē-
bris dixit ꝙ membrū tribuens ⁊ nō suscipiēs est coꝛ. per actū aūt
ꝯstrictionis qui villis latitudinalibus perficitˀ coꝛ est tribuens. hi
ergo in sui ꝓfundo magis situabuntˀ. ¶ Videtˀ secūdo ꝙ transuer-
sales: hi enī vt nunc ꝯceditˀ ad retinēdū sunt facti. Retentio auteꝫ
magis appropriatˀ cordi ꝙ̄ aliquis alioꝝ motuū: cū nullo tempoꝛe
coꝛ ab actu retētionis oīno vacet: imo in tabefactis ⁊ ex ea moꝛ-
tuis in eo sanguis reperitˀ: vt in libro de tabe cap̄. 5. vel in decisis:
vt de partibꝰ aīaliū ꝑmo in fine. ¶ Videtˀ tertio ꝙ lōgitudinales:
qm̄ hic motus ꝑncipalioꝛ ⁊ dignioꝛ videtˀ. Unde Gal. de iuuamen
tis mēbroꝝ. 7. cap̄. 3. ponebat cordis expansionē foꝛe ꝑncipiū mo-
tuū. ¶ Dōm ꝙ in corde villi per diuersas tunicas nō situantur vt
duas cordi tunicas: ita esse ponamus sicut in stomacho ⁊ intesti-
nis foꝛsan ⁊ in vesica: ⁊ hoc sensus māifestat: ⁊ etiā qꝛ melius fuit
vt nō īpeditis operationibꝰ cordis coꝛ magis homogeneū fiat: qꝺ
fit nō facta in tunicis distinctione: sed villoꝝ adinuicē in vnū coꝛ-
pulentia ⁊ textura. vnde ⁊ hoc Auicē. inuere voluit dicens. in quo
cōtexte sunt villoꝝ sp̄es foꝛtiū. Neq; hoc īpedit membrū a diuer-
sa operatione: qm̄ vene ex vna tunica sunt villoꝝ ꝯtexturā habē-
tes. Etiā hi modi attractionis saltem ꝓprij ex vna foꝛmali parte
fieri possunt solū ex modo cōpositionis habētes latitudinē. Sicut
⁊ Auicē. voluit in his mēbris villos esse cōtextos dicens. mēbroꝝ
que vnā habent tunicā tres villoꝝ sunt adinuicē species cōtexte.
ꝑma ꝑmi cap̄. de membris. Si aūt quis oꝛdo ꝓpinquationis hoꝝ
villoꝝ ad interius sit: erit qꝛ villi longitudinales erunt interioꝛes
magis. qꝺ ꝑmo monstratˀ ex operatione que eis completˀ ⁊ est at-
tractio. Unde Auicē. longitudinaliū attractiuoꝝ. Attractio aūt in
corde ꝑoꝛ ⁊ ꝑncipalioꝛ motus est ꝙ̄ alioꝝ aliquis. opꝫ eniꝫ ꝙ ꝑus
aliquid attrahatˀ ꝙ̄ expellatˀ aut retineatˀ. Sicut ergo oꝛdo est in
his operationibꝰ ita ⁊ in villis. Sicut enī Auicē. 13. tertij situat in
stomacho villos dicens in ꝑmo cap̄. nō positi sunt villi expulsiui
extrinseci: nisi qꝛ attractio est ꝑma operationū eius. Si ergo ali-
quis oꝛdo est: hic est qui dictus est. Et etiā Gal. sensit in cap̄. de iu-
uamento auricularū cordis cap̄. 4. ꝙ attractio ꝑncipalioꝛ motus
sit. dicens ꝙ virtus motus expansiui in corde addit supꝛa virtutē
motus cōtractionis. Amplius ꝯueniēs nō est ponendo oꝛdinē: ex-
pulsiuos simul ⁊ attractiuos vocari. Unde Auicē. caplˀo de mem-
bris. sen ꝑma sic dicit. nō creati fuerunt nisi ne attrahēdi ⁊ expel-
lendi simul villi existāt: opꝫ ergo hac cōtextura si aliquis oꝛdo est
transuersales magis ad mediū tendere. Tendēt ergo latitudina-
les aut ad interius magis aut ad exterius. nō inquā interius cum
expulsiue deseruiant que post operatˀ: ergo magis exterius tēdet
quapꝛopter longitudinales magis ponetˀ interius. Adhuc cōceditˀ
ad presens ꝙ arteria hꝫ interius villos latitudinales: ex Auer. z°
colliget cap̄. 5. lꝫ in hoc multa discoꝛdia accidat. Si ergo illud est
opꝫ ecōtra in corde situari villos ponendo villos illi cōtrarios in-
terius magis vt lōgitudinales: qꝛ semꝑ motus cordis motui arte-
rie opponitˀ cū eo dilatato ꝯstringantˀ vt fere plurimoꝝ sentit mo-
dernoꝝ opīo. ¶ Diceret aūt quis: nōne cōcessum est expansionis
motū prioꝛē esse eo qui expulsionis: sic ergo in arterijs precedit: ꝙ
in eius attractione sunt tractus qui longis perficiuntˀ villis: vnde
hi magis situabuntˀ iterius: si ergo huius ꝯtrariū poni opꝫ in coꝛ-
de in eo interius ponentˀ latitudinales magis: cuius ostensum est
cōtrariū. ¶ Dōm ꝯueniētius foꝛe motū arteriarū oꝛdinari ad mo
tum cordis ꝙ̄ motū cordis diuersificari ex motu arteriaruꝫ sicut
naturaliter videtˀ cōgruū ꝑncipiatū moueri ad motum ꝑncipij ꝙ̄
ecōtra. Arterie aūt a corde nascuntˀ: quapꝛopter opꝫ motuꝫ arte-
riarū ꝯsequi motū cordis nō aūt motus cordis cōsequi motū ar-
teriarū: ꝙ̄ꝙ̄ in arterijs aliqua ꝓpria virtus sit qꝛ ipse mouentˀ: vt
sentire videtˀ Auicē. de pulsu cōplexionū: que etiā de sanis coꝛpo-
ribus in sui motu motuꝫ assequuntˀ cordis nō aūt ecōtra. Si ergo
prioꝛ motus cordis est attractio: opꝫ ꝙ in arterijs post respōdeat
expulsio que villis latis perficitˀ: ergo si qua sit hec diuersitas erit
ꝙ villi latitudinales in corde erunt exterius magis: longitudina-
les aūt magis interius. Et hoc assentire videtˀ Gal. 7. de iuuamen-
tis membroꝝ caplˀo de iuuamēto cordis cap̄. z. dicēs. Substātia
aūt coꝛpoꝛis cordis ex carne ⁊ villis diuersis ꝯstituitˀ: qm̄ amplifi-
catˀ ⁊ expanditˀ per fila in lōgitudine cordis ⁊ cōtrahitˀ per fila cur-
rentia ꝺm latitudinē in circuitu ⁊ cōtinet illud qꝺ cōtinet per fila
diagonalia. i. trāsuersalia. Et adiuuatˀ in ista dispōne a ligamentis
extensis in interioꝛi cordis. Ecce ergo Gal. ligamēta extensa que
sunt longitudinales villi interius ponit in corde. Fila aūt curren-
tia in latitudine in circuitu ponit qui locus exterioꝛ dicitˀ. ¶ Ad op
posita pꝫ solutio. Cū ergo ꝑmo ꝓbatˀ ꝙ actus expulsionis sit ꝑoꝛ:
qꝛ per hunc coꝛ oībus tribuit. Dōm ꝙ coꝛ alijs tribuere non pōt
nisi id prius attrahat: vt notū est. ¶ Ad scđm dōm ꝙ cuꝫ nihil re-
tineri possit nisi attrahatˀ adhuc attractio peruenit. Etiā villi lon-
gitudinales nō impediunt trāsuersales qui sunt post eos in actu
retentionis: imo cuꝫ transuersales se cōtrahunt vt retineāt etiaꝫ
simul cū eis villos ꝯtrahunt longitudinales ⁊ quasi nō impedian-
tur ab eis: sed inuenitˀ magis: vt sentit Gal. in iam allegata aucto-
ritate. Villi tamen transuersales nullo modo ad actuꝫ attractio-
nis possunt iuuare. ¶ Tertia ratio conceditur.

¶ Et mensurata est eius creatio cum quantitate suffi-
cienti vt non sint superfluitas ⁊ grauitas ⁊ magnitu-
do: quoniam ex ipso est oꝛigo arteriarum et suspen-
sio ligamentoꝛum.

¶ Dicit postea Auicē. ꝙ eius sufficiens est quantitas.

Dubᵐ 4ᵐ ¶ Dubitatˀ cur coꝛ nō fuerit maius in quātitate ꝙ̄ alia mēbra ꝑnci
palia cū sit ꝑncipalius oībus: imo ꝑncipiuꝫ oīum virtutum. ¶ Di-
cenduꝫ ꝙ in relatione ad alia ꝑncipalia est parue quātitatis: hoc
enī videtˀ inesse ꝑncipio ꝙ minimū sit ꝙ̄titatꝭ meta. 4. tex. cōmē.
8. lꝫ magnū sit virtute. Hoc enī Auicē. suadet: cū enī coꝛ multaruꝫ
arteriariū sit ꝑncipiū grauaretˀ magne quantitatis existens ⁊ sua
saluata virtute ⁊ calido magis a nocumētis ⁊ tactu ossiū cōserua-
tur in parua quātitate ꝙ̄ in magna siue multa ⁊ facilius suo mo-
tu locali mouetˀ. Cerebrū enī cū sit manifestatiuū multarū opera-
tionū diuersarū que diuersis egent ventribꝰ ⁊ multiplici neruoꝝ
oꝛtu ⁊ nuche: ⁊ in diuersis partibꝰ opoꝛtuit ip̄m esse magne quā-
titatis: ⁊ cū toto hoc qꝛ debet caliditatē cordis sua frigiditate re-
mittere. Epar etiā qꝛ debuit ꝯtinere chilum ⁊ cōtangere ip̄m ꝺm
minimas venas vt in sanguis ꝯuertatˀ foꝛmā opoꝛtuit esse multe
ꝙ̄titatis sicut multū est ꝙ simul digeritˀ. Soluitˀ ergo qꝺ est in cō-
trariū dcm̄. Nō enī qꝛ ꝑncipale est iō est in ꝙ̄titate magnum: imo
foꝛsan ꝯtrariuꝫ: qꝛ ꝙ̄titate paruū virtute tn̄ magnum: qꝺ ad rōnē
ꝑncipij sufficit: vt dicitˀ ꝑmo de celo ⁊ mundo tex. cōmē. 33.

¶ Et dilatatū est vt sit in oꝛigine sufficientia cū eo qꝺ
oꝛitur. Et posita est hec pars eius altioꝛ duaꝝ partiū
ipsius vt sit lōginqua ab appodiatione super ossa pe-
ctoꝛis ⁊ nō ledat eam tactus coꝝ. Et subtiliata est eiꝰ
altera extremitas sicut illud quod aggregatuꝫ est ad

punctū vnū vt sit illud qđ ledit tactu ossiū minor partiū eiꝰ. Et facta est dura illa ps eiꝰ supflue vt sit illud qđ paratū est ledi illa obuiatione melius factum. Et gradata est figura ad pineā vt igeniosa fabricatio iferior ⁊ superior sit bona: ⁊ nō sit in ea superfluitas.

¶ Dixit post Aui. ꝙ est dilatatū vt sit in origine sufficiētia. Et vult dicere ꝙ qꝛ vena magna ⁊ arterialis ex dextro ⁊ arteria adorti ⁊ arteria venalis ex sinistro oriunt ex corde opꝫ ꝙ cor ƀm sui partē supiorē eēt dilatatū ⁊ amplū vt eēt sufficiēs ꝓncipiū originis haꝝ venarū. Et hec pars est posita alta sicut cuspis eiꝰ ꝯpressa: qꝛ hec pars nobilior est: ⁊ qꝛ ex hoc separat a ꝯtactu ossiū mag̃. Magis eni videt ꝯstringi clibanū pectoris in pte inferiori cū ꝯtrahit diaphragma ꝙ̃ in superiori. Dixit postea ꝙ altera eiꝰ extremitas est subtiliata sicut id qđ ꝯgregat ad punctū. Et vult per hoc intelligē ꝙ cordis figura ex sua basi ampla venit ad formā acutaꝫ: ⁊ hec figura est pyramidalis. Unde dixit Gal'. c. de iuuamēto cordis. ca. z. septimi. ꝙ cor nō est figure bene rotūde: sed sibi ꝓpinque. icipit ꝫ ex basi lata ⁊ tēdit ad figurā pyramidis paulatim: ⁊ hoc fuit cōuenientius ꝙ̃ si figure rotūde fuisset: qꝛ sicut ibidē ex dicto Gal'. assumit: caro cordis que est in cuspide eius cōparat ventriculis sicut scutū: qꝛ vētriculi ex carne illa dura que tēdit in cuspidem cordis habēt defensionē ⁊ nō occurrūt tactui ossiū partiū: ꝫ cordis nobilior est superior lata: minus aūt nobilis est eiꝰ cuspis: ⁊ media aūt medio modo se hꝫ. Pars aūt cordis que est cuspis est durior propter occursum ad ossa pectoris in hora cōstrictionis qua cor elongatur. Hoc voluit Auicē. cū dixit. facta est dura illa pars. est enim facta acuta ad punctum propter illud qđ Auicē. ponit.

¶ Et positū est in pāniculo solido valde subtili q ꝙ̃uis sit ex genere pāniculorum: tamen nō iuenit pāniculus compar ei in spissitudie vt sit ei clypeus ⁊ tutamen. Et separatū est corpus eius ab illo pāniculo cuꝫ quātitate quadā nisi apud radicē eiꝰ ⁊ vbi oriunt arterie: ⁊ est ei vt dilatet in ipso absqꝫ ꝓfocatione.

¶ Dixit post ꝙ positū est in pāniculo solido valde. Sed siquis contrariū arguit ex Gal'. snia de iuuamētis. 7. ca. de iuuamēto capsule cordis cap̄. 6. vbi dicit ꝙ huiꝰ pāniculi durities ⁊ spissitudo est tēperata. Hic aūt dicit Aui. ꝙ est solidū valde. ¶ Dōm est qꝛ pāniculus est multū cōpositꝰ ex filis neruosis factꝰ ad ꝯseruationē mēbri cui circūiacet: sicut cor qđ pre alijs eget custodia: sic ēt pāniculuꝫ extra positū solidissime ⁊ nobilioris opꝫ esse texture cōparādo ad pāniculos reliquos. Sciēdū tñ illū pāniculū esse mediū iter duritiē ossiuꝫ pectoris ⁊ pulmonis mollitiem: qm̄ eis vtrisqꝫ occurrit. Unde Gal'. ibidē. sic nō nocet ex vicinitate ossiū: nec pulmo ex vicinitate ad ipm̄. Hoc voluit Gal'. ꝙ lꝫ durior sit hic pāniculus reliquis pāniculis: tñ tēperatā hꝫ duritiē ad dicta mēbra. Hic autē pāniculus separat a corde aliq̄ distātia nisi apud cordis basiꝫ vbi sibi adiūgit: ⁊ circa cuspidē etiā tāgit ipm̄. Utruꝫ aūt sit in hac capsula semꝑ aquositas hꝫ dubitationē de qua forsan al's dicet.

¶ Et apud radicē eiꝰ est mēbrū sicut fundamentū simile cartilagini paruum vt sit basis fixa firma.

¶ Dicit postea ꝙ apud radicē. s. superius suꝑ vētriculos est mēbꝝ sicut fundamētū. Cā est: opꝫ eni ꝙ motꝰ fiat suꝑ aliquo fixo. cuꝫ ꝫ cor semꝑ dilatet ⁊ ꝯstringat opꝫ poni aliquā parteꝫ fixam: nō aūt potuit hec pars poni in vētriculis nec super eoꝝ substātiā cū impediret ad motuꝫ. oportuit ergo in hoc loco cōmuni poni vt post vētriculos in radice cordis ⁊ basi: ⁊ hec pars assimilat cartilagini in qbusdā aīalibus ⁊ in qbusdā est os vt post patebit. Dicit aūt similis: qꝛ cartilago vt plus in ossium extremitatibus est.

¶ Et in ipso sūt tres vētres. s. duo vētres magni: ⁊ vēter quasi medius quē Gal'. nomīauit foueā aut meatum nō ventrē vt sit ei receptaculū nutrimēti quo nutrit spissuꝫ forte simile substātie ipsius: ⁊ minera spūs gñati in ipso a sanguine subtili: ⁊ iter ambos sunt vie: ⁊ ille vie dilatant i ipo cū dilatat cor ⁊ coartant apđ lōgitudinē eiꝰ: ⁊ basis qdem ventris sinistri altior est basi ventris dextri descendit multum.

¶ Dicit post Aui. ꝙ in ipo sūt tres vētres q̊ꝝ. s. dexter mag̃ sanguinē ꝯtiet: sinister aūt spūꝫ: mediꝰ aūt est trāsitꝰ a dextro in sinistrū.

Dubᵐ 5ᵐ ¶ Instabit qs dicēs qm̄ Almāsor noīat solū duos ꝑ trac. ca. 14. de forma cordis. dicēs duos ꝓterea magnos hꝫ vētres. Itē Arist. de partibꝰ aīaliū. 3. ca. de corde ca. 9. al's. ca. 4. dicit. ꝑꝑ qđ sola maxima aīaliū tres hñt vētres in corde: nō ꝫ cor absolute hꝫ tres ventres. ¶ Dōm cor tres vētres hēre. ipm̄ eni fuit ꝓnᵐ venarū ⁊ arteriarū ⁊ sanguis ⁊ spūs mag̃ sicut vite ⁊ oīs motꝰ vt ibidē Aristo. nō potuerūt hec oīa ab vna nasci ꝯcauitate. Oportuit ꝫ duas fore: dextra. s. in qua sanguis cōtinet ex qua vena magna nascit. Et sinistra in qua mag̃ est spūs vt Auic̄. ponit in lr̄a: ⁊ ex qua arteria adorti hꝫ originē. His ꝫ duobꝰ existētibꝰ vētriculis opꝫ ⁊ tertium esse qui est tanqꝫ via ⁊ trāsitꝰ sanguis a parte dextra in sinistram. ¶ Sciēdū tñ ꝙ duo. s. dexter ⁊ sinister ꝓprie vētres vocant. Medius aūt dicit mag̃ via vt Aui. ponit auc̄te Gal'. 3. de virtutibꝰ nālibꝰ in fine. c. 14. ⁊. 7. de iuuamēto mēbroꝝ cap̄. 7. Et iō Rasis solū duos magnos vētres posuit esse: qꝛ post de tertio mentionē facit dicēs. Inter dextrū aūt ⁊ sinistrū vētriculū q̄dā reperiunt foramina ⁊c̄. ¶ Propter aliud est sciēdū ꝙ nō in oībꝰ aīalibꝰ: sed in magnis reperiunt vētres tres distincti: in alijs aūt ⁊ imperfectis forsan apparēter nō reperiunt: lꝫ oporteat aliq̄ꝫ distictionē hēre. In iperfectis aūt aut ꝑuis ⁊ ꝑfectis nō sic apparēter sunt distincti: ⁊ maxime medius: cū ēt in hoīe vix appeat. ¶ Ulterius aūt nō imaginādū est in dextro vētriculo solū sanguinē cōtineri sine spū ⁊ in sinistro solū spūm: sed sicut in venis sanguis est ⁊ spūs ita ēt in arterijs spūs ⁊ sanguis nō solū spūs vt Erasistratꝰ opinat: sic ⁊ in vētriculis cordis. vñ de iuuamētis mēbroꝝ ꝑallegato ca. s. cap̄. z. 7'. In venis pulsatilibꝰ ⁊ nō pulsatilibꝰ iuenit sanguis ⁊ spūs: sed qđ iuenit in venis pulsatilibꝰ de sanguine est parū: ⁊ id qđ inuenit in venis nō pulsatilibꝰ de spiritu est parū ⁊ nebulosum.

¶ Dubitat aūt ⁊ merito que partium cordis sit nobilior an dextra an sinistra. ¶ Et ꝓ̊ videt nobilior media: qꝛ sic est de cerebro. ¶ Uidet aūt ꝙ dextra sit nobilior. Primo per Aui. de aīalibꝰ. 13. ca. 3. de corde vbi sic dicit. Melior ⁊ nobilior duaꝝ ꝑtiū cordis est dextra: ⁊ ab illa multū emanat de spū. Scđo Ari. in de ꝑtibꝰ aīaliū. 3. cap̄. 12. al's. c. 5. sic dicit. Quāto aūt honorabilius ⁊ ꝓncipalius āterius posteriori tanto ⁊ magna vena ea que adorti: sed magna vena est ex dextro: adorti aūt ex sinistro: q̄re dextra ps sinistra ꝑte est nobilior. ¶ Oppositū aūt vult Gal'. de iuuamentis mēbroꝝ. 7. cap̄. de iuuamēto cordis. c. z. vbi ad lr̄am sic dicit. Sed nobilissima oīum ꝑtiū est cuiꝰ vtilitas est custodire vitā. vꝫ. orificia duarū venarum pulsatiliū pertrāseuntiū ad vētriculū sinistrū. Et post subdit. Due aūt vie que sunt in vētriculo dextro que dicunt a medicis sanguinis radix minoris sunt nobilitatis. Et siquis post hec dicta respiciat v̊ba Gal'. in dextro vētriculo ignobilitatē multā ponit dicēs. Et dico ꝙ vētriculus dexter cordis nō fuit creatꝰ nisi ꝑꝑ pulmonē. ¶ Quidā modernoꝝ absolute tenē conant ꝙ ꝑs dextra cordis simplr̄ nobilior sit: qđ ꝓbāt qꝛ cor iudicat ꝓncipiū corꝑis ⁊ nobilius: qꝛ in eo ꝓ̄mo repitur motꝰ ⁊ vita. Eadē. n. est rō totius ⁊ ꝑtis vt ꝓ̄mo de hystorijs. c. 1. ꝑs ꝫ ex q̈ posterius cessat motꝰ ⁊ vita illa nobilior erit: hec aūt erit ꝑs dextra: cū aūt aīal viuit ⁊ scindit motu cessante in sinistro vētriculo per breue tp̄s sentit in dextro: ⁊ ħ visu asserit. Alio aūt asserit signo: qꝛ q̄nta pars pulmonis dextre parti cordis quasi vt culcitra est facta in sui tutamē: nō aūt ħ factū fuit sinistre. Itē ex alio. cū. n. deficit aīal ex morbo ꝓpe mortē notabilr̄ pulsus appet in dextro deficiēte iā sinistro vel cessante. Ex alio suadet: qm̄ aīali suffocato oīs sanguis ⁊ spūs iuenit in venis: nō aūt in arterijs. Qđ nō accidit nisi qꝛ nā cū sanguie ⁊ spū ad nobiliorē tēdit partē. Hec aūt opi. nō placet lꝫ satis teneri possit. ¶ Aliā igit opi. vigoremꝰ ad pn̄s dicētes cū Gal'. ꝑtē sinistram esse nobiliorē dextra: qđ mōstrat qꝛ spūs vitalis est nobilior sanguie: qđ pꝫ ꝓ̊: qꝛ sibi cōparat vt forma māe. Fit. n. spūs ex humoꝝ subtilitate: vt. A. in de virtutibꝰ cordis. c. 1. Etiā qꝛ mēbris sanguis cōparat vt mā: spūs aūt vt forma: vñ subm̄ ꝓpinquū sanitat ⁊ egritudinis ponit mēbrū ⁊ spūs: ēt spūs virtutū aīe est delatiuus nō aūt sanguis cū eius solū sit pati. Sꝫ vētriculus cordis sinister est fons spūs vt Gal'. ꝑalle. c. ⁊ nō solū fons sed minera ipsiꝰ ⁊ eiꝰ armariū. Dexter aūt vētriculus est fons sanguis vt ibidem. G. sic sinister: ꝫ vētriculus dextro nobilior est. ¶ Sed istā rōnē volētes effugē dicūt ꝙ dexter vētriculus plus hꝫ de spū ꝙ̃ sinister: ⁊ in eo est sic̄ est in radice: sꝫ in sinistro est solū spūs excedēs ⁊ superfluēs: ⁊ seruit dextro vētriculo in ħ: qꝛ expandit ad mēbra spūm: ⁊ ħ dixit. A. 13. de aīalibꝰ. c. 3. vbi dicit ꝙ est sicut de hoīe q qđ capit manu ꝺxtra cōplet cū sinistra. Hec aūt sunt nō vera: qꝛ imaginari faciūt ꝙ spiritus in dextra cordis ꝑte gñet. Qđ vꝫ falsuꝫ: qꝛ. A. posuit sinistrū vētrē minerā gnōnis spūs: nō aūt dixit ħ de dextro: vnde creauit deus ex ꝯcauitatibꝰ cordis sinistrā ⁊c̄. Hoc ēt ꝺclarat. nā via que trāsit a dextro vētriculo in sinistrū est stricta vt oēs ꝯcedūt: ⁊ nō est nisi qꝛ sanguis q in spūm dꝫ ꝯuerti: trāsit per ħ medium vñ ibi subtiliationē ğdatam recipit. si. n. purus spūs a dextro ad sinistrū trāsiret ꝺbuit facē nā foramina eque stricta sic̄ sunt cū igrediunt vētriculū sinistrū. Declarat adhuc: qm̄ si plus de spū eēt in vētriculo dextro:

Dubᵐ 6ᵐ

culo dextro:q2 ibi generaret:ergo plus in venis q2 ipsi concedunt venas in dextra pte cordis nasci:sicut igit cor distribuit sanguinē mediāte hac pte sic ⁊ spūȝ.Cui⁹ cōtrariū Gal.sensit q in venis paucū spūm posuit ⁊ nebulosuȝ sicut supra patuit.ca.z.septimi.¶ Adhuc sicut dextra pars cordis plus haberet de spiritu ſm eos ⁊ ibi est radicaliter.Si cor per partē illā distribuere debuit toti nec fuerit qδ ꝓhiberet:nō ergo debuit sibi sinistrū aggenerare vētriculū cū solo dextro hec cōplere potuerit.Uolūtas enim fuit creatoris vt insti a eēnt q̃to plus foret possibile pauciora:vt Aui.ꝑma primi ca.de anathomia musculoꝝ palpebre.c.5.¶ Adhuc cōparādo eos spūs ventriculi dextri ad spūm sinistri cōparat sicut arteriaꝝ spiritus ad spūm venaꝝ:sed ꝑ eos spūs dextri vētriculi amplior est ⁊ maioris quātitatis aut caliditatis in quāto:spūs aūt sinistre ptis minor est:ẽ a pari ⁊ spūs arterialis minor erit venali:cui⁹ oppositū oēs sentiūt ⁊ merito.Oportuisset enim facere arterias qetas ⁊ venas mobiles aut ambas mobiles.Preterea nā fecit auriculā in sinistra pte q̄ colligit supfluū sanguinē ⁊ spūs.Si ẽ in sinistro vētriculo eēt spūs supfluus nā fecisset in eo aliā auriculā.Et ēt oēs auctores ponūt arteriā ex duab⁹ cōstare tunicis:q2 vt spūs in eis ꝯtineat.Nō aūt hoc dicūt de venis.¶ Adhuc ꝯ eos si ꝑncipal'r ⁊ plus ꝯtinet spūs in dextro q̃ȝ in sinistro debuit nā grossaȝ facere carnositatē dextri vētriculi nō aūt sinistri:⁊ plus debuit ītēdere ad spūs ꝯseruationē q̃ȝ ad eq̄lē pōderationē cordis.Illud aūt qδ dicūt de Aui.locutio exēplaris est:⁊ si deducat ꝯ eos facit.qδ īducit enim cōplemētū in re capta nobili⁹ est capiēte.Dexter ẽ vētriculus cordis sanguinē capit.cōplementū aūt forme spūs ps sinistra īducit.Probat.qm̄ arterie sunt corpora venis nobiliora:sed sicut ex dextro vene oriunt sic ex sinistro arterie.Itē ipsi ꝯcedūt apā dextre ptis nō sic cito iterficere sicut sinistre.¶ Sciēdū tn̄ pp fortiter in ꝯtrariuȝ dicta q2 cordis ps dextra pōt dici nobilior sinistra ex pte loci:q2 in pte dextra magis collocata.Hec aūt pars sinistra est nobilior:vt Ari.in de celo ⁊ mūdo.z.tex.cōmē.15.Ex pte aūt opatiōis sinistra est nobilior.¶ Tūc ergo ad ea que in oppositū dicebant.¶ Ad primū q2 media pars sit nobilior:q2 sic est de cerebro.Dōȝ nō fore simile:q2 enim cerebri media pars est locus nobilioris opationis ⁊ virtutis vt cogitatiue:iō nobilior est.pars v̄o cordis media solum via ⁊ paries est.¶ Ad Aui.13.de aīalibus dōm q2 vult hāc partē eē nobiliorē ex pte loci:⁊ qδ post dixit saluat:nō enī dixit q2 ad extra plus de spū emanat:sed q2 multū emanat.¶ Ad auctoritatē Arist.dōm q2 solū illā nobilitatē magne vene attribuit ex pte situs non ex pte ꝓprie opatiōis.Solū enim dixit q2 q̃to honorabili⁹ est anterius posteriori tāto nec vena arteria adorti.nihil aūt de nobilitate ex pte opatiōis tetigit.Sed cā quare hec pars in latere dextro ⁊ nobiliori fuit posita ⁊ nō in sinistro fuit recti⁹ aspectus ad epar:q2 hec vena īmediate ex corde descendit in epar.Ne ergo in ortu huius vene esset obliquatio nā fecit dextrū vētriculū.i.vētriculuȝ sanguinis in dextra parte:⁊ q2 nō potuit nā ponere ventriculum spūs in dextra parte quantū potuit:hoc recōpensauit subleuādo basim vētriculi sinistri supra basim vētriculi dextri:vt Aui.in l'ra.⁊ quātū acquirit nobilitat⁹ vētriculus dexter supra sinistrū ex pte dr̄ie loci ſm dextrū ⁊ sinistrū:tātū recōpēsando acqrat nobilitatis sinistrū supra dextꝝ ex pte differētie que est ſm sursuȝ ⁊ deorsuȝ.¶ Ad aliud aūt qδ dicit ab his qui hoꝝ ꝯtraria tenent.Dōm q2 pars in qua vltimo vita reperit nobilior eē dici pōt.¶ Sȝ cum dr̄ q2 in dextro vētriculo est hoc volēdo eoꝝ experimento ꝯsentire.Dōm q2 lȝ motus vltimo appareat in pte dextra:tn̄ radicaliter vita est in parte sinistra cordis.Pars enim dextra cū sit subtilioris carnositat⁹ magis apta est moueri vita stāte q̃ȝ pars sinistra:q2 est grosse carnositatis.durāte ergo vita ⁊ aīa in parte sinistra que non est apta ad motū cōplet ⁊ restaurat motus ex dextra pte que est magis apta moueri.ēt arterie partis dextre non mouent nisi virtute vētriculi sinistri nō dextri:q2 nō ꝓueniunt inde.Sȝ istis nō placet ista solutio:qm̄ vt Ari.4.de ptibus aīaliū.ca.zz.al's ca.9.Fistulator nō est ꝓpter fistulā sȝ fistula ꝓpter fistulatorē.Si ergo nā cordis ꝓpter vitā ⁊ animaȝ ptem ordinauit in nobiliori pte ordinare debuit organū in quo diuti⁹ possit remanere cū aduenit corruptio.Dōm q2 nā ex ꝯtingētibus semp facit qδ melius est.scδo de generatione ⁊ corruptione.tex.cōmenti.59.Melius aūt est facere sinistrū ventriculū cordis grossum ad spūum generationem vel ꝯseruationē pro tota vita q̃ȝ facere ipsum cū subtili carnositate aptuȝ resolutioni spūs ⁊ motui vltimo in mora parua in qua mori cōtingit.Cū ēt vt dictū sit possit eē finalis recessus vite a parte sinistra:lȝ nō tunc in vltimo moueat.Stāt enim hec simul:nec videtur ꝓhibitū q2 in fine vite stat anima in sinistro:lȝ cesset a motu qui est in dextro.Cū ergo dexter vētriculus cessabit a motu:tunc statim ⁊ simul a dextro ⁊ sinistra cessabit vita.¶ Ad aliud aūt signū dōm q2 sinistra pars cordis culcitra pulmonis nō indiguit cuȝ sit altior ⁊ habeat quasi pro sua culcitra dextram cordis partē.¶ Ad aliud signum quid sit dōm patet cōtra eos qui sentiunt ⁊ concedunt q2 apostema cordis sinistre partis ⁊ vulnus citius interficiunt vulnere ⁊ apostemate dextre partis.¶ Ad aliud cū dicitur q2 suffocato animali oīs sanguis ⁊ spiritus reperiuntur in corde ⁊ in venis.Dicendū q2 hora suffocationis fit ꝑmo calidi inflāmatio ex incendio vn̄ sanguis ⁊ spūs q2 subtilis resoluitur ⁊ quasi qδ remanet post mortē in cōgelationē ⁊ aquositatē conuertit.Uel aliter q2 cum refluunt sanguis arterialis ⁊ sanguis venalis ad cor facilius sanguis ⁊ spiritus arterie pōt venas ingredi cum sit subtilis q̃ȝ sanguis venalis arterias intret.¶ Ulterius considerandū q2 quidam ex hac littera que dicit q2 ille vie dilatantur in ipso cum dilatatur cor:voluerunt arguere q2 corde dilatato arterie dilatant ⁊ econtra:sicut in his viis accidit:qδ tamē est manifeste falsuȝ.Illa enim foramina nō sunt facta ad delegādū aliqd a toto corde ad aliud extra cor:sed sunt vie qbus transitus fit ex dextro in sinistrum ventriculum cordis de cordis suba exeūtē:opȝ ergo q2 cū expandit q2 ipse oīno expandant:⁊ cū ꝯstringitur q2 constringant:⁊ sic accidit de poris carnis q2 dilatata carne dilatent ⁊ densata densent.

¶ **Et vene pulsatiles sunt arterie create ⁊ sunt nisi vna caruȝ habentes duas tunicas.Et durior eaꝝ est itrinseca cuȝ ipsa sit obuians percussioni ⁊ motui substātie spūs forti cuius intendat conseruatio ⁊ custodia ⁊ fortitudo.Et origo arteriarū est ex ventre sinistro qui est vnus duoꝝ ventriuȝ pectoris:qm̄ dexter est ꝓpinquior epati:quare opȝ vt sit occupatus in attractione nutrimenti ⁊ administratione eius.**

¶ Ponit anathomiā quarūdā partiū ortaꝝ in corde.Et ꝑmo ponit arteriaꝝ.Scδo auricularum cordis.ibi(Et sunt.)¶ Pria in duas.Primo facit hoc.Scδo resumit anathomiā vētriculorum cordis ostendendo modum compositionis eorum.ibi(Et quia venter.) ¶ Notandū q2 Auic.notificat arterias penes duo.Primo penes earū substātiā:q2 habēt duas tunicas preter vnam.s.preter arteriā venalem que nō hȝ nisi vnā tunicaȝ.Cuius causa nō est illa quā Mundinus imaginat:q2 ipsa portet ⁊ trahat solū aerē ad pulmonem ⁊ nō fuerit cōtentiua spūs:⁊ propterea no eguit duplici tunica:⁊ ideo vocat arteria venalis.Nam sermo hic nō est verus:q2 etiā ꝯtinet spūm ⁊ sanguinē:vt declarauimus fen.10.1.cap.Sed cā est quā assignāt ibidē vt sit mollior:⁊ per ꝯsequēs magis obediēs motui pulmonis.vide ibi.Dixit aūt Aui.cōseruatio q̃tum ad eius quātitatē ⁊ fortitudo quātum ad eius qualitatē calidam:⁊ ex hoc pōt accipi q2 falsum dicūt qui ponūt q2 arteria venalis semp stat aperta ⁊ nunq̃ȝ ꝯstringit:q2 hic Auic.si bene inspicit ponit ipsam inter arterias pulsatiles.¶ Scδo notificat ipsas penes ipsaꝝ ortum:q2 oriuntur a sinistro vētriculo ⁊c̄.¶ Ubi aduertēdū q2 Auic.explicans ortū arteriarū cauit sibi explicare ortum venaꝝ a ventre dextro volēs mediare iter Galenū ⁊ Aristo.tamē sicut est dare arteriā venaleȝ sic venā arterialē vt illa que oritur a dextro vētriculo vadēs ad nutriēdū pulmonē que cū deferat sanguinē subtilē eguit duabus tunicis.defert aūt sanguinē subtilem:q2 taleȝ quo nutrit pulmonē.Unde Aui.de cōplexionibus mēbroꝝ dicit q2 pulmo nutrit ex sanguine calidissimo subtili admisto multe cholere.¶ Considerandū vlterius q2 ſm Aui.vene que a sinistro oriuntur sunt pulsatiles vel vocat sic eas:ex quo pȝ statim falsam esse illoꝝ opinionē qui tenent q2 dilatato corde non omnes arterie cōstringunt ⁊ econtra.Hoc enim verificant de arteria venali dicentes semper eam dilatatam remanere:cū aut portet a pulmone aereȝ aut a corde fumum.Si enim hec arteria est pulsatilis:de mente Aui.opȝ q2 habeat dilatationem ⁊ constrictionem sicut alie.si aūt semper aperta remaneret nō esset pulsatilis.

¶ **Et quia venter dexter cordis comprehēdit grossum graue ⁊ sinister comprehendit subtile leue temperata sunt ambo latera cum confirmatione ventris qui comprehendit grossum:⁊ ꝓprie quādo sequit resolutio cū resudatione aut exiccatione ꝓpter grossitudinē meatuū ⁊ ingrossando ventreȝ qui comprehendit subtile:īmo positum est vas subtilioris strictius.**

¶ Dicit aūt nūc q2 q2 ventriculus dexter comprehēdit grossuȝ graue sinister subtile leue sunt ambo latera temperata ⁊ adlibrata cōfirmādo ventrē dextrū ⁊ solidādo eū ⁊ ponēdo securū id qδ cōtinetur in eo a resolutione ⁊ resudatione ⁊ exiccatione que solēt accidere ꝓpter grossitiem meatuū.¶ Notādū vt sumitur a Gal.in cap'lo de diuersitate partiū cordis.ca.5.7.de iuuamētis.q2 q2 venter dexter cōtinet sanguinem qui est grauior spiritu qui cōtinetur

in sinistro: oportet ꝙ adequetur grauitas dextri ĩgrossationi ven-
tris sinistri: ⁊ ex hoc cõfirmatur vẽter dexter ne nimis diuidat. vñ
Aui. dicit. cum confirmatione vẽtris. Fuit ergo ex hoc creatus vẽ-
ter dexter subtilis ⁊ rarus ne nimis põderaret: ⁊ vt eius concaui-
tas esset maior ⁊ nõ eẽt minor de amplitudine sue ↄcauitatis ⁊ ra-
ritatis suoꝝ meatuũ cuȝ non dubitetur ꝙ resoluatur aut resudet
⁊ exiccetur qḋ in eo cõtinetur: ⁊ ideo dicit Auic. ⁊ proprie quando
sequunẗ resolutio ⁊c̃. Fuit autẽ venter sinister grossior ⁊ dẽsior vt
cõtraponderaret grauitati dextri lateris. Nõ solum aũt ex hoc: ſȝ
quia in ipso continebaẗ res apta euaporari vt spiritus. Ac etiã qꝛ
in eo generantur spiritus: quia fiunt a calido forti acuto: qꝛ quan-
to est grossior ⁊ densior tanto in eo plus conseruatur de caliditate
acuta. Et sic appet ꝙ littera que dicit. strictius põt exponi dupli-
citer. i. densius vel in minori concauitate.

¶ Et temperatior sanguis eius est in medio.

Dub^m 7^m ¶ Dubitaẗ: an in dextra pte cordis vel sinistra sit sanguis calidior.
¶ Et videẗ ꝙ in sinistra ex Gal'. z. de cõplexionibus. 3. cap̃. sic dicẽ-
te. Et hic quidem sermo est eoꝝ que maxime sensu tactus in ana-
thomia cõprehẽdere poteris cum aperieris thoracẽ pectoris ⁊ ĩ-
tromiseris digitos ⁊ tetigeris sinistrũ vẽtriculũ cordis. Et istud iḋ
quoniam inuenis hunc locũ calidiorem alys non parũ. Et in libro
de malitia complexionis diuerse ca. 5. illo cap'o. Velocius aũt. al's
illo ca. Cũqȝ calor. vbi ponens qũo in sanguine abundat caliditas.
Dicit ꝙ hoc maxime est in eo qui est in visceribꝫ: ⁊ maxime in eo
qui est in corde: ⁊ maxime in eo qui est in sinistro vẽtriculo. Nã si
ad hunc vẽtriculũ veneris ⁊c̃. sicut est narratuȝ in libro de media-
tione anathomie senties siue ĩuenies fortiorẽ caliditatẽ. Amplius
ꝓbaẗ rõne. Calidius qḋ est in corpore est spũs: vt Auic. p̃ma primi
de cõplexionibus mẽbroꝝ. Huius aũt mineram fore ventriculum
sinistrũ est monstratũ. ¶ Oppositũ vult Arist. 3. de ꝑtibus aĩaliuȝ
ca. 9. al's. c. 4. de corde vbi cõcludit sic. ꝓpter qḋ maxima. s. aĩaliuȝ
tres hñt solũ vẽtriculos. hoꝝ aũt plurimũ quidẽ sanguineȝ ⁊ cali-
dissimũ hȝ dextra ꝓpter qḋ partiũ calidior dextra: minimuȝ aũt ⁊
frigidiorẽ sinistra: mediũ aũt media multitudine ⁊ caliditate. ¶ Di-
cendũ est vt sumiẗ ex cõmẽ. illius afo. Qui crescũt ⁊c̃. s. cõmẽ. 14.
p̃me. Calidũ põt dici maius alio: aut quãtitatiue rõne subiecti aut
qualitatiue ex ꝑte intẽsionis ⁊ remissionis. Et hec diuisio põt acci-
dere alys accidẽtalibus formis. Si ergo loquamur de maiori vel
minori caliditate quãtitatiue: dico ꝙ maior est cordis caliditas in
ꝑte dextra ꝙ̃ sinistra. Nam ibi extẽsiue est maior caliditas vbi est
plus de suo subiecto: sed hoc est in parte dextra. Nã subiectum in
quo ꝓprie accẽdiẗ calidũ est humidũ vnctuosum. Tale aũt humi-
dũ est humidũ sanguinis de quo est plus in ꝑte dextra ꝙ̃ sinistra.
Et declaraẗ ex alio. vbi est maior concauitas ibi est plus de humi-
do: vbi minor minus: posito has cõcauitates fore plenas: ſȝ dextri
vẽtriculi est maior ↄcauitas sinistri minor. de mẽte Ari. de hysto-
rys aĩalium p̃mo vltimo ca. al'. ca. 17. vbi sic dicit. Hȝ aũt cor tres
vẽtriculos quẽadmodũ dictũ est: maximũ aũt eũ qui est in dextro
minimũ aũt eũ qui est in sinistro. Et Aui. hic loquens de vẽtriculo
sinistro dicebat: ĩmo positũ est vas subtilioris strictius. Si aũt lo-
quamur de caliditate maiori aut minori in gradu intẽsiue: sic dico
ꝙ maior caliditas est in ventriculo sinistro ꝙ̃ in dextro: ⁊ sanguis
eius est calidior. Quod mõstraẗ: nã sanguis in quẽ egit magis cali-
ditas eũ subtiliãs cũ ampliori motu est calidior: sed ille sanguis est
ꝑtis sinistre. Iste. n. sanguis in ꝑte dextra recipit coctionẽ suã: trã-
siens aũt ꝑ ꝑtem mediã mag̃ coctus est ex caliditate ⁊ motu. Sil'r
aũt in ꝑte sinistra ĩmo ĩtantũ ꝙ tẽdit ad nãm vaporis ⁊ ignis q hȝ
caliditatẽ fundatã ĩ suba aerea. Appet ergo qũo vterqȝ sanguis ca-
lidior diciẗ. ¶ Sed in ↄ̃riũ quis diceret. nã caliditas recepta in re
dura acutior videẗ ꝙ̃ recepta in re aerea. Manifestũ ãt est ꝙ san-
guis dextri vẽtriculi grossior ⁊ terrestrior ẽ eo q sinistri: erit ꝙ̃ eiꝰ
magis acuta caliditas. ¶ Dõm ꝙ si eadẽ caliditas p̃cise eẽt in his:
rõ verũ argueret: qꝛ veꝝ est ꝙ actio hȝ ĩseq multitudinẽ forme ce-
teris paribus: sed qꝛ illi sanguini q trãsiuit in sinistrũ vẽtriculũ est
additus alius gradus caliditatis: ideo est acutior: ideo forsan si eq̃-
lis gradus caliditatis adueniet sanguini grosso: ⁊ subtili: acutior re-
perieẗ in grosso ꝙ̃ in subtili: sed hoc nõ est hic. Ideo ex p̃dictꝭ licet
ↄcludere ꝙ in sinistro vẽtriculo mox ad tactũ caliditas fortior sen-
tiẗ ꝙ̃ in dextro: qꝛ ĩ hoc est acutior caliditas sicut in illo maior ex-
tensiue. Nõ sensus tactus de caliditate ĩmediate iudicat formali
fortiori magis vel minus: sed de quãtitate cũ sibi insit ex ꝑte subie-
cti nõ iudicat nisi mediate. Calidũ enim ⁊ fridũ sunt per se: ⁊ ime-
diatũ obiectũ sensus tactus: quãtitas aũt ⁊ extẽsio mediatũ mag̃.
Itẽ illa quãtitas aut extẽsio est sensibile cõe. Qualitas aũt intensa
est sensibile ꝓpriũ scḋo de aĩa tex. cõmẽ. 115. Etiã ꝑꝑ aliud. nã cali-
ditas existẽs in humido subtili vaporoso facilius ĩprimit in sensuȝ
tactus ꝙ̃ existens in humido sicco grosso: vñ in tertianarys citius
ad cutẽ repñtaẗ caliditas magis ꝙ̃ in sanguineis ⁊ in flegmati-
cis febribus ꝑꝑ caliditatẽ illã esse magis vaporosam subtilẽ. Unde
Gal'. de febribus p̃°. Humida caliditas nõ ꝑuo aliquo sicca acutio-
rẽ hȝ v̓tutẽ: humida in re humida vaporosa fundata vt q̃ spũs sic-
ca in re grossa vt q̃ grossi sanguis. ¶ Opposita soluunẗ. nã Gal'. au-
ctoritas ĩtelligit sinistri sanguinẽ eẽ calidiorẽ qꝛ acutior: vñ fortio-
rẽ dicit. Arist. aũt ĩtelligit calidiorẽ: qꝛ quãtitatiue magis calidum
dextrũ. Vñ ⁊ ipse. sanguinẽ plurimũ dicit se referẽs ad quãtitatẽ.
¶ Notãdũ tñ ꝙ sanguis vtriusqȝ ꝑtis cordis dũ stat in corde se hȝ
vt dictũ est: ſȝ cũ vterqȝ sanguis exit cor sanguinis ꝑtis dextre ser-
uaẗ caliditas: qꝛ ꝑs dextra est calidior cũ habeat epar: ſȝ ꝑtis sini-
stre caliditas remittiẗ ꝑꝑ splenẽ: ⁊ iḋ pars dextra sinistra est cali-
dior. Nõ solũ aũt ꝑꝑ hoc est veꝝ ẽt qꝛ lȝ cordis ꝑs sinistra multuȝ
in sinistris situeẗ: ipsa tñ respicit multũ dextrã ꝑtem insufflãs ca-
liditatẽ in ipsam: ⁊ pro tanto hinc est principium motus.

Dub^m 8^m ¶ Ulterius aũt dubitari põt. Aui. ponit ⁊ videẗ snĩa Arist. 3° de par-
tibus aĩalium p̃allegato cap'o ꝙ in medio vẽtre temperatior san-
guis sit. Cuius videẗ oppositũ. sanguis enim nõ dr̃ tẽperatus mag̃
vel minus nisi in relatione ad corporis sanitatẽ ⁊ operationẽ que
dicitur tẽperantia ad iustitiã. Hoc enim est equale de quo medici
in suis inq̃sitionibus tractãt vt Aui. p̃ cañ. ca. de complexionibus.
¶ Dõm ꝙ duplex est equalitas. Una est in relatione ad oꝑatiões:
⁊ hac tẽperantia sanguis medy vẽtriculi nõ est tẽperatior. Cuius
rõ est. nã aut hoc eẽt in relatiõe ad oꝑationes proprias cordis aut
ad cões. Nõ ꝓprias: qꝛ hec est nutritio. nã sanguis nullaȝ hȝ tẽpe-
riẽ in relatione ad hanc oꝑationẽ nisi inquantuȝ est aptus pati vel
ↄuerti in cor: sed iste sanguis in cor nõ ↄuertiẗ: ſȝ ille qui est in de-
xtro vẽtriculo cordis: vt dictũ est supra. Nõ aũt in relatione ad cõ-
munes: qꝛ talis operatio nõ fit cũ hoc sanguine: sed cũ spũ qui reci-
pit ꝑfectionẽ suã in parte sinistra. Illa enim oꝑatio est dilatatio
⁊ cõstrictio que ĩmediatius fit ꝑ spiritum ꝙ̃ per sanguinẽ cũ spũs
sit delatiuus virtutũ ⁊ nõ sanguis. Est alia temperãtia absoluta in
sanguine in relatione ad extrema: ⁊ hac tẽperãtia sanguis qui est
in media ꝑte cordis est magis tempatus. nã est medius oĩno inter
sanguinẽ dextri vẽtriculi ⁊ sinistri. Primo q̇dẽ est medius in sub-
stãtia. nã sanguis dextri vẽtriculi est grossior: sinistri aũt subtilior:
quare medius medio modo se hȝ. Secundo est medius in qualita-
te qꝛ sanguis dextri minoris est acuitatis ꝙ̃ sinistri: ergo est inter
illos medius medio modo se habẽs. Ex hoc aũt soluiẗ qḋ in cõtra-
rium dicebaẗ. Nõ enim vult Aui. hunc sanguinẽ fore tẽperatioreȝ
ad iustitiam sed alio modo.

Dubium ¶ Sed dubitaẗ quis sanguinũ in cõparatione ad oꝑationes sit tem-
peratior dextri aut sinistri. ¶ Dõȝ ꝙ sic in illis sanguinibus erit tẽ-
peries sicut ad nutricationẽ. Ordinaẗ aũt sic ꝙ sanguis dextre ꝑ-
tis quasi vt materialis: sinistri aũt vt formalis: sic ergo in eis diuer-
sa erit tẽperies. Ratione enim spũs in hoc sinistro compleẗ sicut
in cerebro. Uidemus enim spiritus nõ compleri in parte anterio-
ri ĩmo transeũtes mediam in parte posteriori complẽtur vt Aui.
supra fen prima secundo ca. Dixit post.

¶ Et sunt ei duo additamẽta super duo orificia introi-
tus duarum materierum scilicet sanguinis ⁊ aeris at-
tracti ad cor sicut due aures neruosa que sunt rugosa
mollificatiua dum cor permanet constrictum. Et cum
dilatatur tensa ⁊ adiuuantia ad constringenduȝ illud
comprehenditur ad ĩteriora. Sunt ergo sicut due ar-
ce recipientes a vasibus: deinde mittẽtes illud ad cor
cuȝ mẽsura: ⁊ subtiliatiua sunt vt sint magis compre-
hendentia ⁊ melius obediẽtia ↄstrictioni: ⁊ facta sunt
dura vt sint longinquiora a passione.

¶ Et hic docet ꝑ anathomiã cognoscere alias ꝑtes cordis addens
alia. Et primo facit hoc. Scḋo ostẽdit modũ nutricationis cordis.
ibi (Et cor q̇dẽ nutriẗ.) Tertio ostẽdit ipsius locuȝ. ibi (Et cor q̇dẽ.)
Quarto determinat de quibusdã moribus ⁊ affectiõibus que cor-
dis diuersitatẽ insequunẗ. ibi (Et si aliqua aĩalia.) ¶ Notãdum ꝙ
Aui. ĩtelligit ꝑ hoc duas aures cordis que non dicunẗ aures vt eis
audiat: sed qꝛ illis simulanẗ. ẽt qꝛ sicut in capite aures ponunẗ in la-
tere sic iste cordi circũiacẽt: vt. G. determinat de iuuamẽtis mem-
broꝝ. 7. ca. de iuuamẽto auricularum cordis ca. 4.

Dub^m 9^m ¶ Dubitaẗ aũt qꝛ Aui. ponit ꝙ illa duo corpora sunt rugosa ⁊ mol-
lificata dũ cor ↄstringiẗ ⁊ tensa dũ dilataẗ. Hoc aũt videẗ ↄtra mẽ-
tẽ Gal'. ibidẽ. dũ cor cõstringiẗ iste aures recipiũt: ſȝ qñ recipiũt nõ
sunt mollificate ĩmo plene tẽse. Itẽ dũ cor dilataẗ expellũt ad cor:
sed qñ expellũt nõ sunt tẽse ĩmo vacue ⁊ mollificate. ¶ Hoꝝ autẽ
ↄ̃riũ Aui. ponit. ¶ Dõm cũ Auic. ꝙ ille aures in cordis dilatatione

tendunẗ

tendunt ⁊ mollificant in cõstrictione. Rõ est. iste. n. aures sunt q̃dã corpa carnosa ⁊ rugosa q̃ sup cordis orificia sunt situata sicut coopertoriũ aliquod super aliquo foramine. Manifestũ aũt est ꝙ existēte aliquo cooptorio sup aliqua re vacua vel cõcaua: opꝫ ꝙ quãdo parietes illius rei amplient: ꝙ ẽt cooptoriũ amplieẽ ⁊ tendat. Si aũt cooptoriũ parietis rei cõstringat opꝫ ꝙ coopertoriũ in seipso adunet ⁊ mollificet. Sic ẽt est de istis auribus. nã qñ cor expãdit opꝫ ꝙ ipse tendant: ⁊ tũc repellũt id qd̃ est in eis ad cor imo quasi cor nõ fatigat in attrahẽdo: vt Gal. ibidẽ dicit. Si aũt cor constringat ille aures in se ꝯtrahunt ⁊ nihilomin⁹ recipiũt: tñ qd̃ recipiũt nõ est tãtũ qd̃ tẽdat eas: q2 ipse de se sunt rugose apte recipere: ẽt q2 hñt plus de spatio cũ non sint distracte ꝑ dilatationẽ: ⁊ illud qd̃ ad istas aures venit nõ est multa q̃titas sꝫ mẽsurata: vñ ⁊ cũ mẽsura repellũt ad cor vt Aui. sic enim cor gradatim recedit a ꝯstrictiõe tẽdẽs ad dilatationẽ: sic he aures gradatim expellũt ad cor ⁊ sic cũ mẽsura. Et sic. G. ⁊. A. saluat snĩa. Dicit postea.

¶ Et cor quidez nutritur cum virtutibus suis naturalibus cum dilatatione quare attrahit sanguis ad interiora eius sicut attrahitur aer.

¶ Et cor qdẽ nutrit cũ suis virtutib⁹ nãlib⁹ attrahẽs cũ dilatatiõe.

Dub.m 10m ¶ Dubitat cur Aui. posuit cor in dilatatiõe nutriri. Nõne alij actus ad hoc iuuant vt retentio ⁊ expulsio ⁊ digestio vt Aui. primo cañ. cap. de virtutibus ministrantibus. ¶ Dõm hic ꝙ sine dubio alij actus nutritiue deseruiũt. Aui. autem magis explicauit de cordis dilatatione: q2 ille est prior actus.

Dub.m 11m ¶ Dubitat scd̃o q2 in corde est ꝓpria virtus nutritiua ⁊ ꝓpria virtus attractiua. Si ergo cor dilatatiõe nutrit: g̃ nutrit retẽtiõe digestione ⁊ expulsiõe que sunt post dilatationẽ. hoc aũt est falsum: q2 in nutritiõe sube cordis nõ requirit dilatatio ⁊ ꝯstrictio sed appropriate opatiões que fiũt sine his. ¶ Dõz ꝙ dilatatio ⁊ ꝯstrictio cordis nõ ordinant imediate in cordis nutricationez: sed mediate: q2 mediante attractiua retẽtiua digestiua ⁊ expulsiua ꝓpria: tñ dico ꝙ lꝫ nõ imediate: tñ pncipaliter in cordis ꝯseruationez ⁊ nutritionẽ ordinant. Quod declarat. nã actiones mẽbroꝝ quãtũcunq̃ sint cões: attamẽ principaliter sunt ꝓpter ꝓpriam vtilitatem. Unde Gal. in de motibus liquidis caplo tertio distinctionis scd̃e. Unũquodq̃ mẽbruz itẽdit suo cõmodo ⁊ refectiõi. Et qd̃ hoc affirmat ⁊ asserit est ꝙ stomachus nequaquã cibaria digerit: vt ꝑ hoc itendat oĩa membra aĩalis reparare. Nec quoq̃ epar cibũ altera hac itentione. Silr̃ quoq̃ cordis pulsus nõ ꝓcedit ab eo pro alio membro sed pro sui cõmodo. Dicit ergo ex mẽte Gal. cor pncipaliter nõ dilatat nisi ꝓpter suũ cõmodũ. Cordi. n. inest duplex necessitas. s. necessitas restaurãdi suã subam que resoluit: ⁊ necessitas euentãdi calidũ suũ ne igniat. Per dilatationẽ aũt has duas hꝫ cõmoditates. Prio pmã: q2 ꝑ dilatationẽ attrahit sangninẽ ex quo nutrit ⁊ ex quo fit spũs. Scd̃o scd̃az: q2 per dilatationez attrahit aerem qui ipsum euentat ⁊ ſm quosdã qui in spũm cõuertit. Hoc aũt hꝫ videri fen decima: ⁊ ideo Aui. has duas cõmoditates tangit in littera dicẽs ꝙ cũ dilatatiõe attrahit sanguis ad eius interiora sicut ⁊ aer. Uolens ergo ostendere ꝙ dilatatio ⁊ motus cordis principaliter in suo cõmodo ordinatur dixit ꝙ cor nutrit ⁊c̃. lꝫ tñ hoc ita sit: tñ secũdario hoc est in vtilitatem oĩum membroꝝ.

¶ Et cor quidem positum est in medio medij pectoris quoniam est temperatior locus.

Du.m 12m ¶ Dubitat: an cordi fuisset necessariũ poni in medio pectoris. ¶ Et videt ꝙ nõ: q2 vbicunq̃ esset cor faceret suas operatiões: vt sexto de interioribus in fine. Itẽ videt ꝙ debuerit esse supius: qm̃ hic videt esse locus nobilior: vnde ipsum damus dijs. ¶ In oppositum est Auic. ¶ Dõm ꝙ cor debuit situari in medio: vt Arist. in. 3. de ptibus aĩaliũ ca. 5. al's ca. 4. Cor enim est pn.m ⁊ radix oĩum motuũ q̃ in extremis fiunt. Locus aũt medius est a quo facilius ptingit ad extrema: vt ibidẽ Ari. Alia rõ est. nã cor est sicut fornax calida vñ stat in corpora ad modũ clibani ignis: vt Auer. 2. colliget. cap. 3. de cõplexionibus mẽbroꝝ officialiũ. Locus aũt medius est: ex quo caliditas ad exteriora facilius expandit: ⁊ iõ in medio eẽ debuit: vñ scd̃o colliget. c. 6. Et fuit locus ei⁹ in medio: q2 hic est locus melior ad hoc vt sit resumptiuus suis differentijs vt melius custodiat: ⁊ q2 talis est locus regis ad hoc vt regnũ suũ sit equaliter ꝓportionatũ oĩbus. Alia ratio est. nã opatiões cerebri ⁊ epatis sicut in pncipijs multũ differũt: cor aũt cũ eis cõicat: vñ spũs cordis est tanq̃ medius: debuit ergo cor esse in medio vt alia membra separaret. ¶ Ad primũ ergo qd̃ in ꝯrium dicit ꝙ cor potuit suã facere operationẽ absq̃ hoc. Dõm ꝙ verũ est ꝓpriã non cõem. ¶ Uel aliter magis ad Gal. mẽtẽ qd̃ est contra eos qui actionũ pncipia ponebant positiones membroꝝ ⁊ nõ ꝓprias cõplõnes ⁊ naturas. Uult g̃ dicere Gal. ꝙ pncipalr̃ per se cordis operatio a sua virtute ꝓcedit: coadiuuatiue aũt magis a positione. ¶ Ad aliã dõm ꝙ in vniuerso simpliciter nobilius est sursum q̃ deorsuz: in aliquo tñ nõ est incõueniẽs ꝙ medius locus melior ⁊ nobilior sit: vñ dicebat Aui. hunc locũ temperatiorem. s. ad hoc opus.

¶ Et declinat magis paruz ad sinistrum vt elongetur ab epate ⁊ habeat epar locum ampluz. Splen v̊o descendens est ab eo cũ elõgatione: ⁊ in descẽsione eius est iuuamẽtũ qd̃ ego dicã. Et vt cor amplificet locuz epati meli⁹ est q̃ amplificet ipm spleni qm̃ epar est sublimi⁹. Et ex eis q̃ itendunt in declinatione cordis ab epate est vt nõ aggreget calor tot⁹ in pte vna: ⁊ vt tẽperet in latus sinistrũ cũ splen ipse sit non calidus valde: ⁊ vt ipsum minus comprimat venam concauã venientem ad ipsum preparando ei quendam locum.

¶ Et posuit in hoc tres cãs. Pria cã est: vt cedat locuz epati qd̃ est mẽbrũ nobile. Scd̃a cã est: vt tẽperet friditatẽ sinistre ptis. Tertia cã est: vt nõ cõprimat venã ascendẽtẽ. ¶ Notandũ tñ ꝙ si cor declinat ad ptẽ sinistrã hoc est veꝝ in oĩbus. In alijs aũt aĩalibus magis in medio ponit: vt Ari. ꝑallegato ca. 5. al's. ca. 4. Cã in hoc est: q2 homo hꝫ ptẽ sinistrã magis frigidã q̃ alia aĩalia. Uñ ibi Ari. ca. 7. al's ca. 4. maxime aũt alioꝝ aĩaliuz homo hꝫ fridissimã sinistrã. vt ergo cõtemperet debuit magis in eo declinare ad sinistraz respectiue: q2 hꝫ splenẽ valde magnuz vt oẽs ꝯsentiũt. ¶ Nota ẽt ꝙ cor magis anterius q̃ posteri⁹ collocat ne anteriora remaneãt frigida. Posteriora aũt de se sunt magis calida: vñ in eis calidũ saluat magis: vt Arist. de partibus. 2. ca. 8. al's ca. 7.

❡ Probat hic Aui. ꝙ flōmia nō permiſcet̃ alteri mūdificatiuo regimini: vel alteri regimini p̄ter regimē ꝯfortationis p̄dictū. Et arguit ſic. illā eūonē nō opꝫ permiſcere alteri regimini aut regimini mūdificatiuo que nō euacuat perueniēdo ad cor: que etiā eſt ſufficiens ad remouendū ſimul ⁊ ſemel cordis repletionē: ſed talis eſt flōmia. Maior ꝓpoſitio vera eſt ex hoc. alicui eīn eūoni ꝑmiſcet̃ aliud regimē a p̄dicto: aut qꝛ illud cū quo ipſa fit peruenit formaliter ad cor ſicut ſūt pharmacie ſolutiue: que qn̄ a corde euacuāt opꝫ ꝙ earū vapor ⁊ infectio vſq̧ ad cor perueniat: ne ergo vapor ille noceat permiſcent̃ ſibi alie medicine. Aut permiſcetur eūoni aliud regimē a p̄dicto ꝯfortatiuo: qꝛ ipſa per ſe vel ſimul non pōt cōplere euacuationē: vnde aliā euacuationē facimus. Minorē ꝓpoſitionē ꝓbat Auicē. in lr̄a: hꝫ aūt minor duas partes. Una pars erat illa ꝙ flōmia non eſt medicina que formaliter vadit ad cor ſicut vadūt ſolutiue medicine. Scđa pars eſt ꝙ flōmia ſimul cōplet cordis euacuationē ⁊ liberat cor a repletione que ſibi nocet. Primo ergo ponit p̄mā. Scđo ſcđaꝫ. ibi (Et ꝙ plurimū.) ❡ Dicit ergo ꝙ flōmia nō eſt medicina perueniēs ad cor formaliter ſicut pharmacie perueniūt. Hec quidē nō intelligentes āmouerūt nō putantes Auicē. ſibi cōtradicere: cū ſupra dixit ꝙ p̄mū nocumentum diminutionis humoꝝ eſt in corde. Sed nō ſic intellexit Auic. ſed vult dicere ꝙ nō formaliter peruenit ad cor flōmia ſicut pharmacia cū flōmia in apertione vene ꝯſiſtat. Et ſm aliū modū flobothomia peruenit ad cor. Nā ſi ſuperfluus ſanguis cordis euacuetur: hoc eſt per quādam cōſequentiā ſanguinis cordis ad ſanguinem qui euacuat̃. Sed ſi per pharmaciaꝫ a corpore euacuet̃: hoc eſt electiue veniens ad cor ⁊ inducēs moleſtiā: ⁊ ideo pharmacie opꝫ aliud permiſcere vt cor nō ledat: hoc aūt flōmia non indiget. Nec Auicē. ꝯtradicit ſibi. nā ſupra Aui. loquebat̃ de diminutione humoꝝ a neceſſaria quātitate: hic aūt loquit̃ de diminutione eoꝝ a ſuperflua quātitate. Dixit poſt ꝙ plurimum repletionis cordis eſt ex ſanguine ⁊ vapore. Et cauſa eſt. nā membrū ſm plurimū aggregat materiā que ineſt ſibi naturaliter: vnde cerebruꝫ vtplurimum flegma multiplicat. Sic ergo cum cor naturaliter aggreget ſanguinē ⁊ vaporē: ideo vt multū repletio erit ex his. A repletione aūt horuꝫ ſimul: qꝛ vna vice ſola liberat flōmia abſq̧ alia euacuatione: flōmia baſilice dextre vene a repletiōe ſanguinea: qꝛ in dextra parte mag̃ ſanguis aggregat̃ vt magis ⁊ in ſiniſtra vapor ⁊ ſpūs: iō flōmia ſiniſtra a fumoſa euaporatione liberat. ❡ Eſſet auteꝫ dubitatio: vtrū plures repletiones cordis eſſent ſanguinee vel vaporoſe. de qua al's dicemus.

❡ In reliquis aūt euacuationibꝰ que fiunt cū medicis opꝫ vt miſceant̃ medicine cū regimine p̄dicto ⁊ regimine alio. Et illđ eſt: qm̄ plures medicie eūatiue ſunt cōtrarie corpori: quare opꝫ vt eis aſſocient̃ medicine cordiales. Et ipſe medicine que efficiunt in corde fortitudinē cū ꝓprietate que eſt in eis: ita vt ſint cū medicamine adminiſtrato in euacuatiōe humoris cordialis ſociate medicie tyriacales beꝫahartice pertinētes cordi. Et plures quidem harū medicinaꝝ conferunt: imo plures earū cōferunt ei ex alia parte. Et illud eſt: quoniaꝫ ipſe etiam faciunt penetrare medicinas euacuatiuas ad cor remouendo eas ab alijs locis.

❡ Oſtendit canones curationis que fit euacuatiōe cū pharmacia. Et p̄mo p̄mittit. Scđo ꝓbat. ibi (Et illud.) Auicen. intendit iſtam rationē. Illi euacuationi opꝫ admiſcere aliud regimē a regimine dicto ꝯfortatiuo que fit per medicamē venenoſum qđ peruenit vſq̧ ad cor: ſed euacuatio per pharmaciā eſt hmōi: ergo opꝫ ſibi permiſceri aliud regimē. Maior eſt nota ex hoc ꝙ cū cor ſit p̄ncipalius omni mēbro opꝫ ꝙ cū aliqua res ad ip̄m peruenit ſic corrigat̃ ꝙ ſui venenoſitate nocere nō poſſit: ſic etiā ꝯſolet̃ vt ſuam eūonē faciat a partibꝰ a quibus intēdimus euacuare ⁊ nō figat ſe in alijs membris. hoc aūt eſt aliud regimē. Minorē ꝓpoſitionem ponit Auicē. in lr̄a: oſtendens quomodo in euacuatione que fit cū pharmaco opꝫ adiūgere aliud regimē: ꝓpter dictas cauſas. ſ. regimē ꝯſolatiōis ne pharmacia noceat: ⁊ regimē ꝯſolidationis ne alibi figat̃. Dicit ergo ꝙ medicine adminiſtrate in eūone humoris cordis dꝫ eſſe admiſtio medicine tyriacalis ⁊ beꝫahartice. ſūt aūt iſte medicine liberatiue ⁊ cuſtoditiue ſpūs. Nomē aūt tyriacalis

medicīe cadit ꝓpꝛie sup res que opponunt̄ sicut nomen bezahar sup minerali liberatiua ⁊ ꝯfoꝛtatiua coꝛdis: vt Auic. 2° cañ. trac. 1.4.ca. Hoc aūt nomē bezahar vel albezahar est nomē persicum qđ tātū valet sicut expellēs nocumētū: ⁊ cadit hoc nomē gñaliter sup oī medicina que venenoꝝ nocumēta expellit: sed ꝓpꝛie eius nomē cadit sup lapide liberāte qui lapis ꝯfert oībus venenis: vt Serap. trac. 6. al's in sermone secūde partis. de lapide albezahar. Dixit aūt Auicē. ꝙ plures medicine euacuatiue sunt coꝛdi ꝯ̄rie: qꝛ nō oēs medicine: qꝛ nō medicine benedicte vt viola māna tamarindi ⁊ iste nō ꝯtrariant̄ coꝛdi. Alie aūt que a ꝓpꝛietate euacuant sunt cōtrarie coꝛdi: qꝛ nature vim inferunt: vt Mesue in de consolatione medicinarum ventrem soluentium.

Dubᵐ 2ᵐ ¶ Dubitare aūt ꝯtingit: an flōmia in repletione coꝛdis ꝓrogatiuā hēat sup pharmaciā ⁊ nō debeat admisceri cū alio regimine mūdificatiuo. ¶ Et videt̄ ꝙ nō: qꝛ Aui. solū ꝓbat ꝙ medicine solutiue debeat adiūgi regimē ad ꝯsolidādū ei' malitiā. nō aūt ꝓbat ꝙ sibi debeat adiūgi oē regimē: vt pꝫ in lr̄a. ¶ Uidet̄ aūt ꝙ aliud regimē nō debeat adiūgi: qꝛ pōt eūatio fieri cū medicis benedictis. ¶ Itē videt̄ ꝙ flōmia in remouēdo repletionē coꝛdis debeat adiūgi cuꝫ alio regimine mūdificatiuo. Nā aliđ regimē mūdificatiuū est aut eūatio cū pharmacia aut cū iterata flōmia aut cū clysteri. Sꝫ eūo coꝛdis per flōmiā dꝫ adiūgi alicui eūoni per pharmaciā. nā existēte in coꝛde repletione ex sanguine putrido nō est incōueniēs ꝙ simul cū sanguīe alius humoꝛ peccet qui facta flōmia īdicat eūonē. P̄terea nos videm' in febꝛib' putridis maxime in pestilētialibus in qb' coꝛ maxime repletū est ꝙ dato ꝙ faciamus flōmiā damus postea pharmaciā. Scđo pōt iungi cū iterata flōmia. vñ Auicē. in de cura putridaꝝ in gñali. ⁊ multiplicatio numeri melioꝛ est multiplicatione q̄ttitatꝭ. ꝙ aūt clysteri possit iungi flōmia nulli dubiū est. ¶ In ꝯ̄riū est Aui. ¶ Ad hui' ītellectū opꝫ scire ꝙ repletio idicans de flōmia ⁊ pharmacia est duplex. Quedā est simplex vt repletio que simpl'r ⁊ pure īdicat sanguinis eūonē a partib' coꝛdis. Quedā est cōposita vt que simul ⁊ semel indicat de eis. s. flōmia ⁊ pharmacia: sic ēt īdicatio de eūone per pharmaciaꝫ. differt tamē dispō īdicās sanguīs puri eūonē ab ea que īdicat alteri' humoꝛis: eo ꝙ existēte coꝛde sanguine pleno: tūc virt' est foꝛtis: ⁊ si est debilis solū per aggrauationē est debilis. purus eniꝫ sanguis in multa q̄ttitate nō augmētat̄ nisi foꝛti existēte virtute ⁊ robusto coꝛpoꝛe. vñ Gal'. 9. terapē. 3. ca. loquēs de febꝛib' putridis synochis in qb' multitudo sanguīs est putridi. dicebat ꝙ neutra in macro ⁊ frīdo coꝛpe amat existere q̄ multū aūt in multū sanguinē ⁊ multas carnes habētib' est gñatio earū. Sed dispō īdicās alterius humoꝛis a sanguine eūonē multiplicat̄ in q̄ttitate an q̄litate: qꝛ coꝛrūpunt̄ virtutes ex resolōne debilitant̄: vt 2° de īgenio sanitatis p̄mo ca. Dico ḡ ꝙ p̄mo Auicē. cū cōparata eūonē per flōmiā ad eā que per pharmaciam est de eis qñ sunt simplices īdicationes nō sibiipsis cōmiste. ¶ Ad ītelligēdū ḡ quā p̄rogatiuā flōmia hēat sup eūoneꝫ que fit per pharmaciā existēte repletione in coꝛde est ītelligendū ꝙ in eūonib' ꝓpter sex ītētiones aliud regimē ꝯiungit̄. Una intētio est p̄paratio māe. i. per digōnē ⁊ alterationē. Scđa intētio est ꝯsolatio medicine eūantis: ⁊ hoc aut ꝓpter regimē ad remouēdū nocumētū venenositatis ab ea qđ posset īducere: ⁊ hoc fit aut resistendo sue acuitati sicut īfundimus mezereon in aceto: aut ꝯfoꝛtādo p̄ncipalia mēbꝛa sicut admiscem' solutiuis ꝯfoꝛtātia aromatica. Scđo fit ꝯsolatio medicine admiscēdo sibi qđ eam ducat ad mēbꝛū a quo eūare intēdimus sicut medicinis pectoꝛis hyssopuꝫ: medicinis capitis sticados: medicinis coꝛdis crocū. Tertia intentio est qua aliud regimē admisceat̄ eūoni est partitio euacuatiōis in plures vices timētes de virtutis dissolutione si fieret vice vna. Quarta intentio est virtus ꝯfoꝛtatio cū debilitat̄ ex eūone. Quinta intētio est remotio accidētiū maloꝝ que sequunt̄ eūonē vt foꝛtis syncopis vehemētia sitis ⁊ doloꝛ. Sexta intētio est regimē cōueniēs qđ in eūone oꝛdinari dꝫ. ¶ His ḡ habitis dico ꝙ in coꝛdis repletione eūatio facta per flōmiā indicata a pura sanguīs repletione hꝫ p̄erogatiuaꝫ sup eūone indicata a pura repletione alterius humoꝛis: qꝛ ipsa nō ꝯiungit̄ ꝓpꝛie cū alio regimine. ¶ Primo nō ꝯiungit̄ cū regimine: cui' intētio est digestio māe: qꝛ in flōmia qñ est intētio sanguis nō expectat̄ digestio: vt Auic. 4° cañ. fen. 1. ca. de cura putridaꝝ in gñali: sed in eūone māe cū pharmacia opꝫ disponere mām vt oēs clamant nisi esset furiosa mā qđ raro est. ¶ Scđo nō ꝯiungit̄ flōmie regimē cui' est intētio ꝯsolatio: ⁊ cā est quā assignat Auicē. flōmia eni nō est medicamē perueniēs ad coꝛ: sed medicinis que eūant debēt admisceri res ꝯsolātes: vt Auicē. ꝓbauit. ¶ Tertio flōmie nō ꝯiungit̄ regimē qđ partiat̄ eūonē. nā vt dcm̄ est intētio Auicē. est de eūone per flōmiā quā īdicat pura repletio sanguīs cū qua repletione stat foꝛtitudo virtutis. Si aūt virt' est debilis hoc est ex aggrauatione. in hmōi aūt repletionib' ex sanguine secure possum' simul in vna vice eūare fere totā māꝫ aut tātū saltē ꝙ cessat statim egritudo repletionalis a coꝛde. Uñ in sinochys puris inflāmatiuis vsq; ad syncopim ducimus eūonē per quā subito liberant̄ īfirmi. Et h̄ est qđ voluit dicē Auic. ꝙ repletiones coꝛdis sunt ex sanguine ⁊ vapoꝛe a nocumēto quoꝝ simul: qꝛ in vna vice liberat flōmia: sed in eūone cū pharmaco non possum' simul in vna vice totā māꝫ ducere. Qđ pꝫ p̄mo gñaliter: qꝛ residuū māei dimittere melius est vel minus malū q̄ totū euacuare. Scđo spāliter de coꝛde. nā cū coꝛ sit nobile membꝛū opꝫ ꝙ de sui virtute magis curet̄. Cū ḡ in eūonib' cū pharmacys fiat resolutio ⁊ debilitas coꝛdis: si vna vice tota mā coꝛdis eūet̄ coꝛ pati nō posset. Unde auctoꝛes dicētes eūare a coꝛde: hoc faciūt cū magnis ꝯfectionib' ⁊ paulatim. Uñ Aui. īfra de cura tremoꝛis coꝛdis calidi parū de reubarbaro quaq; die docet assumere volēs partiri coꝛdis eūonē in plures vices. Et qs erit qui totā māꝫ coꝛdis semel eūabit: vnde vile mēbꝛū hoc pati non posset. Est aūt ⁊ alia cā. nā cū sanguis a venis per flōmiā eūet̄ pōt a coꝛde remoueri repletio posito ꝙ maxima q̄ttitas sanguīs nō eūet̄: qꝛ venis existentib' inanitis opꝫ ꝙ a coꝛde qđ supfluū est trahant. illud aūt lꝫ sit coꝛdi supfluū in venis: tñ nāle erit cū solū in q̄tto peccet. pharmacia aūt nō pōt per illū modū eūare a coꝛde cū eūet electiue. ¶ Quarto vt Aui. ꝯfitet̄ flōmia bene pōt ꝯiungi regimini ꝯfoꝛtatiuo: ⁊ hoc ꝓcurando ne supfluat: sed faciēdo eā ꝯueniēter qđ de pharmacia facere nō possum': imo semp opꝫ ad parū declinare ēt ꝓcurādo cōfoꝛtari virtutē: huic tñ regimini oīs eūatio ꝯiungit̄ ne virtutē debilitet cū oīs eūatio virtutē debilitet. ¶ Quinto flōmia nō ꝯiungitur ꝓpꝛie regimini coꝛrectiuo accidētiū. nā illa flōmia cū sanguīs pura repletione īdicat nullū malū accidēs seq nisi foꝛte per accidens ex debilitate alicuius mēbꝛi: sed per pharmacū quocūq; mō eūatio sit īdicata dubiū est de malis accidētib' cū pharmacia saltem quo ad vapoꝛes ⁊ īfectionē vsq; ad coꝛ vadat. Et pꝛo tāto videmus ꝙ cū eūam' a coꝛde aut a spūalib' mām per fluxū vētris: multotiens seq̄t̄ syncopis ꝑꝑ cōmotionē māei circa ꝑtes coꝛdis: qđ ḡ est qñ mā erit in coꝛde. ¶ Sexto tñ regimini quelibet ꝯiungi pōt cū illud cōicet oībus mēbꝛis tā mālib' q̄ īmālib'. ¶ Ex his ḡ ad argumētū in ꝯ̄riū dōm ꝙ lꝫ Aui. nō explicet ꝙ eūoni coꝛdis nō debeat ꝯiūgi alia eūatio: dedit tñ ītelligi per id qđ dixit. in quo casu. s. ꝙ melius est dimittē residuū. vel dedit ītelligi ꝙ per id qđ dixit ꝙ flōmia simul liberat: qꝛ si voluisset ꝙ eūatio simul fieret materie cōtente in coꝛde: dixisset etiam ꝙ euacuatio simul liberat. s. facta per medicinas. ¶ Ad aliud cuꝫ dicit̄ ꝙ pōt mā coꝛdis eūari cū medicinis benedictis: foꝛsan verū est sed raro. s. cum est valde pauca. Uel dōm illud nō esse verū: qꝛ illarū medicinarū virtus nō ꝑtransit epar: īmo educūt solū mās qbus obuiāt: vt Mesue in de ꝯsolatione medicinarū. 2. ca. ¶ Ad aliud cū dicit̄ ꝙ existēte repletione sanguinis ⁊ alterius humoꝛis simul. Dōm ꝙ īdicatio nō est simplex sed cōposita. De hac aūt nō loquit̄ Auicē. cū nō cōparent̄ adinuicē. ¶ Simil'r respōdendū ad istud qđ dicit̄ de febꝛib' pestilentialib' ⁊c̄. ¶ Ad aliud qđ dr̄ ꝙ multiplicatio numeri ⁊c̄. Dōm ꝙ indicatio illa cōposita est ex indicatione eūonis ⁊ ꝯtrary sui. s. repletionis ꝓpter virtutis debilitatē que fit cum mā est putrida. ¶ Ad aliud de clysteri pꝫ solutio qꝛ est regimē valde cōmune ⁊c̄.

¶ Permutatio aūt cōplexionis aut est qꝛ ꝯuertit̄ regimen ad permutationē frigidi aut permutationē calidi aut permutationē humidi aut permutationē sicci. Cū ergo volumus permutare cōplexionē frigidā audaces sumus ad illud cum medicinis calidis cōmistis cū medicinis coꝛdialib' calidis cū custodia nostra ne accidat ex eis motus laboꝛiosus humoꝛis coꝛdis: ita vt extendat̄ coꝛpus coꝛdis cū eo qđ gradatim facit illud: aut extendat̄ materia apostemosa ⁊ reliqua.

¶ Hic ponit cañ. attēdētes in curatiōe coꝛdis que fit ab alteratione ꝑmutādi cōplexionē ei'. Et p̊ ponit diuersas ītētiones in ꝑmutando sumptas ex diuersitate cōplexionū. Scđo exequit̄. ibi (Cuꝫ ergo volumus.) Et hec secūda habet duas partes: qꝛ p̄mo ostēdit curā malarum cōplexionū coꝛdis simpliciū. Scđo cōpositarū. ibi (Frigide vo.) ¶ Prima in q̄tuoꝛ. Primo ostendit cañ. curationis male cōplexionis frīde. Scđo calide. ibi (Cū ergo volumus.) Tertio sicce. ibi (In cura aūt.) Quarto humide. ibi (Cura aūt. ¶ Uult ergo. A. ꝙ in cura male cōplexionis frigide dꝫ caueri erroꝛ q possetꝯtingere ex calefactoꝝ appꝛopinq̄tione. nā mala cōplexio frigida coꝛdis siue sit cū māte siue sine lꝫ calefaciētibus remittat̄: tñ q̄dā calida sunt que causando ebullitionē p̄nt in carne coꝛdis cāre extēsionē ⁊ laxitatē ⁊ grauedinē faciēdo mām ampliari. sunt aūt ista calida vt anacardus pyretrū eufoꝛbiū ⁊ similia.

¶ Cū ꝗ volum⁹ ꝑmutare cōplexionē calidā nō sumus ausi esse ɔtēti in īfrigidatiuis. Nā suba ꝓpter quā cor creatū est ⁊ est spūs effusus in ipo est suba calida.s.caliditate inata nō caliditatib⁹ nociuis corpori. Et accidit ei ex malitia cōplexionis cordis qñ est cal'a vt minoret ⁊ resoluat: ⁊ vt ɔuertat in fumū ⁊ ɔturbet. Cū ꝗ supuenit corpori cordis qđ extinguat ipsā ⁊ nō est ꝑmistū cū medicis calidis: quarū ꝓprietas est vt ɔfortent calorē inatū nō totū illud ꝓpter caliditatē earū: imo cū ꝓprietate ipsarū associata caliditati earū pol'e est vt noceat radici.i.spiritui q̄uis ramo ɔferat ⁊ est corp⁹ cordis ꝓpterea q᷑ iuuat ad tēperādū caliditatē cordis cū sentit cū eo caliditas spiritus.

¶ Ponit cañ. male cōplexionis calidi cordis. Et pmo facit h̄. Scđo ostēdit medicinas qb⁹ curat mala cōplexio frida cordis. ibi (Cura aūt.) Prima in duas. Primo ōndit curā hui⁹ cōplexionis qñ est sine mā. Scđo cū mā. ibi (Et si cā fuerit.) Pria in duas. Nā p̊ ponit qđ itēdit. Scđo ꝓbat. ibi (Nā suba.) Et hec in q̄tuor. Nā p̊ h̄ ꝓbat ꝑ rōnē. Scđo per āntiquoꝝ auctoritatē. ibi (Quapropter nō iuenimus.) Tertio per rōnē aliā. ibi (Et qñq̄.) Quarto enumerat medicīas qb⁹ fit curatio. ibi (Ampli⁹ aūt.) ¶ Sciēdū tñ ꝙ cor pōt capi dupl'r. Uno mō ꝓ q̊dā toto cōposito ex carne ⁊ spū sibi appropriato vt ēt suas faciat opōnes: vt est ɔstrictio ⁊ dilatatio trāsmittēdo mēbris vitā: ⁊ illo mō nullus eoꝝ respcū alterius pōt dici ramus vere vel radix cū sint q̊dāmō vnū: s᷑ simul pñt dici radix respectu spūs q̄ vadit ad mēbra l᷑ ꝺm quedā modū posset dici radix: q᷑ h᷑ locū forme. Alio mō pōt ɔsiderari cor ꝓ sua suba corpulēta vt est subm cōplexionis distinctū ɔtra aiā ⁊ spiritū: ⁊ sic pōt dici q̄dā corp⁹ existens aie īstrm: ⁊ h̄ mō spūs pōt dici radix. Prio q᷑ est illud per qđ aīa cordi fuit īducta. Scđo q᷑ est illđ ꝑ qđ aīa appēsa tenet cordi: vñ ēt dr̄ appēdiculū ab eodē de virtutib⁹ cordis ca.1. Sic ꝗ q᷑ cor est subm cōplexionis q̄ fit aie retētio: que qdem cōplexio ⁊ aīa ꝑmanet medicante spū: iō spūs pōt dici radix. L᷑ ꝗ pura frida in cura male cōplexionis calide cordis ɔferāt ramo: q᷑ corpulētie que est cōpl'onis subm tñ radici.s.spūi nocet q᷑ eū debilitat cū in hac cōplexione fit multū resolut⁹ ⁊ distēperatus ⁊c.

¶ Quapropter nō iuenim⁹ sapiētes āntiquos euacuasse curationē malitie cōplexionis calide que est in corde: ⁊ ei⁹ qđ accidit ei a ꝑmistione medicinarū fridarū cū cordialib⁹ calidis. Cōfidentes ꝙ nā si fuerit fortis discernet iter īfrigidatiuū ⁊ calefactiuū ⁊ afferunt īfrigidatiuū cordi ⁊ afferūt calidū cordiale spūi ⁊ temperabit illud ⁊ qñq̄ istud. Et si nō iueniunt medicamen equale faciēs ɔfortationē spūs cū ꝓprietate: aut ꝓximū equalitati sicut buglossam vigorāt ⁊ adiuuāt se cū ea. Sed si nā fuerit debilis nō ɔfert regimē. Et qñq̄ cogit eos administrare medicinas calidas cordiales illud qđ ipsi sciūt de grauitate sube plurimū medicinarū fridarū cordialiū ⁊ paucitate penetrationis earum ⁊ declinatione ipsarū cū nā ad fixionē ⁊ non ad penetrationē: quare cogit eos illud ad hoc vt permisceāt medicinas cordiales calidas qb⁹ penetrēt vt nā adiuuet ad deferēdū illas cordi sicut permiscēt crocū reliquis ꝑmistis trociscoꝝ cāphore. Reliqua eni᷑ ꝑmista discurrūt cū eo ad cor: deide virtuti nāli inest vt ꝓcedat a corde: aut inflāmet ipm cū spū cordis ⁊ adiuuet cū īfrigidatiuis ad tēperandā cōplexionem: hoc nāq̄ melius est eis q̄ vt vtant īfridatiuis puris que figunt in pncipio meatuū ⁊ nolūt penetrare. Et isti q̄ abstulerunt crocū ex trociscis cāphore ⁊ blasfemauerūt p̊mos fecerūt trociscos cāphore pauci iuuamēti q̄uis ipsi ignorēt. Amplius cōplexio calida curat dādo in potu rob de fructib⁹ ⁊ ꝓprie aquā pomoꝝ de sceni et cydonioꝝ. Est eni bonū medicamē cū eis que sibi sūt similia de his que dicturi sumus ⁊ cū epithimatibus ⁊ emplastris que sunt extinctis ꝑmistis cū ɔfortātibus cor. Et si cā fuerit mā euacuet. Cura aūt malitie cōplexionis fride est cū ɔfectionib⁹ vel ɔfortātib⁹ magnis quas dicemus ⁊ cū vino odorifero ⁊ cū exercitijs temperatꝭ ⁊ cū empl'is ⁊ linimētis calidis aromaticis cordialib⁹ ⁊ cibis calidis cū q̄titate qua digerant. Et si cā fuerit mā eūet. In cura aūt malitie cōpl'onis sicce necessarius est cib⁹ plurimus humectatiu⁹ ⁊ itroitus balnei post ipm ⁊ admistratio tine cū custodia ipsi⁹ ⁊ paucitas mot⁹ ⁊ trāqllitas ⁊ sumē in potu aquā fridā. Et si fuerit illic frigus alienent ab aqua frida que est vehemētis frigoris ⁊ cibent cibis ⁊ potib⁹ ⁊ multiplicet somnus post cibū calidū. Et si cā fuerit mā eūet. Et tu qdē scies distinctionem illius vbi loquemur de cura ethice ⁊ arefactiōis. Cura aūt malitie cōplexionis humide est subtiliatio ciboꝝ ⁊ admistratio medicinarū exiccatiuarū ⁊ exercitia tēperata cū frequētia ⁊ multitudine. Et si cā fuerit mā eūet. Fride vō ⁊ humide cōpl'onis cura ē multitudo exercitij ⁊ balnei añ cibū p̄cipue thermarū ⁊ summersio plurima in aqua calida ⁊ admistratio solutiuoꝝ ⁊ diureticoꝝ ⁊ vsus vini fortis resol'onis odoriferi ⁊ admistratio ciboꝝ laudabilis chimi cū quātitate nō plurima. ꝙ si illic fuerit caliditas vitent balneū ⁊ vtant coitu. Et si fuerit mā calida ⁊ humida aut humida euacuet.

¶ Cōfirmat hic auc̄te antiquoꝝ ⁊ rōne. Prio facit h̄. Scđo remouet dubiū. ibi (Sed si nā.) ¶ Uirtutē posse facē in medicinis hanc opōnē Aui. ɔfirmat 2° cañ. 4. ca. in fine. ⁊ 4° cañ. de cura emitritei ⁊ in multis locis. Et Mesue in de ɔsolatione medicinarū intentione scđa ca.1. cañ.3. vbi dicit. Fecit deus benedict⁹ vt ꝺm assumpturā rerū ꝓprietatē nā lineet ⁊ distinguat ⁊c. v.g. porrigit q̄dratus ⁊ linearis lapis artifici: sed q̄dratū ad angulū linearē ad rectū deputat. Uerisimiliter qdē de nā ɔsidim⁹: q᷑ ꝺm nec̄itatꝭ rei administrate exigentiā porrigit his vel illis. L᷑ Auer. 5° coll'᷑ cap̄. 53. de modis cōpōnis medicinarū ⁊ cibarioꝝ derisorie dicat h̄ his medicis reuelatū fuisse in somno: cū tñ ipse in h̄ īsufficiēter ponēs modū potuerit ponē meli⁹ hāc opiōnē: q᷑ qntā virtutē discretiuā asseruit vt 3° sui coll'᷑ cap̄. 16. de accidētib⁹ virtuti nutritiue. Sed si. Remouet dubiū: ⁊ est q᷑ dixerat v̄tutē separe īter has medicīas. ¶ Diceret qs ⁊ si virt⁹ nō posset qd fieret. Rñdet q᷑ tūc nō val᷑ curatio. Ampli⁹ poma de sceni sūt poma de illa ɔ̄ta: vñ dr̄ Rauedsceni. ⁊ ita poma dulcia redolētia. Almāsor capl'o de malis posuit de malis vocatis apijs. In cura malitie complexionis sicce docet Aui. potare aquā frigidā: q᷑ t᷑ magꝭ cibū coagulatū nō exponēs eū sic cito resol'oni. Et si fuerit illic. Uitent balneū. q᷑ balneū.s. termarū ponit in anhelitu frequētiā ⁊ velocitatē: vñ in corde auget caliditas. Utant coitu: q᷑ eūando īfridat ⁊ exiccat: ēt q᷑ isti multiplicāt multū semē. Nō loqt aūt Aui. de malitia cōpl'onis frigide ⁊ sicce simul: ⁊ cal'e ⁊ sicce siml': q᷑ spectat ad 3m trac. p̊e fen 4e cañ.

¶ De medicinis cordialibus. Cap. 7m.

Medicine qdē cordiales cū totalitate sua op᷑ vt colligant ex areolis medicinarū singulariū ⁊ ex areolis membroꝝ anhelit⁹. Sed ꝺm necessitatē in hac hora nos dicemus de eis illas que sunt sicut capita ⁊ radices.

¶ Superius posuit Aui. canones cōes curationis dispōnū cordis: hic enumerat medicinas cordiales que perfecte colligunt in secūdo libro in areolis membroꝝ anhelitus. Et pmo ostēdit qđ intēdit. Scđo exequit. ibi (Dicamus ergo.) Hec habet tres partes. Primo nāq̄ medicine cordiales quedā sunt equales quedā calide quedā frigide. Primo ergo enumerat pmas medicinas. Scđo scđas. ibi (Calide vō.) Tertio tertias. ibi (Frigide vō.)

¶ Dicamus ergo illę quidem que ex eis sunt proxime

eq̄litati

equalitati ſunt hyacintus ⁊ albelengeſif ⁊ alferuzegi ⁊ aurum ⁊ argentum ⁊ bugloſſa.

¶ Proxime equalitati nõ tñ equales ⁊c. ¶ Hyacitus lapis eſt a ꝓprietate ꝯfortans. Auic. de viribus cordis neq; de hoc ꝓprie indiget trãſmutatiõe niſi ſm vbi ⁊ qualitatẽ aliquã vt qꝛ calefiat: ſm vbi qdẽ qꝛ approximet. Albelengeſif lapis ẽt eſt ꝯtra venena. Aut ſm aliũ eſt ozimũ cũ floribus: tñ ozimũ nõ poſſet dici equale. Uide in lr̃a. b. Et videt̃ ibi ꝙ ſit meliſſa aut bñ ꝓpinq̃ cũ ponat̃ calida ⁊ ſicca in ſcõo: vt Serap. in ca. de ozimo. Alferuzegi eſt ſmaragdus lapis liberãs a veneno ſine nocumẽto ſi detur ſtatim ⁊ nõ permittit ſcoriari neq; cadere capillos. Aurũ tendit ad calidũ: argentũ ad frigidũ ⁊ ſiccũ: ⁊ bugloſſa ad calidum ⁊ humidum.

¶ Calide vero ſũt doronigi ⁊ zedoaria ⁊ muſc⁹ ⁊ ambra ⁊ zurumbet ⁊ ſeta ꝓprie ⁊ crocus ⁊ ambo beẽ ſunt velocis iuuamẽti ⁊ gariofili ſũt valde mirabiles ⁊ xyloaloes crudũ ⁊ meliſſa ⁊ ſemẽ eius ⁊ alſcebebrã ⁊ ſemen ei⁹ ⁊ cardamomũ ⁊ cubebe ⁊ alfelemenuſcb ⁊ acetoſa ⁊ ſemẽ ei⁹ ⁊ folia citri ⁊ foliũ indũ ⁊ enula ẽ mirabilis.

¶ Zurumbet. i. zedoaria: tñ Aui. ſentire videt̃ inter illa dr̃iam cum diuerſa faciat capl'a. Serap. ꝓ eodẽ ẽt in eodẽ capl'o de zedoaria ⁊ zurũbet dicẽs ꝙ idẽ ſunt. Uñ eadẽ iuuamẽta que Auic. ponit de ea erãt ꝙ remouet fetorẽ vini. ponit Serap. ca. de zedoaria. tamẽ Serap. de zurumbet facit capl'm ſpãle. ⁊ vr̃ ẽt ſentire ꝙ differãt. Seta ⁊ crocus. Ambo been. ſ. al. ⁊ ru. que ſunt quedã radices: ⁊ nõ vult dicere ben: cũ granũ ben ſit vomitiuũ ⁊ paruum ex eo ſit malignũ: vt Meſue ca. de ben. acetoſa. ¶ Cõtra qꝛ frida. Dõm ꝙ ſm Simonẽ itelligit de ea lapatiũ qḋ calidũ eſt ⁊ ſiccũ ſꝫ. Circaiſtãs.

¶ Frigide vero ſunt margarite ⁊ karabe ⁊ cãphora ⁊ corallus ⁊ ſandali ⁊ roſa ⁊ ſpodiũ ⁊ lutũ ſigillatũ ⁊ poma. Et ex eis eſt coriandrum ſiccũ ⁊ humidum.

Dubium

¶ Dubitat̃: an coriãdrũ ponat̃ in numero mediciaꝝ cordialiũ. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ qḋ eſt venenũ nõ ponit̃ in numero medicinaꝝ cordialiũ. tale aũt eſt coriãdrũ: ergo. Primo enim ex mẽte Sera. cap. de coriandro albo. auctoritate Albugeter. vbi coriãdrũ eſt fridum narcoticũ iducẽs ſtuporẽ ⁊ eſt toxicũ. Itẽ Raſis in libro venenorũ qñ bibunt̃. ʒ. iiij. occidit. Itẽ Aui. albũ coriandrũ recẽs eſt mortificatiuũ ⁊ cõgelatiuũ. Itẽ Aui. 4. cañ. fen. 6. ponit coriãdrũ in numero venenoꝝ. Amplius medicina que ponit̃ excedẽs calida vel excedẽs frigida nõ ponit̃ cordialis. hoc aũt eſt coriandrũ: ergo. Nam qdã ponunt ipſum multe caliditatis vt reſoluat ſcrophulas: qdaꝫ frigidũ vt ſtuporẽ iducẽdo occidat. ¶ Huius aũt oppoſitum ſentit Aui. hic. ⁊ in libro de viribus cordialibus. trac. 2. ca. de coriandro.

¶ Cõſiderandũ ꝙ medicine poſſunt dici cordiales dupl'r. Uno modo qꝛ abſolute ⁊ per ſe cor iuuẽt ⁊ ꝯfortent. Et illaꝝ quedam ſunt que faciũt hoc qualitatibus primis: quedã ſcd̃is qualitatibus: qdã tertijs: quedã quartis. Sunt quedã medicine cordiales in primis qualitatibus vt medicine in eis tẽperate aut tẽdentes ad caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ aliquã: iſte aũt plus cõfortant cor: vt Auer. 5. colliget ca. 19. de medicinis ꝯfortatiuis mẽbroꝝ. Quedã aũt ſunt medicine cordiales ſcd̃is virtutibus. voco aũt ſecũdas vt virtutẽ ſtipticaꝫ ⁊ amarã aut odorẽ. ⁊ iſte medicine que ſunt lenis ſtipticitatis ꝯfortãt cor vt roſa ⁊ ſandalus: ⁊ que ſunt odorifere vt muſcus. Quedã aũt hoc faciũt per tertias virtutes. voco has virtutes tertias oẽꝫ qualitatẽ ꝓpriã alicui mẽbro: ⁊ iſto modo crocus ⁊ ſpica ꝯfortant cor: lꝫ ẽt hoc faciãt cũ caliditate: hec tñ plus appropriant̃ cordi ꝙ̃ epati. Quedã aũt ſunt medicine cordiales que hoc faciũt ꝑ virtutes quartas que parũ a tertijs differũt vt ſunt medicine que a forma ſpecifica ꝯfortãt cor vt eſt hyacitus q ꝑ nullã qualitatẽ hoc facit nec idiget tranſmutatiõe niſi ſm vbi: ſed hoc facit ꝑ ſuã ſpecificã formã. ¶ Scd̃o modo dicunt̃ cordiales medicine: qꝛ remouent nocumẽtũ venenoꝝ aliaꝝ medicinaꝝ que pñt in cor iprimere: ⁊ illarũ quedã faciũt hoc alterãdo: qdã coadiuuãdo alias medicinas alterãdo: quedã euacuãdo: quedã in nocumẽto venenoꝝ adiuuando alias medicinas. Alterãdo qdẽ faciũt aut ſm calidũ frigidũ humidũ aut ſiccũ: vt ſi venenũ eſt calidũ medicina cordialis eſt frigida valde: aut ſtipticãdo aut icidẽdo ſicut lutũ ſigillatuꝫ qḋ ꝓhibet ſui ſtipticitate vaporis eleuationẽ ⁊ ſtipticat cor ſicut ẽt lutuꝫ armenũ: vñ dat̃ in peſtilẽtia incidẽdo ſicut ſi venenuꝫ ſui viſcoſitate in ſtomacho ſuffocaret: tũc dant̃ fortiter iciſiua vt icidat̃ ⁊ educat̃ ſicut in fungis dat̃ aqua raffani ⁊ ſtercus galline que fortiter incidũt. Euacuãdo aũt ſicut quedã que ſunt cordiales ex hoc qꝛ venenũ euacuãt ⁊ expellũt ſicut tyriaca ſicut ẽt lutũ ſigillatũ qḋ nõ ceſſat facere vomitũ quouſq; expellerit venenuꝫ vt ẽt ſunt euacuatiue aliaꝝ medicinaꝝ corruptaꝝ admiſtaruꝫ cordi vel ſubẽ ſpũs vt agaricus myrabolani lapis lazuli. Intelligẽdo tñ ꝙ lꝫ medicie liberẽt a venenis alterãdo vel reſiſtendo vel euacuãdo: tñ ſemꝑ eſt in eis aliqua ꝓprietas ꝯfortandi cor ſicut in tyriaca. Medicine autẽ que iuuãt cor in nocumẽto venenoꝝ adiuuando alias medicinas: quedã faciũt hoc portãdo illas ad cor ſicut ponit̃ tyriaca pulegiuꝫ ⁊ ſticados ⁊ ſimilia. Quedã faciũt hoc cuſtodiẽdo alias medicinas a corruptiõe in mã ne qñ ad cor ꝑueniũt cito corrũpant̃ vt opiuꝫ. Quedã faciũt hoc ꝯſolidãdo vt medicine que ponunt̃ in trociſcis tyri que ponunt̃ ad reprimendũ carnis tyri malitiã. ¶ Ex qbus iaꝫ dictis apꝑet p̃mo que ſint medicine vere cordiales: qꝛ ille que de ſe cor ꝯfortãt. ¶ Apparet ſcd̃o que ſunt medicine que vere cordiales nõ dicuntur ſed tyriacales: qꝛ ille ꝓprie que liberãt cor a nocumẽtis venenoꝝ aliquo mõ liberatiõis ꝑdicto. ¶ Appet 3° in q̃ differũt: qꝛ quaſi ſic magis vl'e ⁊ min⁹ vl'e. nã oĩs medicina cordialis ꝓprie eſt tyriacalis. Oĩs medicina enĩ que vere ꝯfortat cor eſt cordialis ⁊ tyriacalis: ſꝫ nõ oĩs tyriacalis eſt vere cordialis: qꝛ ꝓprie ⁊ abſolute cor ꝯfortat qꝛ res multũ frigida eſt tyriacalis: nõ tñ eſt cordialis vt lactuca. ¶ Apparet q̈rto que eſt nã medicinaꝝ cordialiũ vere: qꝛ ille ſunt equalis cõpl'onis vel paꝝ excedẽtis: ſunt etiaꝫ appropriate ⁊ abſolute cõfortãtes. ¶ Apꝑet ẽt que eſt nã medicinaꝝ cordialiũ tyriacaliũ: qꝛ ille poſſunt eẽ excedentis qualitatis ⁊ oꝑationis: ⁊ ꝙ nõ abſolute cor ꝯfortãt: ſed maxime cũ eſt in diſpõne p̃ter nãm vñ ipſe nocẽt cordi ⁊ iuuãt. Nocẽt enim ſi afferantur ſano corꝑi: vt pꝫ diſcurrẽdo ꝑ illas. Res enĩ multũ calide ⁊ frigide ſano corꝑi nocent. Res ẽt multũ ſtiptice vt bolus ar. Res ẽt multũ iciſiue vt raffanus. Res euacuatiue ẽt vt agaricus lapis lazuli. Et ideo cõparate ſane diſpõni corꝑis dicunt̃ quaſi venena. Sꝫ ipẽ iuuãt ⁊ ꝯfortãt qñ corpus nõ eſt in diſpõne nãli vt qñ corpus eſt venenatũ. nã ꝑ eaꝝ excedẽtes qualitates reſiſtũt veneno. ¶ Ex qbus apꝑet ꝙ ipſe medicine ponunt̃ medie iter corpus ⁊ venena. naꝫ ſi referant̃ ad corpus ſimpl'r ſanũ ſunt ei nocẽtes: ſed ſi referant̃ ad corpus venenatũ ſunt iuuãtes. Et hoc eſt qḋ vult Gal. 5. de ſimplici medicina. ca. 4. diſt. 4. ⁊ Serap. in ca. de medicinis cuſtodiẽtibus vel liberãtibus. Dicebat eniꝫ ꝙ iſte medicine cordiales que liberãt a veneno ſunt medie inter nãm corꝑis ⁊ venenũ. Illud eniꝫ põt iter aliqua duo dici mediũ qḋ ad vtrũq; relatũ obtinet virtutẽ extremi. Fuſcũ enim relatũ ad albũ põt dici nigrũ ⁊ relatum ad nigrũ põt dici albũ. Medicine aũt a venenis liberãtes ſic cõparantur ad corpus abſolute ſunt nocẽtes. ſi aũt cõparant̃ venenis ipugnãt al's repugnãt eis. ¶ Auer. aũt ſtimulator ⁊ ꝯtrarius noſtroꝝ auctoꝝ precedẽtiũ: ipſe aũt inexpertus medicine vt ipſe de ſeipſo fatet̃: cõtradicit Gal. 7. colliget. c. 6. ⁊ alijs medicis. de hoc ꝙ medicina liberãs a veneno nõ eſt media inter corpus ⁊ venenũ. Et conatur tali rõne ꝓbare. mediũ eſt eiuſdẽ generis cũ extremis. medicina aũt liberãs nõ eſt talis ſicut ẽt dicit. 5. colliget. c. 24. de medicis operãtibus ꝯ venenũ. Ipſe aũt deceptus eſt fallacia equocatiõis: nõ enĩ voluit dicere Gal. ꝙ talis medicina eſt media ꝑ cõmiſtionẽ vel ꝑ formalẽ ꝑticipationẽ vtriuſq; extremi. Nõ enĩ fuerũt ſic iſani. A. Gal. ⁊ Sera. ꝙ crederẽt tyriacã hẽre medietatẽ aĩe humane ⁊ medietatẽ forẽ veneni: ſꝫ dr̃ hec medicia media cõꝑatione vt dictũ fuit: aut aliq̃ ꝑticipatiõe. Participat ãt tyriaca hũana ꝓportione effectiue ſic oẽs medicie dñr ſane effectiue. Participat aũt tyriaca ꝓportione veneni formal'r. Et qꝛ aliquo virtual'r ⁊ aliquo alio formal'r nõ põt ponere mediũ ſicut ſanitas ꝑticipata ab vna medicia ⁊ hoĩe nõ reponit̃ ſub eodẽ genere: ⁊ ideo ẽt talis medicina nõ põt ſub eodem genere reponi: lꝫ mõ aliquo ſit medium. Dõm ergo de coriãdro ꝙ apud auctores eſt diuerſitas. Quidã enĩ ponũt coriãdrũ fride cõpl'onis ſicut Aui. in ca. de coriãdro. ⁊ Dia. ⁊ Raſis trac. 3. c. 17. ⁊ Halya. in ſua practica. 2. ca. 34. Quidam aũt ponũt coriãdrũ iter medicinas calidas ⁊ ſiccas ſicut Sera. 2. trac. de medicis calidis ⁊ ſiccis. ſicut Auer. 5. ſui colliget. ca. 42. ⁊ ſicut Gal. 7. de ſimplicibus. c. 41. vt ponit Iſaac de dietis ꝑticularibus. ca. de coriãdro. ⁊ oẽs ſunt moti certis ſignis. Quidã enim ponunt ipꝫ calide ⁊ ſicce cõpl'onis ⁊ faciũt hoc qꝛ ſentiũt in eo amaritudinẽ ⁊ aromaticitatẽ. Qui aũt ponũt eũ fridũ: faciũt hoc qꝛ ſentiunt in eo friditatem. Põt ergo poni coriandrũ calide ⁊ ſicce cõpl'onis quo ad ꝑtes ſubtiles. Frigide aũt ⁊ ſicce cõpl'onis quo ad partes groſſas. Que aũt ꝑs ꝑualet difficile eẽt põderare. ¶ Sciẽduꝫ tñ ꝙ coriãdrũ exteri⁹ approximatũ calefacit qñq;: ⁊ qñq; infridat. Naꝫ ſi in cuti eſt aliq̃ diſpõ frida q̃ poros oppilet ⁊ iteri⁹ ſit mã groſſa ſi coriãdrũ approximet̃ penetrãt ei⁹ ꝑtes ſubtiles interius ⁊ partes groſſe ꝑꝑ dẽſitatẽ cutis remanẽt ⁊ ꝓhibent̃ a penetratõe: ⁊ iõ iſte ꝑtes calefaciũt ⁊ reſoluũt: ⁊ iſto mõ coriãdrũ reſoluit ſcrophulas: vt aſſerit Aui. ſoluẽdo rõne Gal. Aliqñ tñ coriãdrũ exteri⁹ approximatũ ifridat ſicut ſi eẽt apa cal'm. nã tũc ꝑꝑ cutis caliditatẽ penetrat iteri⁹ cũ ſua ꝑte ſubtili ⁊ cũ ꝑte ſua groſſa. ꝑs aũt ſubtilis de ſe eſt apta reſolui ex forti cal'itate. remanet g̃ ꝑs groſſa: ⁊ ifridat: ⁊ ⁊ iõ empl'atũ in heriſipila infridat ⁊ ꝑcipue ꝯiunctũ cũ alijs rebus

fridis. Sȝ coriādrū sumptū iteri⁹ infridat: qꝛ ptes grosse nō ꝓhibē tur a penetratōe: sȝ penetrāt sil'r cū subtilib⁹: vñ subtiles resoluunt citi⁹ q̄ȝ grosse remanētes: iō grosse ifridāt: iō Auicē. loquēs hic de coriādro qd̄ assumit: posuit ipm in numero medicinaꝝ īfrigidatiuaꝝ. Appet ḡ quō auctoꝝ snīe soluant. ⁋ Ex qbus oibus pȝ qd dōȝ ad qōnē. Nā ꝓ coriandrū pōt dici medicīa cordial': qꝛ de se ꝯfortat cor si sumat in pua q̄ȝtitate. Et rō est q̄ sumit ab. A. in ḋ virib⁹ cordis. c. de coriādro. na illa medicīa pōt dici cordialis q̄ hȝ caliditatē subtilē aromaticā ⁊ quādā stipticitatē: hoc aūt est coriādruȝ. Dico tñ ꝙ in multa quātitate nō est cordialis medicina sed dici pōt tyriacalis. nā si offerat sano corpi occidit: sed si offerat nō sano vt in eo in quo multi fumi generant: pōt dici cordialis qꝛ ꝓhibet vapores ascēdere ad spūalia ⁊ ad caput vt auctores ponūt. ⁋ Tūc ḡ ad ea q̄ in ꝯ̄rium dicunt: ꝓ cū dr̄ ꝙ est venenū nō est cordiale. Dico ꝙ veꝝ est: sȝ medicina cordialis ēt in multa quātitate pōt medicina dici tyriacalis que nām veneni participat: ⁊ iō coriandrū iter venena q̄ñq̄ȝ ponit sicut lactuce succus. ⁋ Ad aliud cum dicit ꝙ est summe calidum ⁊ frigidū ⁊c̄. Dōm ꝙ res multū calida vel multuȝ frigida ponitur inter medicinas cordiales tyriacales que non dicuntur ꝓprie cordiales: etiam in pauca quantitate pōt dici cordialis: ⁊ coriādro cū pauca quātitate inest stipticitas ⁊ aromaticitas ⁊ leuis caliditas: vnde cordialis dici pōt ⁊c̄.

ℭ Tractatus secundus de particularibus distinctis.

ℭ De tremore cordis ⁊ causis eius. Cap̄. p̄m.



TRemor cordis est motus tremulus accidens cordi.

ℭ Sapius. A. in gn̄ali mag̃ determinauit de dispōnib⁹ cordis ⁊ curatiōe illaꝝ: hic determinat ḋ qbusdā spālib⁹ dispōnib⁹ cordis. Sūt āt iste dispōnes: tremor: syncopis: casus virtutis: ⁊ apa. Quatuor ḡ facit. Pmo tractat ḋ tremore. Scd̄o de syncopi. ibi (Syncopis.) Tertio de casu virtutis. ibi (Hoc plurimū.) Quarto de apate. ibi (Apa.) ⁋ Pma in tres. Quia ꝓ ostēdit quid sit tremor ⁊ sue cause cordis. Scd̄o ostēdit de signis eius. ibi (Tremorē cordis.) Tertio de curatiōe. ibi (In materiali.) ⁋ Pma in. ḋ. Primo ponit diffinitionē. Scd̄o cās. ibi (Et cā.) ℭ Considerādum ꝙ in tremore cordis consideramus perceptionem nocumenti: ⁊ hoc mō est accidēs virtutis sensitiue. Et consideram⁹ malitiaȝ motus: ⁊ hoc modo est accidens virtutis aīalis motiue.

ℭ Et cā eius est oē qd̄ ledit cor ex eis que sunt in ipso aut in pāniculo eius: aut cōtinuant ei ex mēbris vicis cōicātibus ei. Et q̄ñq̄ȝ fit a mā humorosa. Et q̄ñq̄ȝ fit a malitia cōplexionis pure. Et q̄ñq̄ȝ fit ab apate. Et q̄ñq̄ȝ fit a resol'one singularis: ⁊ fit a cā extranea. Et q̄ñq̄ȝ fit a morsu venenosoꝝ aīaliū. Et q̄ñq̄ȝ fit a serpētibus qui fiūt in ventre. Et q̄ñq̄ȝ fit a sensu vehemēti. Et mā humorosa quandoq̄ȝ est sanguinea: ⁊ q̄ñq̄ȝ est humiditas: ⁊ q̄ñq̄ȝ est mel'ica: ⁊ q̄ñq̄ȝ est chol'ica: ⁊ q̄ñq̄ȝ est vētosa: ⁊ est leuior ⁊ facilior eaꝝ. Et ille q̄ est a malitia cōpl'onis pure: iō est qꝛ ois cōpl'o domināns facit debilitatē: ⁊ ois debilitas efficit in corde dū pseuerat in ipso residuū virtutis agitationē quādā quasi ipsum expellat a seipso aliquod nocumentum.

ℭ Hic exequit. Et ꝓ ponit modos cāruȝ qb⁹ tremor cordis accidit. Scd̄o declarat. ibi (Et mā.) Hec pars hȝ duas. Pmo determinat de tremore cordis facto a diuersis causis intrinsecis vel extrinsecis. Scd̄o declarat de tremore cordis facto a cōitate. ibi (Factus autem cū cōmunitate.) ⁋ Prima in septem sicut septē sunt modi causaꝝ: quos declarat ostendēdo quomodo faciunt tremorē cordis. Scd̄a ibi (Et ille.) Tertia ibi (Apostema vō.) Quarta ibi (Et sil'r.) Quīta ibi (Fact⁹ aūt.) Sexta ibi (Et factus.) Septima ibi (Factus aūt.) ℭ Dicit pmo ꝙ mā ventosa est leuior ⁊ facilior eaꝝ. leuior qꝛ nō grauat. facilior. s. ad resolutionē. ⁋ Sȝ ꝯ̄ vehemētiores dolores pueniūt a vētositate q̄ȝ ab humorositate: ⁊ ventositas est mag̃ pter nām. ⁋ Dōm ꝙ vētositas est duplex: quedam vaporosa subtilis cui nō est cōiūcta cā a qua eleuat: ⁊ illa est leuior oī mā qꝛ statim resoluit. Quedā aūt est grossa cui cōmista est cā a qua eleuat: ⁊ illa est difficilior plurib⁹ causis humoralib⁹: qꝛ nō est de facili resolubilis: ⁊ ista causat fortes dolores sicut in colica ⁊ iliaca.

ℭ Cōsiderādū post ꝙ si ī mala cōpl'one cordis nō eēt residuū virtutis: qꝛ. s. alique ptes cordis eēnt fortes nō oīno ꝑmutate aliq̄ autez egrotātes: tūc nō posset fieri tremor cordis. Nō. n. fit tremor cordis nisi qꝛ virtus pcipit nocumētū: nō pōt aūt pcipere nocumentū nisi alique ei⁹ ptes sint sane vbi ipsa sit fortis: nō. n. fit sensatio doloris in mala cōpl'one diuersa nisi p aliud residuū bone cōpl'onis vt Auer. ȝ. colliget. c. de accidētibus sensus tactus. cū ergo cor p virtutē sentit nocumētū mouet se vt illud expellat motu tremulo inordinato ꝓpter virtutis debilitatē. Utrū aūt mala cōpl'o equalis possit facere cordis tremorē habet dubium.

ℭ Et tremor quidē cordis qñ supfluit ꝑmutat ad syncopiȝ: ⁊ qñ magis supfluit ꝑmutat ad mortē. Et vnaqueq̄ȝ cōpl'onuȝ simpliciū facit illud. Apa vō caliduȝ in pncipio pseuerans facit apparere tremorē cordis: deide syncopim: postea mortē. Et frigidū est ꝓpinquū dispōni eius. Et q̄ñq̄ȝ interponit spatium aliquātulū: ⁊ similiter resolutio singularis.

ℭ Tremor cordis qñ supfluit ꝑmutat in syncopim. nā qñ residuuȝ virtutꝭ cadit: ⁊ tūc fit syncopis ⁊ postea mors. Et vnaqueq̄ȝ cōpl'onū. qꝛ ex vnaquaq̄ȝ pōt debilitari virt⁹ ⁊ fieri in corde mala cōpl'o diuersa vt notū est. Sȝ q̄ñq̄ȝ iterponit. s. apa frigidū spatiū. s. mag⁹ q̄ȝ calidū: qꝛ nō sic cito iterficit: vel iterponit spatiū. s. iter tremorē ⁊ syncopim ⁊ mortē: qꝛ virt⁹ in ħ apate nō tātuȝ exterret q̄ȝtū in calido vt aliqñ existēte tremore resumat virtus ⁊ cesset tremor ⁊ non fit syncopis: lȝ forte hoc sit breue nocumentum.

ℭ Et sil'r oppilatio exn̄s in cursibus sangnis ⁊ spūs in corde ⁊ que sequunt ipm ⁊ in venis sensibilibus ptiuȝ pulmōis. Fact⁹ aūt a cā extranea est sicut factus a doloribus cōstrictiuis ⁊ ꝑmutationibus māeruȝ apatuȝ vicinoꝝ p̄dictoꝝ a potu venenoꝝ. Et factus a morsibus serpētū. Et fact⁹ a serpētib⁹ q̄ accidūt in vētre ⁊ ꝓprie qñ ascēdūt ad supiora myrach in cibo ⁊ fece. Fact⁹ āt a subtilitate sensus cordis ē qm̄ hñti illū accidit tremor cordis ex q̄libet vētositate generata in spatio qd̄ est iter ipm ⁊ iter pāniculū ei⁹: aut ī corpe pāniculi ei⁹ aut ī vena ei⁹: ⁊ ex qualibet qualitate frida aut calida adueniēte ei: ita ꝙ succedit potui aque pter ꝙ pducat illud ad debilitatē in opationibus suis.

ℭ Adiūgit cās que sunt oppilatiōes: vñ ꝯsiderādū ꝙ Auic. p venas sensibiles ītell'it arterias nō tñ ītelligit cānales q̄ sūt rami trachee arterie. pñt aūt vocari sensibiles qꝛ sūt pulsatiles: al's qꝛ ꝯtinēt sanguinē ītelligēdo de venis. cū ḡ mā ꝯtinet in his arterijs facit tremorē pp motū q̄ cordi cōicat: ⁊ ponit pulsum diuersuȝ ⁊ nō faciūt nocumētū in anhelitu sicut appuit medico īfirmo de quo tractat Gal'. 4. de īteriorib⁹ in fi. Aliqñ aūt ista mā ꝯtinet magis in cānulis: ⁊ tūc facit asma magis: lȝ posset facere cordis tremorē.

ℭ Fact⁹ aūt cū cōitate: aut est cū cōitate corpis toti⁹ sic accidit in febrib⁹ ⁊ ꝓprie in febrib⁹ pestilētialib⁹. Aut cū cōitate pāniculi sui ita vt accidat in ipso apa molle aut durū sicut accidit symio aut gallo predictꝭ. Aut cū cōitate stomachi qm̄ in ipso est humor viscosus vitreus aut mordicatiuus cholericus: aut corrumpit in eo cibus: aut cū cōitate oium mēbroꝝ que dolent vehemēter. Et q̄ñq̄ȝ multiplicat cū cōitate stomachi pp humorē qui est in eo: aut bothor in ore eius: aut attractionē succedētē labori ita vt forsitā nō discernat iter ipȝ ⁊ iter cordialē. Et q̄ñq̄ȝ accidit pp tremorē in ore stomachi ⁊ cōtinuat illi: ⁊ est similior res tremori cordiali. Et q̄ñq̄ȝ fit cū cōitate pulmōis qñ multiplicat in eo oppilatio in parte illa q̄ obuiat cordi ⁊ nō penetrat anhelitus fm̄ modos suos: ⁊ illud idicat ꝯstrictionem anhelitus nō securā. Et q̄ñq̄ȝ fit cā crisis ⁊ motuū accidētiū humoribus ad crisim: ⁊ ego exponā illud in loco suo. Et siqs ꝯquerit de tremore cordis post egritudines: ⁊ hȝ nauseā ⁊ euomit cholerā plurimā ⁊ nō remouet nausea est malū: ⁊ idicat spasmū in stomacho.

ℭ Ponit

¶ Ponit cās tremoris cordis facti a cōitate. Et pmo enumerat diuersos. Scd̄o ponit q̄dā significationē sumptā ex tremore cordis post egritudines. ibi (Et siquis.) ¶ Ubi considerandū ꝙ in nausea duo cōsideramus. s. repletionē stomachi quo ad sui villos ⁊ eoruz debilitatē: ⁊ hoc pōt dici spasmus nō ꝙ in stomacho fiat spasmus cū nō sit mēbrū musculosuz: vt. H. 6. d̄ accidēti. c. z. Dī aūt dispō similis spasmo pp multā repletionez: ⁊ ꝯsideramus ipsam ſm se vt est quedā abominatio p̄ueniens vomitū. Uult ḡ dicere. A. ꝙ nausea q̄ est abominatio q̄daz. s. aduenit cū tremore cordis post egritudines: ⁊ cum ꝯiūgiť talis abomīatio vomitiui est malū: q2 significat spasmū. s. p̄ mō sumptū: q2 significat maximā stōchi ⁊ villoꝝ debilitatē: ⁊ repletionē pp egritudinē p̄cedētē: ex q̄ repletiōe tremor cordis accidit cū cōitate ad stōchum: que ēt repletio est multa pp multā debilitatē stomachi factam ex egritudine precedenti.

¶ De signis. Cap. 2m.

T Remorē cordis oēm significat pulsus diuersus transiens terminū in diuersitate sensu p̄cepta in magnitudine ⁊ paruitate ⁊ velocitate ⁊ tarditate ⁊ raritate ⁊ frequētia: ⁊ multotiēs assimilatur pulsui habētiū asma. Et significāt illū qui est humidus vehemētia lenitatis pulsus ⁊ sensibilitas bn̄tes eā quasi cor eius sit positū in humiditate. Et significāt illū qui sanguineus est signa caliditatis ⁊ inflāmationis ⁊ velocitas pulsus ⁊ magnitudo eius in alia hora q̄ȝ tremoris cordis: ⁊ iuuanť coitu: ⁊ in frigido est ecōtrario. Et significāt illū q cholericus est ⁊ est raro egritudines cholerice seq̄ntes ip̄m ⁊ durities q̄dā in pulsu ⁊ vehemētia iflāmatiōis: ⁊ significāt illū qui melācholicus est tristitia ⁊ sollicitudo ⁊ durities in pulsu. Et ventosuz q̄dē purū significat velocitas resolutiōis eius ⁊ leuitas laboris ei⁹: ⁊ ēt paucitas diuersitatis in pulsu eius: ⁊ significāt apostemosuz in substātia ipsius aut pāniculi eius signa duorum apostematū predictoꝝ: ⁊ illum q est ex resolōne cōtinuitatis cā sua. Et factū a venenis ⁊ morsibus cause sue cū ꝓprietate reliquaꝝ causaꝝ. Et similiter factū a vermibus.

¶ Diuidiť in duas. Prīo determinat in generali de signis. Scd̄o in spāli de ꝓprijs signis. ibi (Et significāt.) ¶ Hec in duas. Prīo determinat de signis tremoris ſm diuersas cās. Scd̄o de signis ei⁹ q fit a cōitate. ibi (Factus aūt.) ¶ Prima pars hȝ octo sicut octo ponit distinctiones p signa tremoris cordis facti penes diuersitatē octo causaꝝ p̄dictaꝝ. Primo determinat de diuersitate tremoris cordis facti a mā. Scd̄o ab apate. Tertio a solōne ꝯtinuitatis. Quarto a causis extrinsecis vel venenis. Quinto a vermibus. Sexto a malitia cōplōnis. Septimo ab oppilatōe. Octaua a subtilitate spiritus. Scd̄a ibi (Significāt apostemosum.) Partes patent. ¶ Prima in qnq3 sicut qnq3 fuerūt māe quas enumerat. ¶ Notandum tn̄ ꝙ Aui. dixit tremorem cordis oēm: aut quo ad oēm cām: aut q2 tremor cordis est duplex. quidā q diciť pulsus cordis. quidā q proprie diciť tremor. ⁊ habent quasi eadē signa sed remissiora sunt in pulsu cordis ⁊ minus cōtinua. ¶ Cōsiderandum scd̄o ꝙ in asmate ꝓpter ipedimētū anhelitus est maior velocitas ⁊ frequentia pulsus. in tremore ergo cordis aliqn̄ ad hoc deueniť: vt cū fit ab apate aut alia mala cōplōne calida forti. ¶ Cōsiderādū ꝙ tales humores pn̄t aggregari in corde aut a se ⁊ sic plus aggregatur sangnis ⁊ aquositas ⁊ vētus vel fum⁹: raro aūt melīa ⁊ cholera. Aut aliūde: ⁊ tūc cōiter fit a cholera cū cholera mobilior sit sepius aggregať q̄ȝ melīa vel flegma. Si aūt eēt a determiato mēbro: tūc a cerebro plus melīa ⁊ flegma: q2 isti plus aggreganť ⁊ sunt apti descēdere: ab epate aūt recipit euz q magis ibi aggregať. ¶ Nota ꝙ tremor cordis diciť nomen cōe ad motū pulsatiuuz cordis quo fugit cor a nocumēto ⁊ ipellit ⁊ fit a causis nociuis sensatis ꝓprie a mala cōplexiōe diuersa si subito ⁊ vehemēter fit iprimēs a soluta cōtinuitate apate ⁊ similibus ad motū tremulū: q2 fit a causis debilitantibus. ¶ Nota ꝙ in tremore cordis sanguineo est in pulsu inflāmatio velocitas ⁊ magnitudo: ēt in hora in qua fit tremor nō adest cū ibi sit repletio ⁊ caliditas. Juuantur a coitu ꝓpter multum semē qd̄ in eis aggregatur: etiā q2 coitus euacuat. sed in frigido non sic se habent: q2 a coitu noceňť: ⁊ cū cessat tremor non habent pulsuz frequentem sed tardum rarum ⁊ paruum.

¶ Et factū a cōplexione singulari calida ⁊ inflāmatiōe vehemēti absq3 sensibilitate humiditatꝭ in qua natet cor velocitas pulsus ⁊ frequētia ei⁹ quāuis sit nō hora cōmotiōis ei⁹ ⁊ qd̄ est post cās spasmaticas sine mā ⁊ in ethica ⁊ silib⁹. Et silr̄ factū a frigore puro significāt cāe sue ex eūonibus extinguētibus calorē inatū: ⁊ egritudines infrigidatiue ⁊ aeres ⁊ alia ⁊ pulsus tardus rarus non in hora tremoris cordis.

¶ Uelocitas pulsus ⁊ frequētia ꝓpter additaz caliditatez ⁊c̄. Quāuis sit: q2 etiā cessante tremore q2 stat caliditas habēt velocē ⁊ frequētem pulsum. Et est post causas spasmaticas. Sunt autez cause spasmatice labores vehemētes vigilie ⁊ huiusmodi ex quibus ꝓuenit caliditas in membris.

¶ Factuz aūt ab oppilatione significat diuersitas pulsus in paruitate ⁊ magnitudine ⁊ debilitate ⁊ fortitudine cum priuatione signoꝝ repletionis.

¶ Notandum ꝙ diuersitas in pulsu prouenire potest a multuz debilibus virtutibus: ⁊ in hoc nō est diuersitas inter magnū ⁊ paruū ⁊ forte ⁊ debile: q2 virtus debilis pulsum magnū ⁊ fortē non facit: ꝓuenit etiaz in pulsu diuersitas ex grauamine materie in corde: ⁊ hāc excludit Aui. cū dicit. cū priuatione signoꝝ repletionis: relinqtur ergo ꝙ hec diuersitas fit ab oppilatione.

¶ Factus autem a subtilitate sensus cordis ⁊ a qualibet ventositate generata ex nocumento adueniente ei cognoscitur ex fortitudine pulsus ⁊ sanitate anhelitus ⁊ incolumitate reliquoꝝ mēbroꝝ. Et fortitudo pulsus ⁊ magnitudo ipsius sunt significationes prime significantes ipsum: ⁊ certificat ipsum si fuerit corpus cuz frequētia huiusmodi tremoris cordis incolume: ⁊ virtus conseruata ⁊ cōsuetudo in operationibns sana. Et illi quibus plurimū accidit iste sunt super quoꝝ facies apparent vestigia passionum animalium q̄ȝuis parū: sicut ire aut gaudij aut tristie aut aliaꝝ.

¶ Notandū ꝙ cor multe sensibilitatis ponit corporis operationes icolumes. Multa eni sensibilitas cordis nō ꝓuenit ex defectu aliquo in eo existēte: sȝ potius est signuz bone dispōnis in eo existētis: ⁊ ideo pulsus est sanus ⁊ fortis ⁊ anhelit⁹ nisi aliud mēbrū ipediat ⁊ hn̄t oꝑationes ꝯsuetas. Si ergo his existētibus in hoīe faciliter tremor cordis appet est signū ꝙ a subtilitate sensus cordis ꝓcedit. Jlli aūt q hn̄t sensus cordi subtilitatē sunt illi in faciebus quoꝝ semp apparēt vestigia accidētiū anime. nūq3 eni facies eoꝝ est sine aliquo signo aīaliū passionū. s. letitie vel tristitie vel alioꝝ: q2 leuissima causa eos ad vtrūq3 mouet. Et h̄ ē qd̄ Aui. dixit. quāuis sit parum. s. illud qd̄ imprimit in eis accidens anime.

¶ Factus aūt cum cōitate corporis totius in febribus manifestus est ⁊ similiter creticus.

¶ Hec pars est clara.

¶ Et factum causa stomachi significant significatiōes dispositionuz stomachi ⁊ appetitus ⁊ qd̄ ab ipso expellitur: ⁊ imaginationes ⁊ nausea ⁊ punctio ⁊ qd̄ alleuiatur in tempore vacuitatis nisi sit a cā cholerica effusa ad os stomachi in tēpore vacuitatis: ⁊ ꝙ fit vehemēs in hora in qua cibus incipit digeri.

¶ Et factū a cā stomachi significāt diuersiones vel significatiōes diuersaꝝ dispōnū stomachi que dicunť fen. 13. stomachus enim ſm diuersas dispōnes inducit cordis tremorē. Signa v̄o illaꝝ dispōnū factiua sunt causaꝝ tremoris cordis facti a stomacho. Et appetitus. nā itensus significat cās diuersas appetitus canini qbus cor cōpati pōt stomacho. ⁊ ꝓstratus appetitus vel corrupt⁹ significat alias diuersas dispōnes stomachi dicēdas fen. 13. quibus ēt dispōnibus cor cōpati pōt. Et qd̄ expelliť. s. per vomitū. nam a mā que a stomacho vomitu expelliť ostēdit qualis sit stomachi dispō que tremorē causat: an flegmatica vel cholerica ⁊c̄. Jmaginationes. s. ad diuersos cibos calidos vel frigidos icisiuos vel vnctuosos. oēs enim significāt cōtrariā dispōnē in stomacho vt appetit⁹ vel imaginatio ad cibū vel potū frigidū actu significat in stomacho dispositionē calidaz. Et nausea ⁊ punctio sunt signa diuersaꝝ stomachi

passionũ ⁊ tremoris cordis. Stomachus alleuiat̃. s. tempore eua-cuatiõis stomachi a cibo ⁊ ieiuno stomacho: qꝛ tũc stomachus minus a cibo grauat̃ nisi passio stomachi que est cã tremoris cordis sit pp cholerã effusam ad os stomachi: qꝛ talis tremor cordis tpe vacuitatis stomachi a cibo auget̃: cũ in talibꝰ cholera magis fluat hoc tpe ꝓpter ebullitionẽ ⁊ caliditatẽ. Et de signis tremoris cordis a stomacho est ꝙ fit vehemens in hora qua cibus icipit digeri: tunc enĩ cum cibus cõmoueat̃ stomachus lesus existens magis debilitat̃ ⁊ grauat̃ vnde tremor cordis tunc additur.

¶ Et ille qui fit cum cõitate pulmonis est: qm̃ habens eum est preparatus asmati reptis in ipso signis significantibus humiditatem pulmonis ⁊ oppilationẽ viarum in eo quas dicemus in suo caplo.

¶ Et ille qui fit cum cõmunitate pulmonis habet signa talia: qꝛ habẽs tremorẽ hunc cordis est ꝑparatus asmati ꝓpter nocumentũ materierũ que sunt in pulmone cũ crescunt ⁊ oppilant: ⁊ iõ in illis sunt signa humoris pulmonis ⁊ oppilationis viaꝝ eius: quas diximꝰ supra fen. 10. capitulo de asmate. Hic tamẽ cõmunis est error in libro Aui. qꝛ alius habet dicemꝰ capitulo de asmate. alius habet dicetur in ca. de signis ⁊ causis syncopis. sed conueniẽtior littera eẽt. s. quas diximus supra fen decima capitulo de asmate. Hic tñ est cõmunis error in libro Aui. qꝛ aliqñ dicemus stat pro diximus ⁊ econtra: vt in pluribus ptibus totius Auic. apparet.

¶ Factuz aũt ꝓpter febres significant significationes supradicte in capitulo suo.

¶ Diceret quis nõne hoc ꝑdixit esse notũ. statim enim dixit factus cũ cõitate corporis totius in fe. vt manifestuz est. ad quid ergo repetyt Aui. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ febrilis caliditas põt esse cã tremoris cordis aut ꝓpter nocumentũ qꝺ mẽbris ifert que membra lesa a multa caliditate feb. ipsa postea cor ledũt: ⁊ hanc cõmunitatẽ tetigit Auic. prius. Aut febrilis caliditas totius corpis est cã tremoris cordis: qꝛ ipsa formaliter nõ mediãte mẽbroꝝ nocumẽto: sed per se cor ledit ⁊ amplius inflãmat: ⁊ de hac loquit̃ hic ⁊ dixit ꝙ hunc tremorẽ cordis significãt significationes dicte in suo caplo. Aliqd huius dixit supra caplo de egritudinibꝰ cordis dicens. vt verificet̃ per paroxismos suos ⁊ per crises suas.

Constrictio deglutitorȷ aut fit ꝓpter causaȝ in ipso mery: aut fit ꝓpter causaȝ vicini eius. Et causa que est in ipso mery aut est apostema aut siccitas supflua aut exiccatio humiditatis in ipso pp febrē aut aliud: aut est aliqua spērum malitie complexionis supflue aut casus virtutis ⁊ debilitas eius ⁊ ꝓprie in fine egritudinū acutarū malaꝝ timorosaꝝ aliaꝝ. Et cā vicini est constrictio constringentis. s. aut apostematis in lacertis epiglotis sicut fit in synantȷs ⁊ alȷs. Et quandoqȝ est cum constrictiōe anhelitus etiā aut mēbris colli aut est declinatio spōdilis ad interiora aut est ventositas iuoluta in ipso coartans: aut spasmus ⁊ cuȝeȝ qui vult fieri aut iam incepit. Hoc enim sepe antecedit cuȝeȝ ⁊ cōgelationē.

¶ Hic exequit de egritudinibus mery: ⁊ qꝛ ei⁹ egritudines sūt aut difficultas trāsglutitiōis aut apata aut vlcera: qꝛ oēs modi egritudinū eius ad istos reduci possunt: ideo ꝑmo determiat de difficultate trāsglutitionis. Scdo de apatibus mery. ibi (Qnqȝ sunt.) Tertio de vlceribus vel solōne ɔtinuitatis. ibi (Jaȝ sciuisti.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit causas. Scdo signa. ibi (Jn illa.) Tertio curā ibi (Si causa.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit diuisionē. Secundo exequit. ibi (Et cā.) ⁋ Et hec scda hȝ duas. Prio declarat membra diuisiōis sue. Scdo vnū recitat casum in hac dispōne. ibi (Jā aūt.) ⁋ Pria in duas ꝫm qꝫ duo fuerunt mēbra diuisionis que declarat. Scda ibi (Et cā.) Hoc eni. i. difficultas trāsglutiendi sepe antecedit ⁊c. Cā est ꝓ nocumentū qđ fit in lacertis mery. Cōgelatio sumitur hic pro thetano sicut supra fen prima huius. 1. ca.

¶ Jam autem accidit cuidam notorum nostroꝝ difficultas deglutiendi ꝓpter retentionem rei in deglutitorio ignote ⁊ perduxit eum illud ad similitudinem prefocationis ⁊ fecit eum syncopiȝari cum nausea cuȝ qua euomuit vermes plurimos: cum quoruȝ expulsione facilior facta est deglutitio ⁊ ablata est prefocatio. Et scias qꝫ causa fuit retentio eoꝝ illic.

¶ Cōsidera qꝫ lȝ vermes nō generent in stōcho: tn̄ ascēdūt qnqȝ sursuȝ: vt. 4. metheoroꝝ Ari. tex. cō. 28. ⁊ iō qnqȝ ɔglobare possunt in mery ⁊ difficilē facere trāsglutitionē: qđ qnqȝ ego vidi faciūt nimirū anhelit⁹ difficultatē cū sint multi pp cōpressionē trachee.

¶ De signis. Cap. 5ᵐ.

In illa quidem que est ꝓpter spōdiles augmētatur cōstrictio in tempore resupinationis: ⁊ est deglutitio dolorosa apud spōdilem remotā. Et illā que est cā malitie cōplonis debilitātis significat longitudo spatȷ itineris eius quod deglutit. Et est cū lenitate ⁊ paucitate festinatiōis in toto spatio absqȝ dolore: nisi sit illud in parte mery visibiliter ⁊ cōstringat illic ⁊ sentiatur cū retentione eius quod deglutitur apud ipsum.

¶ Causa difficilis transglutitiōis reducit in qtuor. s. ad spōdiliū remotionē: ad malitiā cōplonis debilitātis: ad apata ⁊ ad cās spasmi ⁊ ɔgelatiōis. Quatuor ergo facit sicut qtuor gn̄a signoꝝ ponit. Scda ibi (Et illam.) Tertia ibi (Et in illa.) Quarta ibi (Et illam.) ¶ Cōsiderandū circa scdaȝ ptē qꝫ qn̄ difficultas trāsglutitiōis est pp malā cōplonē debilitātē trāsit cib⁹ ⁊ pot⁹ leuiter absqȝ festinatione: qꝛ in multo tpe mouent attractiui ⁊ expulsiui villi. ¶ Notādū tn̄ qꝫ dixit debilitātē: qꝛ aliqn̄ in febrib⁹ sunt modi male cōplonis in mery qꝛ nō debilitat multū: vn̄ trāsglutitio libere fit. ¶ Cōsidera post qꝫ aliqn̄ accidit ex mala cōplone stōchi ⁊ mery qꝫ hō bn̄ trāsglutit cibū: potū aūt male: sic ego ipse vidi militē q sicca discrasiā stōchi passus est ex q̄ ad ethicā ⁊ mortē deuenit: cū aūt tētabat ipse comedere cibū trāsglutiebat: potū aūt nō poterat. hui⁹ cā disputata fuit iter medicos. ¶ Quidā aūt ponebāt hoc eē ex debilitate virtutȷ motiue villoꝝ latitudinaliū vn̄ ɔstringi nō poterāt sic ēt habitū est: trāsglutitio fit ēt cū tunica extrinseca expellēte. Nō est aūt icōueniēs qꝫ qnqȝ magis debilitet vna tunica q̄ȝ alia membri vni⁹ cū ēt vna ps mēbri qnqȝ egrotet altera remanēte sana. tunica aūt extrīseca opat deglutitionē cōstringēdo. sȝ quanto res q̄ ducit ꝑ mery est subtilior ⁊ mag᷒ dispsa tāto tunica extrīseca opȝ qꝫ magis ɔstringat ⁊ ɔgreget vt illud cōprimendo deponat: sic qn̄ aliqs vellet capere rē minutā digitȷ: opȝ qꝫ eos magis constringat q̄ȝ qn̄ vellet capere res mag᷒ grossas. cibus aūt res grossior est ⁊ magis adunata: potus aūt res dispsa: ⁊ iō cibus meli⁹ ad iferiora expellit. vn̄ ⁊ Aui. dic fen. 16. 1. c. qꝫ aggregatū veloci⁹ expellit q̄ȝ dispartitū. ⁋ Jmpugnabat aūt hic ꝓ qꝛ tūc glibet cibū facilius trāsglutiet q̄ȝ potū. Scdo qꝛ nō vr̄ sufficiēs cā cū ad trāsglutitioneȝ potus iuuet lubricitas ⁊ penetratio. ⁋ Rn̄det ꝓ hāc ꝓ vero. s. qꝫ posito cibo aliquo aggregato lubrico nō duro facili⁹ potu trāsglutit existēte eqlinali appetitu. ⁋ Ad 2ᵐ dicebat qꝫ sic trāsglutitionē potus adiuuat lubricitas vel subtilitas sic trāsglutitiōeȝ cibi iuuat grauitas. vn̄ videmus ifirmos vt meli⁹ trāsglutiāt se erigē ad trāsglutiēdū cibū ⁊ potū. in cibo aūt est maior grauitas. ipedit ēt potus trāsglutitionē ei⁹ ibibito in ptes mery ⁊ adiacētes pp siccitatē vn̄ attrahit ab illis qđ nō ɔtigit de cibo. ⁋ Replicabat 3. cur ꝓpe mortē exn̄tes cibū nō trāsglutiūt meli⁹. Dōm qꝫ hoc ē qꝛ mery sūme coartatū est. ¶ Alȷ assignauerūt aliā cām: qꝛ pp stōchi discrasiā ad fridū ⁊ siccū appetit⁹ plus erat ad cibū q̄ȝ ad potū: vt notū ē: ⁊ iō cū trāsglutitio duab⁹ fiat ṽtutib⁹. s. nāli ⁊ volūtaria: vt. A. 1. can̄. fen. 1. vlt. c. opȝ qꝫ ꝺficiēte appetitu illi⁹ transglutitio sit difficilis. ¶ Alȷ ṽo anathomiste mag᷒ aliā ponebāt cāȝ. s. exiccatiōeȝ cartilagis epiglotalis opientȷ tracheā arteriā: qꝛ pp ei⁹ exiccationeȝ nō bn̄ claudebat tracheā arteriā: ⁊ iō pot⁹ ⁊ res liqde subītrabāt ⁊ ipediebāt trāsglutitionē. res āt grosse vt cib⁹ trāsibāt. Uidebat tn̄ qꝫ nō solū i ꝑn° mery sed ēt in ꝓcessu potus difficulter ꝑueniret ad stōchum.

¶ Et in illa que est cā apatis fit ɔstrictio in ꝓpinquitate ipsius ⁊ fit ibi dolor ⁊ nō euacuat dispositio in pluribus a febre: quāuis plurimū nō sit vehemētis fortitudinis. Et qn̄ apa est calidū significant etiā ipm caliditas ⁊ sitis: ⁊ si non fuerit calidū nō erit febris.

¶ Febris q̄ sequūt apata calida mery nō sunt fortes pp elōgatiōeȝ a corde: ⁊ qꝛ nō ē nobile mēbrū nec ei⁹ apata multā aggregāt mām pp ɔgruā sui duritiē ⁊ dēsitatē adiacētiū ptiū: ⁊ iō si nō est apa calidū nec ꝑ se nec ꝑ accn̄s ex putredine ⁊ nō facit febrē.

¶ Et qnqȝ est exitura nō cū illa caliditate ⁊ est illic dolor paruus cū quo accidunt in qbusdā horis tremor ⁊ febris. Et qnqȝ faciunt collectioneȝ ⁊ rumpit ⁊ emittit saniē ⁊ sedat illud qđ aduenit ex eo ⁊ fit egritudo vlc⁹. Et illā que fit in antecessione cuȝeȝ ⁊ ɔgelatiōis significant cum ea relique significationes.

¶ Et hꝰ ē qn̄ facta est saniatio ⁊ fit eruptio apatȷ vn̄ fit tremor ⁊ febris: qꝛ hec sūt signa eruptiōis: vt ꝓ can̄. fen. 2. c. de signis apatū. cuȝeȝ ē maneries spasmi facti a vētosa mā mag᷒. ɔgelatio ē passio cerebri attinēs friditati ⁊ siccitati: vt sumit ex cōmēto illi⁹ scdi afo. scde pti. Ubi desipiētiā somn⁹ sedat. lȝ attineat mag᷒ pti posteriori: vt. 4. de iterioribus. 2. c. Ad has ꝗ passiōes pp nocumētū qđ in neruis efficiūt ꝑuenit difficultas trāsglutitionis.

¶ De cura. Cap. 6ᵐ.

Si causa fuerit apostema aut remotio: tūc cura eius erit cura illius.

¶ Ponit curā. Et primo eius que fit ab apostemate ⁊ remotiōe spōdilis. Scdo eius q̄ fit a mala cōplone. ibi (Et si.) Cura ei⁹ q̄ fit an̄cessiōe cuȝeȝ ⁊ ɔgelatiōis vult depēdere ex cura illoꝝ tradita supra fen. 2. Si ꝗ cā fuerit apa: cura ei⁹ erit cura illi⁹. s. apatis cura dislocatiōis ⁊ remotiōis spōdilis ponet fen. 5. quarti can̄.

¶ Et si cā fuerit malitia cōplonis: tunc si fuerit inflammatio ⁊ adustio ⁊ caliditas i supficie oris: oportebit vt administres linimenta inter ambas spatulas ex succis ⁊ medicinis frigidis: ⁊ sorbeat qđ sit sicut lac acetosuȝ absqȝ butyro ⁊ que sunt similia illi.

¶ Modi male cōplonis sunt q̄tuor: caliditas friditas humiditas ⁊ siccitas. Hoc ergo ordine q̄tuor facit. Prio ponit curā difficultatis trāsglutitiōis facte a mala cōplone cal'a. Scdo ei⁹ q̄ a frida. ibi (Et si fuerit.) Tertio eius q̄ ab humida, ibi (Qz si.) Quarto ei⁹ que a sicca, ibi

ca. ibi (Et si.) ¶ Dicit ꝙ si cā sit mala cōplō calida ⁊ sicca ⁊ sit inflā matio in sųficie oris ꝑꝑ caliditatē inflāmantē fiat linimētū inter spatulas ex succis frigidis vt succo lactuce portulace semꝑuiue ⁊ hmōi. ¶ Cōsiderandū in egritudinibus mery ꝙ cuʒ vt supra dixit Aui. ⁊ anathomia mōstrat: ipm est positū supra spondiles illas ex parte ante nō possumus ponere emplastrū. ꝓ qꝛ in pectore multuʒ distat a ꝑte anteriori ⁊ supra pectus hʒ obstaculū trachee arterie. Ꝯueniētius aūt in egritudinibus mery emplastramus post spatulas ꝙ̄ in egritudib' oris stomachi. vel stōchi qꝛ os stōchi declinat post mery ad ꝑtē anteriorē: ⁊ ē magis discooptū ab anteriori ꝑte: vñ nā in furcula īferiori facit cartilaginē ad sui defensionē que dr̄ pomū granatū: vt Gal'. 6. de iuuamētis mēbroꝝ illo. c. Debem' mō scire. Sed posterius vr̄ magis distare: nihilominus tū qñ timeremus de epatis calefactiōe volētes calefacere stomachū: aut de īfrigidatione volētes īfrigidare stōchū ponimus posterius emplastra iuxta. 12. spondilē in spondilibus pectoris.

¶ Et si fuerit ex frigore ⁊ est illa que sepius fit oportebit vt curet̃ cū emplastris calefactiuis quibus vteris in curatiōe oris stōchi fridi ⁊ cū oleis ⁊ vnguētis calefaciētib' dictis in ipso ⁊ cū oleo balsami ⁊ oleo raffanino ⁊ oleo muscellio ⁊ sil'ibus: ⁊ cū emplastris factis ex castoreo ⁊ āmoniaco ⁊ myrra ⁊ prassio ⁊ alijs.

¶ Quia materie fride plus a capite distillāt: ⁊ humor qui aggregagatur in stomacho est ẜm plurimū flegma. Oleum raffani. Simō dicit ꝙ est in antidotario Oribasij: ⁊ fit sicut alia olea. Oleum muscellinū. Simō dicit ꝙ ē oleū de musco in antidotario maiori: ⁊ est veꝝ sʒ ei' est maligna descriptio: dicit. n. ꝙ oleū muscellinū sumit̃ qñꝙ̄ ꝓ oleo facto ex humiditate īuenta in tuberositatibus vlmi. Itē muscellinū vocāt multi oleū de ben qd̄ balsaminū dr̄.

¶ Cū si fuerit ꝓpter complexioneʒ humidam mollem valde: ⁊ scit̃ ꝙ ex cōmunitate superficiei oris ⁊ lingue cū eo: tūc curet̃ cum eo in quo sunt stipticitas ⁊ calefactio ex medicinis aromaticis post mundificationē stomachi ⁊ rectificationē eius si eget ea. Et iste quidē medicine sunt sicut anisuʒ assatū ⁊ been duo ⁊ spica celtica ⁊ foliū indū ⁊ thus ⁊ minutum ipsius ⁊ myrra. Et si necessarium est vt misceant̃ cū eis calefacientia fortia cum stipticis fridis vt frangat̃ per calefaciētia frigus stipticoꝝ fridorum ⁊ vehemētis exiccationis sicut rosarū ⁊ balaustiaꝝ ⁊ similiuʒ fiat: ⁊ apud me aniudē est vehementis iuuamenti in hoc.

¶ Significat malam complexionem humidā mery humiditas superficiei oris ⁊ lingue sic̃ eius caliditatē significat adustio. curet̃ ergo cū stipticis post mūdificationē ne stipticā mām īpingant. fiat ꝰ prius euātio si eget̃ ea: qꝛ si nō est humiditas cū mā euōne nō eget. Medicine sunt. thus minutū est thus albū gūmosum qd̄ masculū vulgus appellat: ⁊ istud ꝯueniētioris sube ⁊ mag̃ homogeneū est iuuat apud eū. Et aniudē. i. radix herbe de qua fit asa fetida que calida est ⁊ sicca īcisiua. ītelligat̃ ergo cū ibi est materia.

¶ Et si fuerit cā siccitatis fiat cōtrariū illius ⁊ administra electuaria humectātia equalis cōpl'onis ⁊ oua sorbilia ⁊ adipes ⁊ butyrū ⁊ medullas ⁊ regimē corꝑis ⁊ stōchi. Nā mery in plurib' egritudinibus est sequēs in compl'one sua cōpl'onē oris stomachi.

¶ Mery sequitur vt in pluribus dispōnem oris stomachi qꝛ est ex continuatione eius vt supra.

¶ De apatibus mery. Cap. 7m.

Quandoqʒ sunt calida flegmonica ⁊ pustularia ⁊ frida ⁊ flegmatica ⁊ dura: ⁊ plurimorum difficilis fit maturatio ⁊ tardant̃.

¶ Quia mery apata quedā sunt calida: quedam frida: iō ꝓ̄ premittit hāc diuisionē. Scd̄o ponit signa. ibi (Significat.) Tertio ponit curā. ibi (Medicine.) ⁊ totum patet.

¶ De signis apatuʒ mery. Cap. 8m.

Significat ipsa dolor in hora d̄glutitiōis ⁊ in non deglutitione ꝑuenit ad posteriora spōdiliuʒ colli cū constrictione deglutitorij. Et cū illo qd̄ ex eis est calidum quandoqʒ est febris non vehemēs: ⁊ qñqʒ est veniēs hora post horā quasi ipsa sit febris diei nō vehemēs: ⁊ quādoqʒ est cū eo horripilatio. Verū est cū eo sitis vehemens ⁊ caliditas. Cum ergo maturat̃ remouet̃ horripilatio: ⁊ qñ aperit̃ emittit pus. Cū aūt apostema est nō caliduʒ est cōstrictum ẜm similitudinē ꝯstrictionis apatis calidi. Verum est absqʒ caliditate: ⁊ neqʒ est febris neqʒ sitis.

¶ Ponit signa. Et primo in generali. Scd̄o in spāli. ibi (Et cuʒ illo.) ¶ Et hec in duas. Primo ponit signa apatis calidi. Secundo frigidi. ibi (Cum autem.) ⁊ illa patent.

¶ De cura. Cap. 9m.

Medicine illius alie sunt que bibunt̃ ⁊ alie sūt que exterius apponunt̃. Et oportet vt medicine que exterius apponūtur ponant̃ in loco qui est īter duas spatulas: ⁊ opʒ vt sint medicine reꝑcussiue stiptice facte ex odoriferis ⁊ fructibus ẜʒ operationē que est necessaria in curatiōe apatū stomachi. Deinde addant̃ in eis ea q̄ sunt sicut āmoniacū ⁊ bdelliū ⁊ glutē alimbat ⁊ ficus p̄ter ꝙ euacuata sint a stipticis ex adipib' ēt. Cū si illa nō valēt ⁊ sunt necessaria illa que sunt plurime resolutionis ⁊ apa fuerit in radice durū: tūc oportebit vt misceant̃ cum eis ea q̄ sunt fortis resol'onis sicut grana lauri ⁊ pyretrū ⁊ cordumeni ⁊ ireos ⁊ balsamū ⁊ aristologia. Et qñqʒ est tibi necessariū vt admistres erūpētia emplastrizādo: sic̃ synapis ⁊ gūmi ruthe acrestis ⁊ reliqua q̄ sunt de his que dixim' in dubellati pectoris ⁊ pulmonis quousqʒ perueniatur ad terminum stercoris columbini.

¶ Ponit curā apostematis mery. Et ꝓ̄ calidoꝝ. Scd̄o frigidoꝝ. ibi (Cōsidera qd̄ dicit̃.) ¶ Prima in duas. Primo ꝑmittit diuersitatē medicinaꝝ que cōpetūt in cura apatis calidi. Scd̄o ꝓsequitur. ibi (Opʒ vt medicine.) ¶ Et hec in duas. Primo docet curare apata mery per approximata ad extra. Secūdo ad ītra. ibi (Opʒ auteʒ.) ¶ Pria ī duas. Prīo docet sanare ꝑ approximationē ad extra qñ nō terminat̃ ꝑ saniationē. Scd̄o qñ terminat̃ ꝑ saniationē. ibi (Et qñꝙ̄ est ⁊c̄.) ¶ Pria in tres. Prīo docet ꝑ approximata ad extra curā qñ est in ꝑn°. Scd̄o qñ est in augmento. ibi (Deinde addant̃.) Tertio qñ est in statu. ibi (Qꝛ si illa nō valent.) ¶ Circa illā partē. deinde addant̃. est ꝯsiderandū ꝙ Aui. docet in augmēto apatis calidi ꝑmiscere ista fortia resolutiua cū stipticis sicut āmoniacuʒ ⁊c̄. qꝛ iste medicine debēt ire ad locū longinquum ⁊ debēt trāsire per solida mēbra: ⁊ iō opʒ ꝙ sint potētes in virtute.

¶ Opʒ aūt vt in cura eius qd̄ calidum est sumant̃ medicine que bibunt̃: quarū quedaʒ sunt electuaria quorum incessus super locū sit incessus continuus paulatim paulatim. Et sint in primis electuaria ex eis q̄ sunt sicut lentes ⁊ spodium ⁊ mucilago sicut psilij ⁊ semis portulace ⁊ aqua cucurbite ⁊ similia. Deinde fiat ꝑmutatio ad permistioneʒ ex repercussiuis ⁊ resolutiuis in qua iam positum sit aliquid ex ficubus ⁊ ex aqua feniculi ⁊ camomille. Deinde addant̃ ⁊ ponant̃ in ipsa dactyli ⁊ fenugrecū ⁊ administrent̃ sorbitiones. In primis quideʒ ex repercussiuis sicut facte ex farina ordei ⁊ lentibus ⁊ fiant acetose cum eo qd̄ scis ⁊ nō acetose.

¶ Hec pars diuidit̃ in duas. Primo docet sanare apostema calidū mery per approximata per intra qñ ipsum nō terminat̃ ꝑ saniationē. Secūdo quando per saniationē. ibi (Et cuʒ īcipit.) ¶ Prima in tres. Prīo facit hoc quando est in ꝑn°. Scd̄o qñ est in augmēto ibi (Deinde fiat.) Tertio qñ est in statu resumēs equaliter curam que competeret in ꝑncipio. ibi (Deinde addat̃.)

¶ Et cū īcipit maturari fac sorbitōes ex succo furfuris cū oleo amigdalino ⁊ zucchara. Deide pone in eis ea que sunt sicut semē lini ⁊ similia. Deide pone in eis que

sunt sicut fa ria orobi ⁊ ciceris. Et qñ peruenit ad eru
ptiōem tunc idiges vt accipias in ipo virtutem ex ra-
dice lilij celestis ⁊ amigdalis amaris ⁊ prassio ⁊ ali-
quid ex synapi ⁊ ficubus ⁊ dactylis.

¶ Primo facit qñ apa icipit saniari p medicias saniātes matura-
tiuas. Scđo qñ iā est saniatū p medicias erūpētes. ibi (Et qñ ꝑue
nit.) ¶ Cōsiderādū ꝙ ꝑme medicie q debēt dari ⁊ ire ad locū lon-
ginquū ⁊ ad solida mēbra trāsire debēt eē potētes: ⁊ exñte apate
calo cū velles maturationē debes ad āmoniacū ⁊ bdelliū transire
ex ponēdo. ¶ Alio mō exponit ꝙ hic ꝯfūdat curā hoꝝ apatū que
cōicāt i loco pōnis medicaminū: ⁊ cōicāt q2 qñq3 ad itra mām rū-
pimꝰ. ¶ Hec ps. medicie. h3 duas ptes. Prio determinat curā ca
lidoꝝ. Scđo fridoꝝ. ibi (Cōsidera.) Pria in tres. Prio ponit cu-
rā hoꝝ apatū qñ sunt in ꝑn°. Scđo qñ sūt in augmēto. ibi (Deinde
fiat.) Tertio qñ sunt in statu. ibi (Et cū icipit.) Pria i. d. Prio po
nit in ꝯfuso curā q cōicat calo ⁊ frido. 2° i spāli ponit curā cali. ibi
(Op3.) ¶ Cōsiderādū ꝙ itētio in curatiōe apatū calidoꝝ mery in
ꝑn° est cū stipticis ⁊ fridis vt cū rebꝰ sandalaꝝ cāphoraꝝ: succis po
moꝝ ⁊c. S3 itētio a curatiōe fridoꝝ a ꝑn° diuersificat. nā aut sunt
dura aut nō. Si nō sunt dura ponant empla cala stiptica facta ex
bdellio ⁊c. Et glutine alimbat. i. terbētina ⁊ ē idē ꝙ glutē albotin: ⁊
ita vult scribi ⁊ nō albotin. Simō. Si aūt apa iduret trāsimus ad
fortiter resoluētia. Et aliqñ factis euonibꝰ emplastramꝰ cū rubifi
cātibꝰ trahētibus ad ex mām sic in qbusdā alijs apatibꝰ ⁊ p3. Op3.
Ponit curā i spāli ⁊ pōt ꝯ didi ps illa. s. ꝯsidera. Curā quā ꝑ ponit
est p pure repcussiua q cōpetūt in ꝑn°. Deide. s. in augmēto: q2 tūc
est mista itētio repcutiēdi ⁊ resoluēdi. Deinde addant. s. in ꝓcessu
ꝓpe status ꝑnᵐ fiat cū acetosis. s. qñ est iflāmatio cū eo qđ scimꝰ
sic cū lacte acetoso vel rob. ⁊ nō acetoso. s. si ibi nō ē iflāmatio. Et
cū h est qñ statꝰ fit ⁊ dant lenitiua ⁊ abstersiua. virꝰ emanātis a mā
q digerit vel digesta est. pone farinā orobi vel ciceris: q2 iuuabunt
siccitate ad eruptionē. Et si vis facē medicinā ad eruptionem: da
medicamīa vbi sit radix lily ⁊c. q2 rūpūt apata ⁊ leniunt.

¶ De cura apostematū frigidoꝝ. Cap. 10ᵐ.

Considera qđ dicit in apatibꝰ stōchi fridis ⁊
admistra sup ea lenificantia maturatiua. In-
trisecꝰ qdē sic elia ⁊ sorbitiōes q diximus ad
maturādū sic q fiunt de farina ordei ⁊ farina
herbi. Et illa in qbꝰ sunt ablutio ⁊ fortitudo sic radix
lilij celestis ⁊ radix ligritie ⁊ alia. S3 exteriꝰ empla ma
turatiua que diximꝰ de qbus sunt fenugrecū ⁊ camo-
milla ⁊ mellilotū ⁊ bdelliū ⁊ gūmi albotin ⁊ āmonia-
cū ⁊ ireos ⁊ virtus aromaticoꝝ. Qꝫ si declināt ad ma-
turationē ⁊ sedationē fac sic dictū est in caplo primo:
⁊ ꝯsidera in eis illud qđ dicit in caplo stomachi.

¶ Prio pro sufficiēti cura remittit nos ad aliū locum. Scđo docet
aliqualr curare. ibi (Et administra.) Et hec in duas. Prio docet
illa apata sanare añ maturationē. Scđo post. ibi (Qꝫ si declināt.)
Pria i duas. Prio ꝑmittit in gñali qles medicie cōpetūt. Scđo
eas specificat. ibi (Intrinsecus qdē.) Et hec in duas. Prio expli-
cat eas q ab itus. Scđo q ab extra. ibi (S3 exteriꝰ.) Et est notādū
q2 fit p maturantia erumpētia ⁊ exiccātia. ¶ Cōsidera ꝙ qñq3 ad
eruptionē medicie nō sufficiūt: vñ tētā op3 iponere sic ego ipe fie-
ri ꝑcepi hoi apato in mery frido apate sanioso. ruptū eni fuit cu3
tenta plūbea cum medicine non facerent.

¶ De eruptiōe sanguis ex mery. Cap. 11ᵐ.

Iam sciuisti cās eiꝰ ⁊ signa ipsiꝰ in caplo eru-
ptiōis sanguis ex stōcho. Et op3 vt qrant il-
lic. Et ex eis qbꝰ fit dria ē illud qđ dr in cura-
tiōibꝰ eruptiōis sanguis ex stōcho. s. ꝙ medicie i hac
eruptiōe op3 vt sint medicie hñtes viscositatē ⁊ gluti
nositatē vt nō ipellāt ad stōchū subito: imo curāt sup
locū eruptiōis cū lēta mora vt posse sit eis agere in eū
cū illa lēta mora opationē fortē: quāuis redeāt p vias
venaꝝ ⁊ agāt in ipm. Veꝝ cū virtute debili ꝓp lōgitu
dinē viaꝝ ⁊ multitudinē passionis in vijs.

¶ In solone ꝯtinuitatꝫ aut est fluxus sanguis ⁊ vocat eruptio san-
guinis ex mery. aut est sanies ⁊ sunt parua in respectu ⁊ vocāt vl-
cera. Prio ḡ ꝑme dispōnis ponit curam. Scđo scđe. ibi (Qñq3.)

Vlt ꝙ Aui. totū suū librū mēti hēat vel habuerit. qđ eni nōdū ha-
buimꝰ dicit sciuisti. ⁊ hoc est scitū ex fen hac caplo de vomitu. qđ
ergo scire debemus dicit sciuisti. ⁊ hoc multotiēs est in Aui. toto.
Prio ḡ ponit modū medicinaꝝ ⁊ modū exhibitionis. Scđo remo-
uet dubiū. ibi (Quāuis.) ¶ Dubiū qđ remouet ē h. dicit ꝙ non de-
bēt ꝓpelli medicie ad stōchū. Diceret aliqs: imo q2 cū trāsierit
ad stōchū ⁊ post ad epar: ⁊ iteꝝ reuertūt p venas veniētes ab epa
te ad stōchū. Dic ꝙ q̄uis h sit tñ debiles sūt qñ reuertunt ꝓp mul
tā actionē quā mēbra in illas fecerūt ⁊ ꝓp longam viam.

¶ De vlceribus mery. Cap. 12ᵐ.

Quandoq3 accñt vlcera in mery ⁊ scissura ac-
cidente in ipso aut ꝓpter apata que erūpan
tur in eo: aut ꝓpter humores acutos trāseun
tes in ipso cū fit vomitus ⁊ similia ⁊ non elō-
gatur quin eueniant cum est catarrus.

¶ Ponit primo cās vlceꝝ. Scđo signa. ibi (Iā ostēdimus.) Tertio
curam. ibi (Si fuerint.) Patent cause vlcerum.

¶ De signis ipsoꝝ. Cap. 13ᵐ.

Iam ostēdimus in caplo vlcerum stomachi
drīam iter vlcera stōchi ⁊ vlcera mery. Illic
ergo ꝓpedant. Veꝝ significatiōes ꝙ in me-
ry ē vlcus ⁊ nō apa sūt ꝙ deglutitio in apa-
te ipedit cū magnitudie bucelle ⁊ quātitate eiꝰ plus q̄
ipediat cū qlitate ipsiꝰ ex acuitate aut acetositate aut
stipticitate. Veꝝ ſm diuersitatē qlitatꝫ in ea diuersifi-
cat in vlceribꝰ ipedimētu3. Et fortasse manatio eqlis
quātitatꝫ nō ipedit ⁊ parua q h3 qlitatē dñantē ipedit
ita vt nō penetret: ꝓpterea q2 cōprimit ip3 sua quātita
te: s3 affecta qlitate forti ipedit ⁊ dolorē facit. Et illiꝰ
qdē cui accidit vlcus a plaga añcedēte a cura fit diffi
cilis ⁊ est super extremitatem mortis ſm plurimū.

¶ Signa dicit ꝙ posuit. s. post in hac fen. signū tñ distictiuū qđ vult
ponere Aui. est hoc. nā q h3 apa ledit in trāsglutitiōe a re q come-
dit potiꝰ vt quāta q̄ vt qlis vel vt acetosa vel salsa vel acuta ⁊c. s3
hñs vlcus ledit potiꝰ a re vt qlis: q2 vt acuta ⁊c. ⁊ nō vt quāta: imo
res multa ⁊ leuis ptrāsit qñq3 sine nocumēto. Dicit post ꝙ q h3 vl
cus ꝓp plagā que ꝑcessit. s. q2 facta fuit plaga ex icisione cu3 ferro
vel pcussione: tūc est ꝓpe mortē ſm plurimū. ⁊ cā est: q2 penetrat
totū mery cū sit ad extra ⁊ ꝑsumit magna: ⁊ ideo fere mortalis est
cū tollat deglutitiōis actū. si enim deglutit auget ⁊ nō cōsolidatur
plaga. si nō deglutit morit ⁊c. ⁊ iō periculum magnum est.

¶ De cura. Cap. 14ᵐ.

Si fuerit in mery vlcera nō in potu tribuemꝰ
medicinas ꝯsolidatiuas illoꝝ vlcerū subito
sic facimꝰ cū volumꝰ in potu tribuere medici-
nas vlceꝝ stōchi ⁊ alioꝝ: imo idigemꝰ in illis
medicinis vt demꝰ eas ad potādum paulatim: ⁊ vt eli-
gamus eas grossas viscosas aut eis misceamꝰ viscosa
⁊ grossa. Et cā in hoc est: q2 medicine nō morant sup
mery neq3 figunt: imo transeāt ⁊ separant. Cūq3 sepa
rant in potu ⁊ nō potāt subito obuiāt faciēdo obuia-
tionē: qre efficiūt operatiōe3 post opationē. Cū ergo
iuiscant adherēt suo itinere ⁊ figunt ⁊ nō separant su
bito. Illaꝝ vō medicinaꝝ substantias dicemus in ca-
pitulo vlcerū stomachi. ipse enim sunt ille.

¶ Cura eius plana ⁊ excusatio quā ponit Aui. ⁊c.

¶ De signis cōplonū nālium stōchi. Cap. 15ᵐ.

Signa cōplexionis calide nālis in stomacho
sunt ꝙ bñ digerit cibaria fortia sicut carnes
vaccinas ⁊ anserias ⁊ alia: ⁊ ꝙ corrūpunt in
ipso cibi subtiles leues sic caro pulloꝝ ⁊ lac:
⁊ ꝙ ipse recipit cibos qui sunt calide cōplexionis me-
lius: ⁊ ꝙ digestio vincit appetitum.

¶ Determinauit

Determinauit superius Aui. de dispōnibꝰ mery: hic determinat de dispōnibꝰ stōchi. Et p̄ ponit signa nāliū cōplexionū stōchi. Secūdo determinat de dispōnibꝰ eius nō nālibus. ibi (Stomacho.) ⁋ Prima in q̄tuor ſm ꝙ q̄tuor sunt stōchi nāles cōplexiones. Primo ḡ ponit signa calide cōplexionis. Scđo fride. ibi (Signa cōplexionis frigide ⁊c̄.) Tertio sicce. ibi (Et signa cōplexionis sicce ⁊c̄.) Quarto humide. ibi (Et signa cōpl'onis humide ⁊c̄.) Cōsiderandū ꝙ stōchū calidū bene digerere cibaria: pōt itelligi dupl'r. Uno mō bene quo ad digōnis formā: ⁊ h̄ mō eiꝰ nō est bona digō cū talis digō sit stōchi tēperati. Scđo mō pōt intelligi ꝙ bene digerat: q2 sit fortis digōnis: ⁊ h̄ mō est verū: q2 cibaria grossa bene digerit pp̄ forte ⁊ acutā ipsiꝰ caliditatē: ⁊ ideo corrūpit subtilia: q2 ꝯuertunt in fumū pp̄ forte agēs sicut ligna pauca multuz sicca in forti igne: ⁊ recipit cibaria calide cōplexionis melius. ⁊ cā est: nā moderata discrasia nālis ꝯseruat a simili: ⁊ q2 ꝯſuatio fit per res ḡdus eq̄lis: apparet ꝙ ista calida debēt esse in ḡdu eq̄lia. digō vincit appetitū: q2 plus pñt digerē q̄ȝ appetūt. s. de cibo. Considerādū ꝙ fames siue appetitꝰ ad cibū cātur plus a frido q̄ȝ a calido: ⁊ h̄ supponat ad p̄ns. digō aūt a frido nō fit sed a calido: ⁊ iō isti sunt fortꝭ digōnis ⁊ ꝑui appetitꝰ: lȝ. n. in eis multa fit resol'o: tñ resol'o nō est īmediata tota cā famis: sed potius friditas: vñ appetitꝰ mag̃ fit a frido. vñ lȝ ex eis multū resoluat: multū tñ aliūde nutrimētum attrahūt pp̄ caliditatē. Cōsiderādū ꝙ Gal'. in thegni. z. tex. cōmē. 3. trac. de vētre. dicit. in signis huiꝰ cōplexionis ꝙ neq̄ȝ a fridis nocet ſm moderatū vsum. Cā aūt pp̄ quā. A. h̄ non dixit est: q2 volebat ponere signa sumpta magis a calida cōplexione stōchi ſm se vt calida est. calidus aūt stomachus iuuat sibi similibꝰ vt calidis: sed si frigidis iuuet hoc nō est ſm se: sed aut cū volumꝰ ad tēperamentū perducere aut cum volumus lapsum ꝓhibere.

Et signa cōplexionis fride nālis sunt vt nō sit in appetitu diminutio: ⁊ sit in digōne diminutio: q̄re nō digerit nisi cibaria subtilia leuia: ⁊ vt sit melius recipiēs cibaria que sunt frigide complexionis.

Ponit hic Auicē. signa stōchi frigidi ⁊ sunt: q2 appetitꝰ. s. cibi nō est diminutus ⁊ non dixit bonus: vt dixit Gal'. z. thegni tex. cōmē. 4. trac. de vētre: q2 ꝓprie iste appetitꝰ bonus dici nō pōt cū digōni nō ꝓportionet: est ḡ nō diminutꝰ: īmo additus respcū sue digestiue: ⁊ hoc ꝓpter friditatē cōplexionis: ⁊ cibaria leuia digerit et recipit melius: q2 fride cōplexionis sunt. s. sibi in gradu similia. et similiter intelligendum ꝙ a calidis moderatis iuuat.

Et signa cōplexionis sicce nālis sunt ꝙ sitis multiplicat in ꝯsuetudine ⁊ sit ꝯtētus pauca quātitate potus ⁊ aduenit nausea ex q̄ȝtitate plurima ⁊ est stomachus recipiens cibos plurime siccitatis melius.

Ponit hic signa cōpl'onis sicce ⁊ sunt sitiētes: cā est pp̄ siccitatē exiccantē humidū: q2 mag̃ exiccabile est. tale aūt hūidū est subtile. Et ēt alia cā: q2 isti facil'r iflāmant. sunt enim sicci cū tēperātia actiuar: ⁊ iō in eis lima caloris est vt siccitas: vñ facilius sūt apti ab eadē cā iflāmari ſm stōchū q̄ȝ habētes stōchū humidū cū illud calidū qđ habēt sit mag̃ acutū: multiplicat ḡ sitis ꝯsuetudine eis. Sunt tñ isti ꝯtenti pauca potus quātitate: ⁊ hoc q2 a leui cā sitiȝ incurrunt: ⁊ iō leuē potū expetūt: ⁊ lȝ sepe sitiāt sed aduenit eis nausea ex q̄ȝtitate plurima. ⁊ cā est: q2 isti đ se ⁊ eoꝝ nā sicca appetūt. si ḡ appetūt humida hoc est ꝓpter sitim: ⁊ illa fit a leui cā: ⁊ ideo pauca cā humiditatē aut potū appetūt: quātū ḡ superāt illa ītātū grauant ⁊ nauseant. recipit aūt melius siccos cibos: ⁊ hoc ꝓpter naturalē cōplexionē siccaȝ esse. Et cōsideret ꝙ dixit. recipit cibos plurime siccitatis. Et de humido idē dicit. Et de calido ⁊ frido nō dixit. recipit cibos plurime caliditatꝭ aut plurime frigiditatis. Et causa est: q2 iste sūt qualitates passiue: ille aūt actiue: vnde de intentione magis agent qđ de passiuis sic non contingit.

Et signa cōplexionis humide nālis sunt ꝙ sitis est parua cū tolerātia potꝰ plurimi ⁊ securitate a nausea: ⁊ stomachus est recipiēs cibos humidiores melius.

Dixit ꝙ humidi stōchi sitis est parua. s. q2 tardus euētus: ⁊ q2 in se parua: q2 cū ī istis nulla sit cā sitis: q2 nec siccitas nec caliditas tñ obtusa sit ab humido ⁊ pp̄ similitudinē ferūt plurimum potū.

Notandū ꝙ Aui. derelinquit determinare de signis cōpositaꝝ cōplexionū stomachi naturaliū dās hec intelligere ex simplicibꝰ.

Cōsiderandū ꝙ stomachꝰ quātū ad extrinsecā tunicā est calide ⁊ humide cōplexionis magis: sed quātū ad itrinsecā frigide ⁊ sicce cū sit neruosus: ⁊ ideo in sūma eius nālis cōplexio ad frigidū ⁊ siccum declinat: q2 maior eius tunica frigida ⁊ sicca intrinseca est hmōi: vt. 5. de iuuamētis mēbroꝝ a Gal'. dicit. ca. z.

De egritudinibus stomachi. Cap. 16m.

Stomacho accidūt quādoq̄ȝ egritudies malitie cōplexionis. xvj. pure ⁊ facte cū mā sanguinea vel cholerica cū spēbus suis: aut flegmatica vitrea aut subtili natāte aut habēte ebullitionem: aut flegmatica acetosa aut salsa: aut materia melancholica acetosa aut pontica.

Determinatis signis naturaliū cōplexionū stomachi: nūc Auicē. intēdit ꝓsequi de egritudinibꝰ eius. Et p̄mo determinat de egritudinibus stomachi in generali. Scđo in speciali. ibi (Significant ipsam sitis.) ⁋ Prima in duas. Primo determinat de diuersis stomachi egritudinibꝰ ⁊ causis. Scđo de signis dispōnum stomachi. ibi (Res ex q̄bus.) ⁋ Prima in tres. Primo p̄mittit diuersas egritudines que stomacho eueniunt. Scđo de eoꝝ causis exequit. ibi (Et malitia q̄dem cōplexionis.) Tertio ponit quēdā cañ. cōem ad curā stomachi in egritudinibꝰ addēs quedā. ibi (Et scias.) Egritudines que pñt accidere stomacho sicut alijs mēbris organicis sunt tres in gñe. s. egritudines cōplexionales egritudines cōes et egritudines instrumētales facte in nā officiali. Primo ḡ enumerat egritudines cōplexionales ⁊ diuersitates malarū cōplexionuȝ adueniētiū stōcho. Scđo enumerat egritudines cōes. ibi (Et accidunt.) Tertio enumerat factas in instrumentali nā. ibi (Et accidit ei ex egritudinibꝰ.) Cōsiderādū ꝙ. A. dixit. aut cholerica cū speciebꝰ suis. q2 nulla spēs cholere est que ad stōchū nō possit ꝯfluere: īmo quedā spēs cholere in eo ḡnant vt cholera prassina: sȝ ponēs spēs flegmati enumerat modos de q̄bus itelligebat. Omisit aūt aliquē modū flegmatis vt flegma gipseū: q2 hoc in stōcho inuētionē nō hȝ. Simil'r enumerans modos mel'ie posuit duos modos ex saporibꝰ in q̄bꝰ fere oīs melācholie spēs ꝯuenit: q2 melancholia aut est acetosa pura aut acetosa acris aut pontica.

Et accidūt ei apostemata ⁊ accidūt ei vlcera ⁊ resolutio singularis ⁊ que currūt via eoꝝ ex causis intrinsecis ⁊ extrinsecis sicut casu ⁊ percussione. Et q̄ñq̄ȝ tolerat disruptionē ⁊ nō interficit statim: ⁊ q̄ñ peruenit vltime resolutio ad hoc vt disrumpat corpus stomachi: tunc patiens moritur. Inquit Hippo. omnis cuius disrumpitur stomachus moritur. Et quandoq̄ȝ accidit ei raritas texture in villis suis: ⁊ quādoq̄ȝ accidit ei vehementia spissitudinis.

Cōsiderādū ꝙ egritudo pōt dici cōis: aut ex parte nāe in qua fit: ⁊ hoc mō sola solutio ꝯtinuitatis est morbus cōis. Alio mō ex pte aggregatiōis ⁊ cōpōnis pluriū morboꝝ: ⁊ hoc mō apostema morbus cōis dr̄. His ḡ duobꝰ modis accipiēdo morbū cōem determinat de morbo cōmuni. Cōsiderandū ꝙ stomachus aut hȝ solutionē magnā ⁊ statim tūc interficit: q2 membrū nobile est ⁊ principiū digōnis cibi pro toto corpore quo ablato vita stare nō pōt: sȝ si solutio singularis nō sit magna ⁊ tamē perforet adhuc iterficit sed nō sic cito: sed si nō perforet videt sentire Gal'. ꝙ in intrinseca tunica facta cū sit carnosa possit ꝯsolidari in cōmē. illius afor. 18. 6e parti. Uesicam incisam. in quo afor. est auctoritas Hippo. quā Auicē. hic allegat. Dixit aūt disrumpit vt per hoc insinuet magnā fore solutionē ꝯtinui illius. Considerādū post ꝙ villi stomachi nō solū debēt habere ꝯtinuitatē eis ꝓpriā que incedit ſm longitudinē cuiusq̄ȝ villi: sed debēt habere ad fixionē cōtexturā cōgruā vniuscuiusq̄ȝ alterius: ⁊ hoc iter se ⁊ oēs adinuicē: ⁊ forsan ꝙ hec textura est potius pertinens ipsis vt participēt natura officialis membri q̄ȝ vt participent natura mēbri cōsimilis: sed de hoc non est cura. Cum ergo textura illa elargat: tunc fit quidā modus solute ꝯtinuitatꝭ: vnde pōt raritas texture morbꝰ solutionis ꝯtinuitatis dici: lȝ ſm aliā ꝯsiderationē pōt dici morbꝰ situs. sed quādo densat ēt pōt dici morbꝰ solute ꝯtinuitatis iquātū vna pars alterā densando ꝯtinuū soluit sicut facit fridū vt sumit. 4. de simpli. medi. ca. 3. lȝ etiā morbus situs possit dici. fere. n. nullū est cōsimile mēbrū qđ nō sapiat aliq̄d de nā officialis: vt Auer. z. colliget. ca. 3. Cōsiderans ergo Aui. raritatē texture ꝙ possit poni iter morbos solute ꝯtinuitatis stomachi dixit. ⁊ que currunt via eoꝝ. vel dixit hoc ꝓpter excoriationes ⁊ fissuras ⁊ pustulas vlceratiuas.

Et accidit ei ex egritudinibus creationis in quātitate vt sit magnus valde aut paruus valde. Et ex egritudinibus figure vt sit: verbi gratia vehemētis rotūditatis. Et ex egritudinibus asperitatis ⁊ lenitatis vt

fit vehemētis lenitatis lubricus. Et ex nocumēto fit⁹ vt sit situs eius. v.g. vehemētis apparitionis ad exteriora. Et qñqз accidit ei etiā oppilatio in villis suis ꝛ oppilatio in meatib⁹ stōchi ad epar ꝛ ad splenē: ꝛ accidit sanguinolēta egestio si fuerit istud in vijs epatis: ꝛ paruitas appetitus si fuerit istud in vijs splenis. Et quādoqз accidunt in stomacho ventositates ꝛ inflatio causa ciborū ꝛ causa debilitatis sue in seipso ꝛ nos faciemus ad illud caplm singulare.

¶ Cōsiderādū ꝙ iste egritudies pñt dici creatiōis dupliciter. Uno mō creatiōis. i. a gnōne inherētes: ꝛ hoc veritatē hēre pōt ꝓpterea qꝛ saltē q̄titas figura ꝛ situs sūt dispōnes stōchi nāles: qꝛ insunt mag̃ ex ꝑncipijs gnōnis q̄ꝫ ex tpe: cū ꝓprie stōch⁹ ex accidēte non possit fieri maior vel minor alterius figure vel situs q̄ꝫ sit a nā nisi raro. Alio mō pñt dici egritudines creationis. i. cōpōnis vt egritudines facte in nā organica. ¶ Propter qđ ꝯsiderādū ꝙ nā creature pōt duplr̃ accipi. Uno mō ꝓprie: ꝛ sic distinguit̃ ꝯtra naturā q̄titatis numeri ꝛ situs. ꝛ solū ꝯtinet sub se q̄tuor spēs. s. figurā viā receptaculū ꝛ suꝑficiē: ꝛ h̄ mō nā creatiōis nō sumit̃ hic: qꝛ falsus eēt text⁹. A. cū dicit. accidit ei ex egritudinib⁹ creationis in q̄titate ꝛc̃. qꝛ egritudo q̄titatis non est egritudo creationis. Alio mō pōt accipi nā creationis large: vt cōiter se hꝫ ad oēm nām officialē: ꝛ hoc mō sumit̃ hic. vocant̃ aūt nāe officiales nāe creatiōis: ꝛ per ꝯñs egritudines in eis: qꝛ ꝓprie harū nārum pōt dici potius creatio q̄ꝫ per trāsmutationē gnō cū ille nāe sint figura quantitas numerus ꝛ situs. In istis aūt ꝓprie ꝯrietas nō est: aut saltez nō sic̄ in q̄litate ꝛ cōplexione que nā ꝯsimiliū est. ¶ Cōsiderādū ꝙ Auic̄. tacuit numeri egritudines: qꝛ in stōcho morbus in numero addito nāli nō fit cū sit in quātitate situ ꝛ figura. ¶ Cōsiderādū post ꝙ oppilatio fit aut in vijs epatis. i. ab epate ad stōchū: ꝛ tunc fit egestio sanguinis. ꝛ cā est. mamille vene veniūt a ramis venarū porte vt supra p° cañ. fen. 1. cū ḡ fit oppilatio reuertit̃ sanguis ad venas illas ꝛ egredit̃ per intestina: ꝛ fit sanguinis egestio: ꝛ ēt fit stomachi debilitas cū nō hēat nutrimentū. ¶ Apparet. falsitas expositionis Alberti qui dicit ꝙ intelligit̃ de oppilatione venaꝝ gibbi epatis. Et rō est cū dicit: qꝛ oppilatio cōcaui facit egestionē chilosam. Sed sermo hic est corrupt⁹. Ampli⁹ venarū que ab epate ad stōchū portāt nutrimētū. s. sanguinē: ꝛ sunt a ꝯcauo. Aut fit oppilatio in vijs splenis. i. a splene ad stōchuз: qꝛ inter eos est via que portat melācholiā vt excitet appetitū vt supra de humorib⁹ ꝑmo cañ. fen. 1. ꝛ infra fen. 15. Cū ergo fit oppilatio ibi minorat̃ appetitus. fit qñqз inflatio cā amboꝝ. s. epatis ꝛ splenis de quo facit capitulum in quinto tractatu huius fen ꝑmo capitulo.

¶ Et malitia qdem complexionis in stomacho quandoqз fit ex causis extrinsecis: scilз ex calore ꝛ frigore ꝛ aliorum ab ambob⁹. Et quandoqз fit ex causis intrinsecis. Et ex egritudinib⁹ qdē stomachi sunt quedam que cōmouent̃ in calore vehemēti: aut ꝓpterea ꝙ ipse adiuuat eū in attractione materierū malarum ad ipsum: aut qꝛ adiuuat caliditatē eius ad resoluēdā materiaз in ipso malo adiutorio nō naturali resoluēte ipsam ad formam non naturalē.

¶ Exequit̃ Aui. ad declarandū egritudinū causas. ¶ Ad cuius euidentiā ꝯsiderandū ꝙ Auicē. nō ponit causas ꝛ modos egritudinū creature factarū in quantitate figura ꝛ situ: qꝛ ille egritudines vt dicebat̃ habēt causas in ꝑncipijs gñationis: sed exequit̃ de causis malarū cōplexionū: ꝛ qꝛ in hoc tractabat causas male cōplexionis māles vel efficiētes que sunt humores currētes ad stomachū aut in eo gñati: ꝛ ideo simul cū hoc erunt in gñali inuestigate cāe apostematū ꝛ oppilationū: cū iste egritudines ab illis humoribus fiant. Et hoc etiā poterūt haberi cāe egritudinū stomachi factarum in superficie ꝓpter illud qđ diuersus modus male cōplexionis ꝛ diuersa mā pñt esse cā lubricitatis ꝛ asperitatis in stōcho. Exequit̃ etiā Auicē. de causis cuiusdā dispōnis stomachi quā etiā in solutā ꝯtinuitatē ꝫm quid reducebamus. s. de causis relaxationis texture stōchi. Nō aūt exequit̃ de causis alioꝝ modoꝝ solute cōtinuitatis: qꝛ solutiones ꝯtinuitatis facte a causa extrinseca note sunt. facte aūt a cā intrinseca cū habeāt pro cā humores ad stomachū currentes rodentes vel vlcerātes erūt tūc note ex determinatione modoꝝ māerū fluentiū ad stomachū. Primo ḡ Auicē. ꝑmittit q̄dā diuisionē cārū male cōplexionis declarās quasi vnū membrū addēs quedā. Scđo exequit̃. ibi (Et qñ est cū mā.) ¶ Cōsidera tñ ꝙ cū vehemēti calore extrinseco vel itrinseco cōmouētur qñqз egritudies stomachi sicut cū vehemēti frigore cōprimēte ꝛ densante. expressit aūt magis de calore: qꝛ videbat̃ forsan magis alienū ꝙ egritudines stomachi in calore mouerent̃.

¶ Et qñ est cum materia: tunc non euacuat̃ quin aut sit cū materia imbibita in corpore ipsi⁹ submersa aut adherens super corpus eius aut effusa in concauitate ipsius. Et quādoqз est humor inuētus in ipō generatus. Et quandoqз est effusus ex mēbro alio ad ipsum sicut effundit̃ ex cerebro cū catarro calido aut fridor calefit ꝑꝑ ipm cōplexio stomachi aut infrigidat̃ ꝛ declinat ad cōplexionē eius qđ descendit ad ipsum.

¶ Hic exequit̃. Ad cuius euidentiā ꝯsiderādū ꝙ Aui. volēs declarare ꝑdictos modos egritudinū stōchi de qb⁹ explicite exequit̃: hꝫ ꝑmo declarare cās ꝛ modos cārū: hꝫ ēt declarare diuersuз modū lesionis opōnū stōchi a ꝑdictis morbis ꝛ causis. Primo ḡ Aui. declarat diuersitatē cārū dispōnū stōchi ꝑdictaꝝ. Scđo declarat modū diuersuз nocumēti a ꝑdictis morbis: ostendēs qūo diuersimode pōt stōch⁹ in suis operationib⁹ ledi. ibi (Et oīs cōplexio debilitās suꝑflue.) ¶ Prima in tres. Primo declarat modos intrinsecarū cāruз male cōplexionis: ꝛ per ꝯñs morboꝝ alioꝝ q ex illis causis accidere pñt. Scđo ostēdit cās alterius dispōnis stōchi de qua exequit̃. s. raritate texture. ibi (Et qñqз accidit stōcho.) Tertio enumerat modos aliarū cārū extrinsecarū mag̃ que sunt cāe egritudinū stōchi. ibi (Et cā egritudinuз.) ¶ Prima in duas. Prio ponit diuisionē cārū māliū intrinsecarū. Scđo exequit̃. ibi (Sicut effundit̃.) ¶ Ad huius scđe ptis euidētiā notādū ꝙ ex diuisionib⁹ quas ꝑmisit Aui. vna est alia ꝑncipalior vt hec: aut ꝙ mā gñat̃ in stōcho aut effundit̃. ꝛ vtraqз aut est imbibita ꝛc̃. Scđm ergo primā diuisionē ꝑmo ostēdit modos materierū effusarū ad stōchuз ꝛ mēbra a qb⁹ effundit̃ ꝛ cās effusionis. Scđo ostēdit modos materierū in stomacho generatarū cōparās ad modos māerū effusarū. ibi (Et plurimū qđ inuenit̃.) ¶ Cōsiderandū aūt in effusionibus materierū tria. s. mēbra a qbus materie fluunt ad stomachū. Scđo ostendit causas multas in fluxu illarū. ibi (Et qñqз adiuuāt illud.) Tertio ostendit diuersitatē materierū quarūdā effluentiū ꝛ cās. ibi (Et cā in effusionib⁹.) ¶ Mēbra a qb⁹ materia ad stōchū fluere pōt sunt cerebrū fel epar ꝛ splen. Quatuor ergo facit ꝫm ꝙ quatuor sunt hec mēbra. Scđa ibi (Et similr̃.) Tertia ibi (Et qñqз effundit̃ ad ipm ex epate.) Quarta ibi (Et qñqз.)

¶ Et similiter quādoqз effunduntur ad ipsum ex felle humores ad stomachū cholerici: ꝛ illud in quibusdā in quibus creantur vie plures ex felle ad stomachum loco aduent⁹ sui ꝫm plurimū ex felle ad itestina: quare effundit̃ ad stomachū illud qđ opз vt effundat̃ ad intestina. Cūqз ꝓlongant̃ faciunt accidere salsi ꝛ acuti qui sunt ex eis in stomacho vlcera ꝛ frigidi ꝛ isipidi lenitatem ꝛ lubricitatē. Et quādoqз peruenit eoꝝ impressio ad primū intestinum eoꝝ que sequunt̃ ipsum. Sed corruptio appetitus ꝛ alistimbre in ipso est res prima. Sunt enim quidā homines in quibus creatur illud ꝫm contrariū consuetudinis ꝛ ꝫm cōtrarium illius qđ diximus in anathomia ꝛ ꝫm diuersitateз eius qđ est plurimū in creatione venarum venientium ad stomachum ex felle. Et quādoqз effunditur ad ipsuз ex epate ꝛ ex felle in quibusdā in quib⁹ creatur ex felle via magna ad stomachū: quare effunditur in ipsuз illud qđ erat necessarium vt effunderet̃ ad intestina. Et quādoqз effundit̃ ad ipsum melācholia ex splene etiā sicut faciaз te cognoscere. Et plurimū qđ ad ipm effunditur est cholera ex epate.

¶ Ista ꝑs hꝫ duas. Prio ostēdit qūo a felle effundit̃ qñqз materia cholerica. Scđo quedā declarat. ibi (Cum ꝓlongat̃.) ¶ Illa que declarat sunt duo. Primū quid faciunt humores qui fluunt in stomacho per catarrū descendentē a cerebro: ꝛ quam partē stomachi plus ledunt ꝛ quā operationē prius impediunt. Scđo quomō

est ꝙ a felle ad stomachū cholera fluit. ibi (Sunt enī qdā hoīes.)

¶ Humores qdē a capite veniētes in stōchū p̄us corrūpūt appetitū ⁊ alistimbre. i. bonitatē digōnis: q2 p̄us in stōcho in parte superiori occurrūt. Eadē verba Gal. 6. de regi. sani. illo cap̄. Tēpus vere iam. ¶ Cōsiderādū aūt ꝙ lz a capite ad stomachū māe fluāt: raro tamē cholera a capite ad stōchuz venit: vt Gal. 2° de cōplexionib⁹ ca. 6. ¶ Cōsiderādū post ꝙ lz a poro felleo nāliter cholera deriuat̄ ad ieiunū: in qbusdā aūt creat̄ qdā subtilis porus ad fundū stomachi: vt Gal. 2. cōplexionū ca. 6. ⁊ ĭfra. cū ḡ porus ille magnus tēdit ad fundū stomachi aut ille qui ad stomachuz vadit est maior illo qui vadit ad ieiunum: tūc ɔtra nālē ɔsuetudinē cholera ad stomachū trahit̄. ⁋ Cū dicit. Et plurimū qd̄ ad ip̄m effundit̄ ex epate est cholera. ⁊ ille est bonus intellect⁹: q2 ab epate ad stomachū vtplurimū cholera vt quid superfluuz transit: nō aūt aliquis alioꝝ humoꝝ. Sanguis enī qui ex epate vadit ad stomachū vadit ad nutriēdū nō in modū superflue effusionis. Uel posset legi sicut iacet ꝙ id qd̄ plurimū effundit̄ ad stomachū est cholera ex epate plus. s. q̄z aliquis humor ab alijs mēbris. Et causa est p̄mo q2 epar magis aliquo mēbro attingit stomachū cuz suis pēnulis multum cooperiat: humor ergo qui in epate subtilis est faciliter per resudationē ad stomachū ire potuit. facilius dico q̄z multa melācholia ex splene aut q̄z multū flegma ex capite. Scd̄a causa est: q2 mediante felle in quibusdā sibi alligat̄ ⁊ in omnib⁹ mediantib⁹ venis ramificat̄ a vena porte: vtplurimuz ergo humor qui transibit ad stomachū erit ex epate: ⁊ q2 humor q ex epate magis apt⁹ est ad cursum ⁊ motū est cholera: ideo maxime trāsibit cholera.

Dubm 1m ¶ Sed tu. d. imo videt̄ ꝙ a cerebro plus recipiat materiā stomachus: q2 semper videmus illū vtplurimuz aggregare flegma. tale aūt distillat sibi a capite. ⁋ Dōm ꝙ a capite venit plus ad stomachum de flegmate: raro aūt alius humor: sed ꝙ a capite plus recipiat q̄z ab epate: hoc forsan non verificat̄: q2 caput magis a stomacho distat q̄z epar: etiaz q2 lz a capite descendat materia plus recipit̄ in partibus pectoris ⁊ oris q̄z in partibus stomachi cuz illi magis appropinquēt: ⁊ q2 pectoraliū caliditas iuuat ad eliquationem ⁊ attractionē flegmatis descendentis. ⁋ Ad id aūt qd̄ dicitur in ɔtrariū ex Auicē. dico ꝙ nō est necessarium ꝙ id veniat a capite: sed in ipsomet pōt aggregari.

Dubm 2m ¶ Diceret etiā quis cū stōchus a toto corpore possit recipere materiā: cur Auicē. de hoc nō dixit. ⁋ Dōm ꝙ si a reliquo toto corpore stomachus posset materiā recipere: hoc est maxime mediāte epate: vnde ꝓnosti. 2. 13. cōmē. stomachus ɔtinuat̄ cū omnib⁹ mēbris mediante epate ⁊ recipit superfluitates oīum membroꝝ mediante ipso. Et q2 Aui. fecerat mētionē de fluxu materierū ab epate ad stomachū: ideo hoc ĭtelligi dedit: ⁊ per id ēt qd̄ post dicet.

¶ Et quādoq3 adiuuāt ad illud cause que sunt in stomacho sicut dolor vehemens cōpressio ⁊ tarditas cibi ⁊ debilitas virtutis eius expulsiue. Et quādoq3 est causa in eo ira aut tristitia aut passio aīalis ex eis que mouent materiā ⁊ effundūt eam ad stomachū ⁊ facit accidere mordicationē que nō remouet̄ nisi vomitu. Et quādoq3 effundunt̄ ad ipsum cū huiusmodi motibus ⁊ ꝓprie dolore humores virulenti precipue cū fuerint in illis partibus vlcera. Et cum hoc quādoq3 effundit̄ ad ipsum melancholia etiam.

¶ Quomodo dolor sit attractionis causa nihil ad presens: scimus tamē ꝙ attrahit. Et cōpressio. i. cōstrictio. Et tarditas. s. oblationis cibi. Et debilitas. i. paucitas cibi. Et similiter passiones aīales que mouēt ad interiora materiā aut que interius faciūt inflāmationē sicut tristitia cogitatio ⁊ ira. Ex qbus sumit̄ verificatio eius qd̄ supra caplo de cura syncopis facte ab accidētibus aīe dicebatur: cū in eius cura vomitus p̄cipiebat̄. Effundunt̄ autē humores virulenti in fame ꝓpter id qd̄ stōchus vehemēter attrahit a mēbris. Sinunt aūt mēbra potius ab eis ad stōchū trahi superfluos humores q̄z bonos. vnde fen. 3. p̄mi cañ. tolerare famē stomachū putridis replet humorib⁹. Qñq3 aūt effundit̄ ad ip̄m melīa in huiusmodi motib⁹: ⁊ hoc est cū ipsa abundauerit in corpore: sed ꝓpter grossitiē ⁊ congelationē nō mouet̄.

¶ Et cā in effusionib⁹ melīe ad ip̄m est multitudo melācholie aut debilitas stōchi: ⁊ cāe multitudinis melācholie sunt ex eis que tu scis. Et cā effusionis sanguis ad ip̄m est multitudo sanguinis ⁊ cōmotio ei⁹ in mēbro nobiliore eo vicinitate ei⁹ in latē suo sic̄ est epar: aut supra ip̄m sicut est cerebrū: cū ex ip̄o effundit̄ sanguis ad guttur ⁊ mery ⁊ penetrat ad stōchū ⁊ virtutis ipsius expulsiue debilitas adiuuat ad recipienda oīa que effundunt̄ ad ip̄m. Et ex causis fortib⁹ in effusione sanguis ad ip̄m ⁊ ad alia est retentio cursus menstruoꝝ ⁊ sanguis hemorroidaruz aut sanguinolente egestiones aut dimissio exercitij cōsuetiui vel ĭcisio mēbri: q̄re supabūdat illd̄ qd̄ nā p̄parauit ei ex mā ⁊ indiget expulsione Et qñq3 expellit̄ ex via stōchi ⁊ euomitur sanguis. Et scias ꝙ debilitas stōchi est cā fortis in effusione eius qd̄ effundit̄ ad ip̄m.

¶ Hic ostendit diuersas materias fluentes ⁊ causas. habuit autez hic ostēdere de melācholia ⁊ sanguine: q2 de flegmate dixit ꝙ venit a cerebro ⁊ adhuc de eo dicet. De cholera autem multa dixit. Op3 ergo ꝙ ostēdat causas fluxus melācholie. Et scd̄o sanguinis ponens nihilominus causas generales in fluxu materierū ad stomachum. ibi (Et causa effusionis sanguinis.) Qd̄ membri abscisso possit facere sanguinis cursum Gal. sentit. 6. de accidēti ca. 2. ⁊. 7. terapē. 10. ca. ⁊ de interiorib⁹. 5. cap̄. 7. cū enī sanguis qui ad membrum abscissuz cōsueuerat ire in epate superat: op3 vel ad stomachum expelli ⁊ deinde vomitu: vel ad intestina ⁊ eijci per ventrē. Debilitas aūt expulsiue stomachi causa est fluxus superfluitatum ad eum ⁊ aggregationis. Est enī expulsiua virtus in mēbro ad superflua depellenda. ipsa ergo debili existente proprias nō expellit superfluitates ⁊ aliorum recipit: vt Gal. 6. de regimi. sani. in fi. ⁊ secundo de febribus cap̄. 5.

¶ Et plurimuz quidem qd̄ inuenitur in stomacho aut generatur ex ipso ex humoribus est flegma. ⁊ causa in hoc est ꝙ chilus est nature propinque flegmati. Cum ergo non digeritur digestione integra non fiunt sanguis ⁊ cholera ⁊ melancholia.

¶ Jam ostēdidit Auicē. modos materierū effusarū ad stomachū ⁊ causas effusionis illarū: hic ostendit modos materierū que maxime generant̄ in stomacho. Et p̄mo p̄mittit qd̄ intēdit. Scd̄o probat. ibi (Et causa in hoc.) ⁋ Scd̄a pars h3 duas. Prio ꝓbat qd̄ dixit. Scd̄o remouet dubiū. ibi (Sed cholera nō generat̄.) ⁋ Prima in duas s̄m ꝙ duas rōnes adducit. ibi (Et iterū ⁊c̄.)

Dubm 3m ¶ Dubitat̄. nā chilus nō est nāe ꝓpinque flegmati sed sanguini. Ex chilo enim alterato plus fit sanguis q̄z alter humor. ⁋ Dōm ꝙ in chilo est duplex nā. Potētialis per quā est aptus trāsmutari nāli trāsmutatione in formas ad quas ordinat̄: ⁊ hoc modo chilus est nāe ꝓpinquioris sanguini q̄z alteri humori: ⁊ q2 illa transmutatio chili fit in epate: ideo arguit rō ꝙ cū in epate chilus nāliter transmutat̄ plus generet̄ ex eo de sanguine q̄z de alio humore. Alia est natura chili actualis sicut est ipsius modus substātie: ⁊ hoc modo vt sensus ostēdit magis flegmati assimilat̄. Primo qdē in colore: q2 ad albedinē tendit. Scd̄o in substātia: q2 liquiditatē h3 cuz aliq̄ viscositate vel lubricitate: vnde ptisane similat̄ ita ꝙ qdā chilum ptisanariā massaz vocāt. Similat̄ etiā sibi in cōplexione: q2 est diminute caliditatis: lz enī fiat a forti calido alioꝝ mēbroꝝ: calidum tñ mēbri tribuētis formā chilo est calidū diminutū vt est caliduz stōchi. Similat̄ etiā in alio: q2 sicut flegma per quādā decoctionē ĭperfectā fit flegma: vñ per vlteriorē decoctionē fit sanguis sic ⁊ chilus. Non ꝙ velim dicere chilū ad suū esse nō hēre decoctionē perfectam: q2 h3 sicut ⁊ flegma nāle ad sui esse: sed in relatione ad perfectiorē digestionē diminute digōnis dici pōt. Neq3 volo sanguinē prius fieri flegma q̄z sanguis sicut prius sanguis fit chilus q̄z modo sanguis. Generatio aūt nālis humoꝝ saltē simultanea est. sicut ergo q2 alia forma est flegmatis a forma sanguinis: ideo alie sunt dispōnes ꝓpinque generationi flegmatis ⁊ sanguinis. si ergo simul generant̄: vnū ĭpossibile est fieri p̄us alio: lz aūt hoc aliā habeat discussionē. Cū ergo chilus similet̄ in actu flegmati cōtingit ꝙ cū eius in stomacho non cōplet̄ digestio ꝙ ad nām accedat flegmatis nō aūt cholere sanguinis ⁊ melācholie: ⁊ hoc. A. intēdit.

¶ Et iterū ad stomachū nō effundit̄ in plurimis dispositionibus cholera lauās eū sicut abluit intestina.

¶ Assignat hic Aui. aliā cām ⁊ dicit ꝙ stōch⁹ nō h3 cholerā que lauet ab eo flegma ⁊ crudos humores: s3 ĭtestina habēt illā. ¶ Cōsiderādū ꝙ flegma id qd̄ in stōcho reperit̄ nō est flegma nāle sicut flegma qd̄ ĭ venis reperit̄: s3 est flegma alterius modi q2 est nāle habēs subam mucilaginosam: ⁊ qñq3 aquosam ⁊ vitream.

¶ Et signa eius que fit pꝛopter complexionem sunt ea que iã sciuisti ⁊ ꝙ est compꝛehensio tremula absꝗ̃ foꝛti appetitu descẽsionis cibi: ⁊ est desideriũ eructuandi absqʒ euẽtu rugitus ⁊ eructuatiõis frequẽtis ⁊ singultus ⁊ iflatio petẽtes illud aut sicut si eueniat post.

¶ Hec ꝑs hʒ qnꝗ̃: ꝺm ꝙ qnꝗ̃ modos signoꝝ ponit ꝺʒ qnꝗ̃ modos causaꝝ debilitatꝭ digõnis. Scđa ibi (Et signa.) Tertia ibi (Et significationes.) Quarta ibi (Et illã.) Quinta ibi (Et illa.) ¶ Dicit pmo ꝙ signa debilitatis digestionis ꝑꝑ malitiam complexionis sunt scita ex capitulis de signis male complexionis. ⁊ signum eius scilicet si est mala cõplexio frida: est cõpꝛehensio eius tremula ꝑꝑ debilitatẽ virtutis: vñ cũ tremoꝛe cõpꝛehendit absꝗ̃ foꝛti appetitu depositionis cibi: qꝛ cibus de se nõ est coꝛruptus nec stomachus est multũ lesus: lʒ sit debilis: ⁊ iõ nõ multũ affectat deponere eũ sed digerere si põt: ⁊ iõ nõ est rugitus ⁊c̃. qꝛ ꝓsumiť nõ multa lesio: sʒ qꝛ aliqua vẽtositas debilis generať ꝑꝑ debilẽ digõnẽ: ideo est voluntas eructuandi absꝗ̃ hoc ꝙ ꝯsequať: ⁊ videť hoĩ ꝙ debeat eructuare ⁊ nõ eructuat: ⁊ hoc qꝛ est pauca ⁊ leuis vẽtositas: si. n. eẽt magnũ nocumentũ digõnis cũ multo vẽto bene eructuaret. ¶ Nota ꝙ h̃ põt referri ad malã cõplõnẽ calidã vel frigidã. In vtrisꝗ̃ enĩ põt stomachus in comedendo debilitari: sed non multa generata ventositate nõ accidit rugitus ⁊c̃. frequentius: lʒ accidant cum interuallo ⁊ debiles: ⁊ ideo aliquando videtur ꝙ homo velit eructuare ⁊ non potest. Cum autem in pꝛecedenti ca. dixit si non est compꝛehensio est debilitas digestionis ⁊ rugitus ⁊ eructuatio: ⁊ intelligebat ꝙ illa accidentia fiebant in foꝛtioꝛi debilitate stomachi q̃ȝ sit illa debilitas de qua hic loquitur.

¶ Et signa eius in qua est causa descẽsus cibi ante hoꝛam sunt lenitas egestionis ⁊ fetoꝛ eius: ⁊ paucitas mundificationis epatis ⁊ coꝛpoꝛis ab ea: ⁊ quandoqʒ accidunt cum ea moꝛdicatio ⁊ inflatio. Et significationes quideʒ eius que est ab humoꝛibus calidis sunt sitis ⁊ paruitas appetitus ⁊ eructuatio fetida fumosa. Et illam que fit ex humoꝛibus frigidis sigñat illud quod egreditur ex eis cũ vomitu ⁊ acetositas ⁊ casus appetitus cũ significationibus frigoꝛis ⁊ materiei pꝛedictoꝛum in tractatu pꝛimo. Et illa que est ab apostematibus ⁊ similibus sigñant signa eoꝛum.

¶ Paucitas mundificationis epatis ⁊ coꝛpoꝛis ab ea scilʒ egestione: quia lʒ sit egestio liquida: epar tamen ⁊ coꝛpus non mundificatur ⁊ euacuatur quia non est humoꝛalis: immo est chilosa. vel mũdificationis ab ea: idest ꝙ non mundificat illam egestionem. Reliqua patent ⁊c̃.

¶ De cura. Cap. 5m.

Cum fuerit debilitas digestionis accidens a causa leui aut repletione antecedente nõ plurima: tunc sufficient in ea longitudo somni ⁊ dimissio exercitij ⁊ vociferationis ⁊ balnei ⁊ administratio vomitus cum aqua tepida ⁊ subtiliatio regiminis.

¶ Ponit curam. Et pꝛimo vt debilitas digestionis diuersificať penes magis ⁊ minus. Secũdo vt diuersificatur ex parte cãe. ibi (In debilitate.) ⁋ Pꝛima in tres. Pꝛimo ponit curaʒ debilitatis digestionis quando est leuis. Secundo quando est foꝛtis. ibi (Et quando.) Tertio ponit quedam que in digerendo stomachum iuuant. ibi (Piper.)

¶ Dubitatur. in pma parte dicitur ꝙ dimissio vociferationis iuuat in debili digestione: sed supꝛa de cura debilitatis stomachi dixit. ⁊ ex eis que conferunt stomacho debili est administratio vociferationum. ⁋ Dicendũ ꝙ hic debet intelligi dimissio vociferationũ. s. sumpto cibo: sed ante ꝯferre põt ꝑꝑ superius dictã cãm.

¶ Et quãdo est plus illa ⁊ maioꝛ ⁊ sunt post acceptionem cibi moꝛdicatio ⁊ nausea ⁊ eructuatio perueniẽs ad sapoꝛem cibi opoꝛtet vt sumatur in potu aqua tepida multotiens ⁊ non cesset iterare donec euomatur totum illud quod coꝛruptũ est: deinde effundatur super caput eius oleum aliquod ⁊ vapoꝛetur venter eius ⁊ viscera cum panno calefacto ⁊ fricentur extremitates eius cuʒ oleo de oliuis ⁊ oleo rosa. ⁊ effundatur super ipsam aqua tepida ⁊ describatur ei pꝛolixitas somni ⁊ pꝛohibeatur ei cibus in die illa. Qꝛ si in mane surrexerit letus ⁊ foꝛtis ingrediatur balneum: ⁊ si non: redeat ad somnum ⁊ regimen subtiliatiuum ⁊ doꝛmitationeʒ paucam ⁊ leueʒ tribus diebus continuis vsquequo cõ

..ar stomachus eius ad dispositionē suaȝ. ⁊ quā-
doqȝ indiget solutione ventris.

¶ Circa secundam partem considera ꝙ effusiones oleorum supra caput ⁊ membrorum fricationes ⁊ inunctiones fiunt ad resolutionem malorum vaporum ꝙ caput ⁊ membra occupant ex non digesto cibo eleuati.

¶ Et piper quidem est ex medicinis magis iuuatiuis ad digestionē. Et somnus omnis iuuat digestionem. verum somnus super sinistrum est plurimi iuuamenti in hoc propter compressionem al's comprehensioneȝ epatis super stomachum. sed somnus super dextruȝ est causa velocitatis descensionis cibi: quoniam preparatio stomachi facit illud necessarium. Et scias ꝙ amplexari infantem propinquū ad hoc vt polluatur ſm longitudinem noctis est ex rebus magis iuuatiuis ad digestionem: ⁊ oportet ne superueniat ei sudor. Sudor enim infrigidat ⁊ prohibet iuuamentum calefactionis cum caliditate sua īnata: ⁊ oportet vt nō sit cum eo de anhelitu estuatio. Estuatio enī ⁊ motus appetitus variant motus virtutum nutritiuarum: ⁊ sunt quidā homines qui amplexantur catulum canis aut cattuȝ masculum nigrum.

¶ Hic enumerat tria que ad digestionem iuuant. Secunda ibi (Et somnus.) Tertia ibi (Et scias.) ¶ Quod dicit de pipere apud oēs famosum est. somnus autem super sinistrum iuuat multum ad digestionem: q2 tunc epar maxime stomachū comprehēdit. somnus super dextrum cum maxime relaxet epar ⁊ faciat declinare cibū ad inferius stomachi est cā velocis descensus. Reliqua omnia dicta sunt supra. Addit tamen ꝙ infans nō debet esse desiderans coitum: q2 appetitus ille variat motus nutritiuaꝝ virtutū in vtroqȝ. Una enim virtute intensa aliam remitti oportet: vt sexto de naturalibus particula. 5. cap. 2.

¶ In debilitate autem digestionis facta propter caliditatem cum materia ex eis que conferunt sunt oxyporium diacydoniten: ⁊ cibi acetosi stiptici almuiati ⁊ cōgelati: ⁊ qui sunt similes illis ex frigidis: ⁊ ꝯfert ei pondus. ij. ʒ. suffuf facti ex decē roſ. spodij tribus coriandri sicci. v. sumantur in potu cum aqua granatoruȝ aut oxyporion diacydoniten.

¶ Ponit causam ſm diuersitatem cause. maxime auteȝ ponit curā debilis digestionis quando causa est caliditas cum materia: quia quomodo debeat curari quando causa est frigiditas satis ex predictis haberi potest ⁊ in sequenti capitulo. Oxyporium diacydoniten. i. diacydoniten acetosum cuius descriptio nota est. 2. 5. cañ. 2. 6. de regimine sanitatis in fine. Almuiati cibaria sunt acetosa. quod describit patet.

¶ De signis corruptionis digestionis. Cap. 6m.

Significationes quideȝ eius ex quibus cognoscitur corruptio digōnis manifeste sunt. Uerum significationes que quandoqȝ sociantur ⁊ quandoqȝ non associātur sunt rugitus eructuatio ⁊ mordicatio.

¶ Hic primo determinat de signis corruptionis digestiōis. Secūdo de cura. ibi (Principiuȝ.) ⁊ Prima in duas. Primo ponit quedam signa corruptionis digestionis que quandoqȝ consequuntur ⁊ quandoqȝ non. Secundo ponit specialia signa ſm diuersitatem causarum. ibi (Et significationes.) ¶ Considerandum ꝙ fit rugitus quando cibus corrumpitur in aquositatem ⁊ ventositatem: fit eructuatio quando conuertitur in fumum vel ventum superiora ascendentem: fit mordicatio quando ꝯuertitur cibus propter corruptionē in rem mordicantem: sed q2 non semper est necessariuȝ ꝙ cibus sic corrumpatur: sed alijs diuersis modis: ideo illa accidētia quandoqȝ sequuntur quandoqȝ non.

¶ Et significationes eius que fit propter dispositiones ciborum predictas sunt cognitio dispositionum ⁊ mot⁹ eoꝝ an sint multi aut susceptibiles putrefactionis aut sit erratum in ordine eorum aut hra ipsorum: ⁊ motus quidem super ipsos est genus erroris propter illud cuius rememoratio precessit: ⁊ vt quotiens fecerit illud accidat corruptio digestionis ⁊ quotiens cauet ⁊ abstinet rectificatur digestio. Signa autem accidentia propter complexioneȝ stomachi ⁊ egritudines eius cognoscuntur ex signis predictis in capitulo aggregante. ⁊ quando materia corrupta est in stomacho in ipso sunt nausea ⁊ accidentia que sunt cum corruptione digestionis frequentia non habentia vicissitudines: ⁊ si sunt illic vicissitudines tūc materie sunt aduenientes effuse.

¶ Hec habet duas. Primo ponit signa corruptionis digestionis facte propter dispositiones ciborum. Secundo facte propter stomachi passiones. ibi (Signa autem.) ⁊ Hec pars hȝ. 4. ſm ꝙ. 4. ponit genera vel modos significationū ſm. 4. modos causarum corruptionis digestionis. Secunda ibi (In facta.) Tertia ibi (Factā.) Quarta ibi (Et significationes.) ¶ Primo dicit ꝙ signa dicta sunt in capitulo aggregationis ⁊ est capitulum de signis dispositionuȝ stomachi vel modis dispositionum stomachi. Subdit ꝙ si materia est corrupta aggregata in stōcho accidentia consequentia nō habent interpollutiones siue intercisiones: sed si aliquid fluāt sicut fluit: sic accidentia habent vicissitudines.

¶ In facta autem propter raritatem stomachi ⁊ attenuationem texture villorum eius ⁊ accidentia dispositionis ad ipsum sicut vetustatis signa sunt prolongatio dolorum stomachi ⁊ egritudinum eius ⁊ debilitas digestionis cuȝ debilitate appetitus ⁊ attenuatio corporis. Et ex istis quidem quandoqȝ acccidunt debilitas digōnis ⁊ destructio eius sine corruptione ipsius. Facta autem propter ventositates significant significationes ventositatum predicte. Sed significationes effusionis ex membris communibus sunt ex eis que diximus in locis suis vt consideres dispositionem illius membri in seipso: ⁊ vt cognoscas an multiplicentur in ipso effusiones ad membra alia in vijs alijs: sicut vt cognoscas an ille cuius stomachus existimatur ledi a catarris habeat catarrum descendenteȝ ad guttur ad pulmonem ⁊ alia. Et signū casus corruptionis digestionis propter effusionem cholere est vt sit complexio non cum illa cholerica: deinde inueniantur in stomacho mordicatio ⁊ natatio cibi.

¶ Considera ꝙ supra in cap. de causis corruptionis digestionis nō posuit hanc causam: aut quia de ea multum supra dixerat: aut q2 ex raritate texture ꝓprie nō ꝓuenit nocumentū corruptionis: sed diminutionis ⁊ destructionis. in hac autem dispositione accidunt cordi ⁊ stomacho accidentia sicut vetustatis propter cōsumptionem ⁊ exiccationem. Quod dicit vltimo expositum fuit supra tractatu primo caplo de modis significationum dispositionis stomachi in quinto signo ⁊c̄.

¶ De cura eius. Cap. 7m.

Principium illius est vt egrediatur qđ est corruptum in stomacho ex cibo vsqȝ ad finē sui cum vomitu aut solutione ventris: ⁊ vt rectificetur regimē eius quod comeditur ⁊ bibitur ⁊ reducatur in omnibus dispositiōibus ad illud quod necessarium est vt expellatur cum cibo donec verificetur eius bonitas: quare mundificetur stomachus

prius

prius cum potu aque ros.

¶ Hic Auicenna ponit curam. Et primo facit hoc. Secundo addit quedam. ibi (Et signa.) ¶ Prima in tres. Primo ponit regimen commune in corruptione digestionis. Secundo ponit regimen proprium vel curam sm diuersitatē causarum. ibi (Si autem fuerit.) Tertio assumit quid est ꝙ cibum corruptum vel digestionis corruptionem maxime rectificat. ibi (Et ex eis.) ¶ Primo dicit ꝙ cura est educere quod corruptum est. ⁊ ideʒ Gal. 6. de regimine sanitatis. ⁊ primo alimentoꝝ. c. 3. s. de frumento elixo. Et fiat regimē per cibaria conuenientia. vt expellatur. s. digestionis corruptio. Cum cibo. s. conueniente in quantitate ⁊ qualitate ⁊ mundificet. Aqua ros. q2 simul confortat.

¶ Si autem fuerit corruptio digestionis propter caliditatem stomachi aut propter choleram effusam ad ipsum ingrossa cibos eorum: ⁊ declina cum eis ad frigus adeo donec sint sicut caro vaccina cum aceto cōdita: ⁊ non ponas frigida subtilia quoniā subtilia corrumpuntur in stomachis eorum velociter. Et oportet vt ille qui ex eis cholericus est euomat ante cibum. Et si fuerit illud propter frigus curetur illud frigus cum eis que diximus in capitulo suo. Et si fuerit causa raritatis stomachi curetur cum medicinis odoriferis stipticis predictis ⁊ cū cibis boni chimi velocis digestionis qūi sint facti decliues ad exiccationem ⁊ stipticitatem arte ⁊ cum seminibus ⁊ reliquis que diximus in capitulo aggregante. Et ille in corruptione digestionis cuius causa est effusio cholere ex cursu predicto eueniens raro oportet vt consuescat vomere ante cibum multotiens. Qz si melioretur post illud ⁊ sumat cibum abscindat hanc consuetudinem vt non debilitetur stōchus ipsius. Et cuʒ hoc oportet vt post vomitum sumat robub confortantes stomachum repellentes quod effunditur ad ipsum. ⁊ assidue fiat emplastrū stomacho ipsius cum eis que confortant ipsum ad expellendum quod ad ipsum effunditur: deinde ponantur ei circuitus in quibus euomat ante cibum sm ratiocinationem predictam. In illis vo quorum stomachi cibum acescere faciūt si fuerit acetositas parua accidentalis fit iuuamentum cuʒ suctione pomoruʒ dulcium ⁊ iuuantur coriandro cum bibunt ipsum ante cibum cum aqua: ⁊ similiter mastix cuʒ in potu sumitur ex eo. Si autem fuerit fortis: tunc ex eis que conferunt ad hoc fortiter magnifice vltime sunt summitates squinanti cū carui: ⁊ silr omnia electuaria calida ⁊ electuarium alchabiti: ⁊ quandoqʒ iuuantur cum geleniabin infuso in aqua calida. Et ex illis que ipsis cōferunt est vt sumant ad mansionem hoc medicamen. ℞. cymini seminis anbeti: amborum añ. partem vnam. ros. rub. ablatis capitibus partes duas: cribellentur post contritioneʒ cuʒ orali cuius dosis sit medietas. ℥. i. cuʒ vino commisto. Si vo indigēt eis que sunt fortiora: hoc oportet vt vtantur vomitu post commestionem salsi ⁊ acetosi ⁊ acuti sicut foca: expectent itaqʒ postea vna hora: deinde euomant cuʒ syrupo acetoso mellino calefacto ⁊ succo raffani ⁊ cū eis que cursu eorum incedunt ⁊ ex aqua mellis ⁊ similibus: deinde medicentur cum trocis. ro. maioribus ⁊ cum trisera.

¶ Hec pars habet quinqʒ. Primo ponit curam corruptionis digestionis quando fit propter caliditatem stomachi. Secundo quando fit propter frigiditatem. ibi (Et si fuerit.) Tertio quādo fit propter raritatem texture. ibi (Et si fuerit.) Quarto quando fit propter effusionem cholere ad stomachum. ibi (Et ille.) Quinto specialiter ponit curam corruptionis digestionis ad acetositatem. ibi (In illis vo.) ¶ Hec quinta pars habet tres. Primo ponit curam huius corruptionis digestionis cibi quādo est leuis. Secūdo quādo est fortis. ibi (Si autem fuerit fortis.) Tertio remouet dubium. ibi (Et multotiens.) ¶ Electuarium alchabiti ponitur in quinto trac. de electuarijs. Geleniabin exponit. i. mel ros. Foca est aqua ordei facta. sicut notatur supra fen prima huius de canonibus curationis cerebri. ex littera Gerardi ex qua acuitatem ⁊ acetositatem habet: ⁊ salsedinem ex salis additione acquirit. ¶ Et considera ordinem cure Aui. q2 primo vult fieri vomitum cum incisiuo. deinde cum incisiuo abstersiuo ⁊ calefactiuo. tertio vult ꝙ materia euacuata stomachus confortetur ⁊ aggregetur cuʒ stipticis vt trocis. de ro. ⁊ trisera. s. vbi est de scoria.

¶ Et multotiens quidem non est necessarius in ea vomitus quando est causa in ipsa frigiditas sine materia propter quaʒ acescit cibus: ⁊ quando cibus acescit pure tunc est maior corruptio. Et oportet vt habens eā dimittat cibaria cum micis ⁊ iura ⁊ cibetur exiccantibus ⁊ frixis ⁊ eis que in patellis coquuntur ⁊ carne rubea. Et oportet vt corporum eoruʒ complexio permutetur tm̄. Et ex eis que verificant omneʒ cibum corruptum in stomacho est vt expellatur. Qz si natura sufficiens fuerit facere illud: tunc sufficiat ipsa: ⁊ si natura non est sufficiens ad illud sumat diacyminuʒ sm quātitatem necessitatis. si autem non sufficit adiuuetur cū reliquis electuarijs solutiuis de quibus sumatur quātitas pauca sm mensuraʒ qua educatur fex. ⁊ diacydoniten est ex summa eoꝝ que eligunt ex eis.

¶ Quia Auicen. posuerat in hac corruptione fieri vomitum predictum: ⁊ ideo quereret aliquis: an semp in corruptione cibi ad acetositatem sit necessarius vomitus. Respondetur ꝙ non: quia potest fieri ex sola stomachi frigiditate: hic vo vomitus nō est necessarius scilʒ ad eductionem humoris corrupti qui sit huius cap. sed est necessarius ad cibi corrupti eductionem quandoqʒ quando per ventrem educi non potest. ¶ Et considera quomodo expositio secunda superius data capitulo de doloribus stomachi. ibat ad mentem Auicen. cum dicebatur ꝙ in stomacho cibus ad acetositatē conuerti est absqʒ hoc ꝙ veniat aliunde acetosus humor: sed ex mala complexione: ⁊ ideo melancholia infrigidando stomachū potest esse causa conuersionis cibi ad acetositatem: imo hūc modum corruptionis Auicen. vocat maioreʒ hoc. s. quando fit ex malitia complexionis ⁊ pʒ. ¶ Et ex eis. quod dicit patet. Sed reperitur duplex littera. Una que dicit ꝙ si natura fuerit sufficiens sumat diacyminum. s. ad alterandum ⁊ confortandum. Alia. ⁊ si natura non fuerit ⁊c. ⁊ tunc sumitur diacyminum ad euacuanduʒ: q2 diacyminum euacuat quando medicine non sint multum trite. vt Auicen. 5. cañ. trac. 3. homini querenti ⁊ clamanti mōstrauit in descriptione diacyminum. vult ergo Auicen. hic ꝙ dentur electuaria solutiua que stomachum ⁊ intestina non transeunt cuʒ dixit. sumatur quantitas pauca sm mensuram qua educatur fex. vnde Gal. 6. de regimine sanitatis. de hoc loquens. qui vo non subducūtur per ea que sine tristitia producunt prouocandi sunt.

¶ Et signa quidem bonitatis comprehensionis stomachi super cibum ⁊ bonitas digestionis que est in vltimo ⁊ contraria eorum sunt ea que diximus in capitulo significationum. Qz si res ille predicte non fuerint: sed sentiuntur conturbatio ⁊ grauitas ⁊ desiderium minuendi grauitatem cum constrictione accidente: tunc scias ꝙ stomachus est vehementis comprehensionis sed est abhorrens summā cibi in quantitate sua. Et scias ꝙ digestio est fundi stomachi: ⁊ appetitus ori stomachi.

¶ Vult hic Auicenna ꝙ signum bone comprehensionis est bonitas digestionis. Et signum male comprehensionis est contrarium. Et

signa male digestionis dicta sunt supra capitulo de signis dispositionum stomachi septimo signo: tamen si ille res predicte. s. que significant digestionis malitiam propter malam stomachi dispositionem non fuerint &c. quia hoc est solum ex defectu cibi. Quod ultimo dicit est famosum apud omnes. et est causa: quia os stomachi est sensibilissimum effugiens coartationem sub epate. fundus autem epati magis submittitur &c.

De tarditate descensus cibi ex stomacho et velocitate descensionis eius. Cap. 8m.

Quandoque remanet in stomacho aliquid de cibo usque circiter. xv. horas in dispositione sanitatis. et. xii. horas: et illud est secundum cibum in levitate sua: et signat illud inventio saporis eius in ore et in eructuatione. Retentio namque cibi in stomacho non est nisi propter tarditatem digestionis usquequo digeratur: et expulsio eius est propter expulsionem expulsive cum completur digestio aut propter motionem moventem expulsivam: sicut mordicatio cholere: aut melie acetose aut alicuius eorum que dicemus.

Postquam Avicen. determinavit de nocumentis digestionis: hic determinat de quibusdam nocumentis stomachi que diversam digestionis dispositionem sequuntur vel antecedunt. Vel hic determinat de accidentibus evenientibus in virtute stomachi expulsiva et retentiva. Predicta vero accidentia sunt tarditas descensus cibi a stomacho et velocitas et eructuatio et durities in stomacho que non est apostemans. Eructuatio enim quantum ad dispositionem ventositatis accidens digestive dici potest. quantum vero ad id quod est ibi de malitia motus potest dici accidens expulsive. Primo ergo determinat de velocitate et tarditate descensus cibi a stomacho. Secundo de duritie et eructuatione. ibi (Quandoque.) Prima in tres. Primo investigat causas horum accidentium. Secundo excusat se a signis. ibi (Et tibi quidem.) Tertio ponit curam. ibi (Ex cura.) Prima in duas. Primo ponit causam tardi et velocis exitus cibi a stomacho: et tempus quo in quibusdam remanere potest. Secundo circa hoc quosdam impugnat. ibi (Et non est.) Considerandum quod non est inconveniens quod in aliquo homine dum est sanus remaneat cibus in stomacho eius quandoque prope. xv. vel. xii. horas. sunt enim multi debilissime digestionis. multis etiam quandoque videmus hoc fieri. Et accidit hoc secundum cibi diversitatem in levitate sua. s. quantum ad digestionem: quia ille cito descendit. aut gravitate scilicet quantum ad digestionem unde in stomacho debili quandoque. xv. horis moratur: et hoc sensus in quibusdam demonstrat. ut enim ponet cibus retinetur usque ad complementum digestionis. Si ergo aliquis sit debilis digestive cibus gravis in eo diu morabitur ad digerendum.

Et non est sicut existimaverunt quidam quod omnis causa in retentione eius est strictura meatus inferioris. Nam si esset illud non esset possibilis exitus denarii et auri deglutitorum et vinum et lac non remanerent in stomacho et ambo non natarent in stomacho debili et facerent rugitum et inflationem: imo causa in descensione cibi naturalis est digestio et virtus stomachi ad expellendum cui non est convenientia magna cum alio in dispositione cibi cum non accidit stomacho nocumentum donec digeratur cibus. Stomachus enim sanus comprehendit ipsum et constringitur super ipsum meatus suus inferior vehementer: cumque adest hora expellendi dilatatur et expellit stomachus quod in ipso est cum villis suis latitudinalibus: et quotiens festinat digestio festinat descensus et si tardatur tardat: nisi accidat aliqua causarum facientium descendere cibum a stomacho cum nondum sit digestus ex eis quas iam scivisti.

Hanc impugnationem ad litteram ponit. G. 3. de virtutibus naturalibus. s. ca. 4. illo. c. In ventre. Primo ergo facit hoc. Secundo resumit causam naturalis egressus cibi a stomacho. ibi. (Immo.) Et hec habet tres. Primo facit hoc. Secundo removet dubium. ibi (Et quantitas.) Tertio specialiter assignat causam velocis exitus cibi a stomacho. ibi (Et cibus.) Dicit primo quod causa naturalis in egressione cibi. s. post digestionem est digestio. s. completa: et virtus stomachi ad expellendum. s. consurgens facta digestione cibi. s. in stomacho cui non est convenientia magna in dispositione cibi cum alio. s. aliquo: et ideo expellit eum tanquam onerosum ut. G. ponit 3° de virtutibus naturalibus. c. 4. et in locis multis. Et tunc resumatur. dico quod causa est digestio cum non accidit stomacho nocumentum. et reliquum patet.

Et quantitas quidem equalis remanentie cibi in stomacho et egressionis eius est illud quod est inter. xii. horas usque ad. xxii. horas. Et cibus quidem plurimus cum non digeritur propter suam multitudinem: et ille cuius qualitas est mala etiam tunc nullus eorum remanet in stomacho sano fortis expulsionis: imo expellitur ad inferiora velociter. Et quandoque succedunt ei fluxus ventris et cholirica passio: et quando fuerit stomachus debilis quem cibus gravat: aut ulcerosus habens bothor: aut fuerit in eo humor viscosus lubricus: non morabitur in ipso cibus nisi parum: et fit hoc: sive sit debilis retentiva sive digestiva. Et tibi quidem possibile est ut cognoscas signa que oportet te cognoscere ex causis horum ex eis que tibi preterierunt in capitulis predictis.

Quereret aliquis ab Avicen. est ne aliquod tempus mensurans tempus more cibi in stomacho. Et dicit quod sic: quia illud est inter xii. horas. et. xxii.

Dubium primum

Sed circa hanc partem dubitatur primo quantum sit hoc tempus. Quidam dicunt ad hoc quod est tempus. xvi. horarum: et aiunt quod est mens A. quia primo can. fen. 3. precipit in duobus diebus esse ter comedendum. duo autem dies sunt. xlviii. hore. si partiatur in tres partes secundum quod tres cibationes fieri debentes erit quelibet pars. xvi. horarum: quia ter. xvi. sunt. xlviii. hoc ergo est tempus more cibi in stomacho antequam non licet cibare. et hanc expositionem videtur sentire Conciliator in quadam sui questione. s. differentia. 120. ubi de hoc in argumentis adducit et consentit: quia in fine non solvit. Sed hoc est falsum. Quia primo est contra sensum. Secundo quia equaliter posset dicere quod illud tempus est tempus. xx. horarum trahendo unam ante: et unam post. Tertio est contra Avi. hic qui ponit quod illud est inter. xii. usque ad. xxii. sed inter hoc tempus non sunt. xvi. hore. Hoc etiam est contra illud ubi adducunt. nam Avi. vult ibi quod in una die homo cibetur bis: et in alia semel: sed quando cibatur bis in die non moratur cibus. xvi. horis: et ideo dico quod hoc tempus est. x. horarum. tempus enim quo moratur cibus in stomacho ut digeratur et expellatur capit. x. horas ut declarabitur: et hoc apparet: quia tempus quod est a. xii. usque ad. xxii. est. x.

Dubium 2m

Sed dubitatur quare Avi. impediverit se in his verbis: absolute enim potuit dicere quod tempus remanentie cibi in stomacho est. x. horarum. Respondendum propter quod considerandum quod assuete homines duo habent cibationis tempora. s. in mane et dicitur prandium: et in sero et dicitur cena. ut vero alias diximus: cena ad regendum sanitatem copiosior debet esse prandio: nisi catarrus aut reuma oculorum aut alia causa eam impediant. comestio enim que in cena fit multa est: et proprie ad multam nutricationem datur. in prandio vero cibus quasi ad refocillationem et sustentationem datur. unde Gal. 6. de regimine sanitatis et sine potu parum in mane comedat. quia vero cene cibus multus est: amplius in stomacho moratur quam cibus paucus datus de mane in prandio: imo ille cito descendit. si ergo cibus moretur in stomacho. x. horis sicut Avi. dicit hoc habet virtutem de cibo qui multus est sumptus proprie ad nutricationem multam sicut est cibus in cena sumptus. Cene autem tempus absolute et equaliter est circa. xii. diei horam aut circa. x. Prandii autem circa quartam: nisi eorum prolixitas aut brevitas impediat. Volens ergo Avi. excludere quod cibus prandii vel mane sumptus non est de quo loquitur: sed cibus sumptus in cena cuius hora est circa. xii. horam diei dixit est illud quod est inter. xii. horas usque ad. xxii. et considera hic inauditam solutionem.

Dubium 3m

Dubitatur secundo quid per hoc tempus intelligatur: an tempus quo cibus digeritur vel post digestionem educitur. Respondent quidam incidenter hoc allegantes: quod tempus de quo Avi. hic loquitur est tempus digestionis cibi in stomacho. Dicunt enim quod cum tempus

generationis

generationis sanguinis in epate determinatuꝫ non fit: tempus tn̄ generationis chili determinatum videt̄ ab Auic. hic. Sed istud dictum quod etiam est Conciliatoris verificari ⁊ dānari pōt vt post apparebit. ¶ Dico ergo ꝑꝑ huius dicti expositionē ꝙ cibus in stomacho duplex hꝫ tēpus. Unum ab hora comprehēsionis a stomacho vsqꝫ ad principium apertionis pileron. i. oris fundi stomachi. Aliud tempus habet a principio apertionis vsqꝫ ad finem totalis egressionis. Per hoc ergo tempus. x. horarum Aui. nō intelligit tēpus qđ est a principio cōprehensionis vsqꝫ ad principiuꝫ apertionis stomachi. qđ quidē tēpus potest dici tempus digestionis. ⁊ cā est: qꝛ non est imaginandum ꝙ hoc tempus sit ita longū tempus: sed per hoc tempus Aui. intelligit totum tēpus quod est a principio comprehensionis vsqꝫ ad principium apertionis stomachi ⁊ a principio apertionis vsqꝫ ad finem totalis eductionis cibi a stomacho: ⁊ ideo Aui. dixit tempus equalis remanentie quātum ad tempus quod est a principio comprehēsionis vsqꝫ ad principium apertionis: ⁊ hoc potest dici tempus remanentie: qꝛ tunc cibus totus remanet: ⁊ egressionis quantum ad tempus qđ est a principio apertionis vsqꝫ ad totalē eductionē cibi a stomacho: ⁊ in toto illo tempore pōt dici ꝙ fiat digestio: qꝛ ēt in expulsione cibi vt declarabo aliqualis digestio fit: ⁊ sic illorum potest saluari intētio. vnde Rasis quinto continentis cap. i. videtur sentire auctoritate Judei ⁊ postea auctoritate Tabri ꝙ sit tempus digestionis ⁊ egestionis cibi assumpti. s. totalis expulsionis vnde iam facta est fex vt possit expelli. ¶ Ad huius ergo declarationem considerāduꝫ ꝙ stomachus de necessitate apitur ꝑus q̄ꝫ totus cibus qui in eo est sit perfecte digestus: ⁊ hec sit mea ⁊ noua opinio. Cibus enim qui in stomacho assumit̄ aut est vniformis aut difformis. Sigdē est difformis vt supra opꝫ ꝙ premittat̄ subtilis grosso. cū ꝗ subtilis prius digerat̄ opꝫ ꝙ stōchus illa digō apiat̄: aliter eni corrūpet̄. sed tūc superior cibus grossior exn̄s adhuc digestus nō est. cū ꝗ eductus erit cibus subtilis digestus: iterū claudit̄ os īferius: vt alius cibus digerat̄ ꝑfecte: al's eni ordo ille nō valuisset. Si auteꝫ cibus q sumit̄ sit vniformis: ⁊ sit in sufficiēti q̄ꝫtitate qua stōch' ꝯueniēter repleat̄: qꝛ de h̄ est sermo: dico ꝙ de nec̄itate oportet ꝙ cū pars huius cibi q̄ tēdit magis ad fundū est ꝑfecte digesta ⁊ supior huius cibi ps lꝫ digesta sit non tn̄ perfecte sicut infima: non eniꝫ imaginor ꝙ ꝺm sub ⁊ supra fiat reuolutio ciboꝝ in stomacho: vt supra declaraui: opꝫ ergo ꝙ stomachus ꝺm inferius aperiatur: ne ex actione vlteriori ille cibus corrūpatur: sed ne pars superior nō perfecte cocta cū ea simul egrediat̄ ⁊ precipitetur virtus retētiua stomachi gradat retentionē: gradatim. s. retinendo superiorem partem cibi: ita ꝙ gradatim transeundo a parte supiori in qua erat vsqꝫ ad fundū compleatur eius digestio: vnde nō recludit̄ inferius stomachi: sicut quando cibus erat difformis: sufficit enim ꝙ gradatim descendat: ⁊ in gradata descensione trāsitu cōpletur in eius digestio: ⁊ si reclauditur nō ꝓpterea est contra hanc expositionē: ⁊ ideo si virtus retētiua stomachi nō faceret hāc gradationem: sed simul cum eo qđ est in fundo ꝓcipitaret illud qđ est in supremo apparet egestio que partim esset digesta: ⁊ partim īdigesta: ⁊ hec noua opinio est mens Aui. ca. de fluxu ventris oīum modoꝝ in ꝑn°: vbi volens ostēdere fluxū vētris factum a stomacho ꝑꝑ debilitatem contentiue nō potentis gradare delationē cibi vsqꝫ ad ꝑfectam digestionem: dicit ꝙ nō est totus īdigestus. Et dixit Aui. totus ⁊ nō totaliter referēs se ad ꝑtes quātitatiuas: qꝛ superius nō est digestus cibus sicut in fundo stōchi. Quantūcunqꝫ. n. cibus sit vniformis: opꝫ ꝙ meli' digerat̄ ps eius īferior q̄ꝫ supior: ꝓpterea ꝙ digestio melior ⁊ maior sit in fundo stōchi. Si ergo virtus retētiua nō retinet gradādo cibum qui est in supremo: tunc fit fluxus in quo apparet cibus digestus: vt ille qui erat in fundo ⁊ nō cōplete digestus: vt ille qui erat in supremo: ⁊ hoc est qđ Auicē. ibi dicit. factus autem a stomacho tn̄ non est totus indigestus: sed ꝺm parteꝫ est digestus: ⁊ partim nō: ⁊ cā illius est debilitas virtutis retentiue: quare non sustinet delationem cibi. s. in stomacho nisi vsqꝫ ad tempus in quo iam digeritur scilicet pars eius que est in supremo vel superius. hoc autem tempus vsqꝫ ad quod sustinet delationem cibi est a ꝑncipio clausionis vsqꝫ ad principium apertionis: tunc. n. cibus iā digeritur vt qui est in fundo: ⁊ iam non digeritur vt qui est superius magis: sed a principio aꝑtionis non potest gradatim retinere relaxando. s. primo partem superiorem stomachi: deinde vnam post aliam vsquequo gradatim descendendo egrediatur: ⁊ gradata descensione accipiat actionis complementū: ⁊ ideo non potens hoc facere sicut cibus inferior expellitur digestus sic superior stomacho expellitur indigestus: ⁊ ideo apparet fluxus partim digestus ⁊ partim non digestus. Concludo ergo hanc opinionem ⁊ dico ꝙ stomachus aperit̄ inferius anteq̄ꝫ cibus qui in eo ꝺm omnem sui partē sit digestus de cibo sumpto in sufficiēti quātitate. Si v̄o aliqua auctoritas dicat ꝙ porta stomachi inferior non aperiat̄ vsqꝫ ad ꝑfectam cibi decoctionem: vt pōt hic sumi: ⁊ supra primo cap. huius fen. ⁊ a. ß. in pluribus locis intelligat̄ ꝙ non aperitur vsqꝫ ad perfectā digōnem. s. cibi qui maxime fundum attingit. vel vsqꝫ ad ꝑfectam digōnem totius cibi. s. quantū ad substantialem trāsmutationē. forsan. n. qn̄ cibus est vniformis stōchus non aperitur ante substantialē informationē totius cibi: sed lꝫ totus cibus tunc sit substantialiter transmutatus: tn̄ vltimo perfectus aliqbus accidētalibus dispōnibus nō est. s. quantū ad superiorē ꝑtem: ⁊ hoc dico in vniformi cibo: qꝛ in cibo difformi ante apit̄ vt subtilis egrediat̄ q̄ꝫ grossus aliā subalem acquisiuerit formā. Ex qbus oībus apparet ꝙ tp̄s equalis remanentie cibi in stōcho ⁊ egressionis eius ab eo Aui. intelligit totū tēpus qđ est a ꝑn° comprehensionis cibi vsqꝫ ad fineꝫ totius sui exitus. Hoc aūt tempus cōiter ⁊ equaliter est. x. horarum: vt etiam ad sensum manifeste apparet.

¶ De cura eius a cuius stomacho tardat̄ descensus cibi aut in cuius stōcho natat cibus. Cap. 9.

Ex cura illius est somnus super dextruꝫ. Adiuuat enim ad hoc vt velociter descēdat cib' a stomacho quāuis sit debilis adiutoriꝫ ad digerendum: ⁊ adiuuant ad hoc deambulatio subtilis: ⁊ fricatio pedum ⁊ confractio ventositatis cū eo quod scitur in capitulo eius.

¶ Hic ponit curā. Et ꝑmo ponit curā tardi descensus cibi a stomacho. Scđo ponit curā descensus velocis. ibi (Quidam antiquoꝝ.) ¶ Quod dicit de somno supra declaratum fuit. Deambulatio v̄o subtilis. i. leuis iuuat: qꝛ mouet ad inferiora. Et ꝯfractio al's confricatio. i. cōtritio ⁊ resolutio ventositatis cum eo quod scitur. s. post Et refert̄ hoc ad id quod dixit in rubrica. Aut super cuius stomacho natat cibus. hoc enim fit a ventositate: maxime ergo eius curatio erit contritio ⁊ resolutio.

¶ De cura eius a cuius stomacho festinat descensus cibi. Cap. 10m.

Quidam antiquoruꝫ fuerūt qui nominauerūt istos stomaticos: sed postremo cecidit nomē stomachi super aliud.

¶ Primo ponit quedam remedia. Scđo alia. ibi (Et ex eis.) Tertio alia. ibi (Et oportet.) ¶ Considerandum ꝙ illi antiqui nō īmerito poterant vocare os stomaticos: tunc. n. oīs stomachi virtus proprie in suo lederetur actu saltem in tempore operationis. sed saltem ꝺm rei veritatem stomatici sunt de quibus superius. z. trac. singulare fecit capitulum. illa que primo exhibere docet: qꝛ habēt anodinam caliditatem stomachum confortant.

¶ Et ex eis que experta sunt illis est vt administret̄ eis emplastrum ex farina fenugreci ⁊ semis lini ⁊ melle: ⁊ in potu sumant ex eo ēt. Et ex eis est vt sumant̄ vitelli oui assati ⁊ coclearīū mellis ⁊ duo danicb masticis cōtriti ꝯiungant̄ oia in cortice oui ⁊ assent̄ suꝑ cinerē calidū ⁊ sine ītermissione moueant̄ donec ꝓparata sint ⁊ comedant̄: ⁊ administret̄ hoc tribus diebus. Et opꝫ vt administret̄ ante cibū aliquid ex stipticis frigidis si fuerit illic cōplexio calida: aut permistū cum calidis si fuerit cōplexio decliuis ad frigiditatē: ⁊ tu iam sciuisti oēs has medicinas. Et opꝫ vt dormiant suꝑ cibum ⁊ nō moueant̄ neqꝫ excitent̄ al's exercitentur oino: ⁊ vt stringantur extremitates superiores.

¶ Hoc medicamen vt apparet stomachi cōstrictiuuꝫ est ⁊ aggregatiuum ipsius: ⁊ debet dari ante comestionem. quid vel quantuꝫ sit danich supra sepe patuit ⁊c̄.

¶ De eructuatiōe ⁊ stōchi ⁊ duritie ei'. Cap. 11m.

Quandoqꝫ aduenit durities in stōcho similis apostemati: ⁊ tamē non est apostema ⁊ est cā eius frigus inspissans aut melancholia igrossans intrans sine apostematione.

¶ Hic reperitur duplex rubrica. Una que dicit eruptio stomachi ⁊c. ⁊ tunc exponatur eruptio. i. eminentia ad extra ex iduratione. Aliter eructuatio stomachi ⁊c. ⁊ tunc illa rubrica erit cōmunis huic capitulo ⁊ sequēti. Primo ergo Aui. determinat de stomachi duritie. Secundo de eructuatione. ibi (Cum in stomacho.) Prima in tres. Primo ponit causas. Scdo signa. ibi (Sunt.) Tertio curā. ibi (Fiat.) Totum patet.

¶ De signis. Cap. 12m



Unt vt cognoscatur causa eius ⁊ nō eueniat signum apostematis.

¶ Capitulum hoc de signis est satis notum.

¶ De cura. Cap. 13m.



Iat emplastrum ei cū melliloto ⁊ croco ⁊ mastice ⁊ balsamo ⁊ thure ⁊ bdellio ⁊ spica ⁊ cordumeni ⁊ mugath ⁊ cera ⁊ oleo rosarum. Et similiter omnes curationes dicte ad apostemata dura ⁊ proprie ea que dicta sunt in capitulo debilitatis stomachi propter duritiē. Descriptio alia bona ad hanc itentionem. ℞. cere vnc. viij. glutinis alimbat vnc. iiij. zinziberis opoponaci: amborum añ. vnc. ij. aloes ⁊ galbani añ ambo℞ vnc. iij. olei de lilio eminam. j. fiat ex eis emplastrum.

¶ Mugath. Auicen. impugnat eos qui dicūt q̄r si radix granati sylvestris: sed Simon dicit q̄ inuenit in antiquorū libris q̄ est radix granati acrestis. alibi inueni q̄ est radix herbe de qua fit asa fetida vel dulcis. Tamen mugath non potest hic conuenienter exponi sicut Simon exponit. primo q̄ est cōtra Auic. secundo q̄ nō competeret hic. alia ḡ expositio melior est q̄ sit gluten alimbat. Quantum pondus sit emina supra patuit notanter.

¶ De eis que cōmouēt eructuationē. Cap. 14m.



Um in stomacho accidit vētositas ⁊ non remouetur ⁊ est retenta in ore stomachi ⁊ impedit oportet vt euacuetur cum eructuatione sicut euacuantur superfluitates natantes cū vomitu ⁊ si nō erūpit digestionem ⁊ natat cum cibo.

¶ Considerandum q̄ medicus intendit mouere quandoq̄ eructuationē: vt quando est in stōcho aliqua ventositas s̄m os ipsius quā vult per superius educere: ⁊ ideo eructuationem mouet. Quandoq̄ v̄o superfluam eructuationem ammouere intendit. Primo ergo Aui. facit capitulum de eructuatione quantum ad primam itentionem. Secundo quantum ad secundam. ibi (Causas.) Prima in tres. Primo ostendit quomodo quandoq̄ oportet materiā ventosam moueri per eructuationem. Secundo ponit exceptionem. ibi (Nisi accidit.) Tertio ponit curam. ibi (Et ex eis quidem.) ¶ Dicit primo q̄ si in ore stomachi sit ventositas d3 euacuari per eructuationem. s. cum medicinis illam ꝓuocantibus: sicut euacuatur mā humoralis natans cū vomitu: ⁊ si nō euacuaret ⁊c.

¶ Nisi accidat multitudo humiditatum ⁊ flegmatum preparatorum ad hoc vt conuertantur in ventositatem tunc enim necessarium est vt sit superfluitas in cōmotione eructuationis ex eis que mouent rem prauā. Et ex eis quidem que mouent eructuationē sunt origanum ⁊ folia ruthe ⁊ anisum ⁊ carui ⁊ calamentum ⁊ mentha ⁊ ameos ⁊ gariofili ⁊ mastix ⁊ thus masticatum ⁊ haustum.

¶ Hic excipit ⁊ nō d3 referri ad illud quod statim dixit Auicē. sed quia dixerat ventositatem stomachi per eructuationem debere educi: ⁊ hoc fit per medicinas mouentes vētositatem ad eructuationem. s. subtiliantes illam ⁊ mouentes: ⁊ ne crederet aliquis q̄ semper istud sufficeret: remouet vel excipit dicens q̄ hoc est verum nisi simul cum illa ventositate sit multitudo humiditatum ⁊ flegmatum aptorum conuerti in ventum. Si. n. tu dares solum cōmouentia ventositatem noceres magis: q̄ generarent magis ventositatem: ⁊ ideo tunc oportet vt superfluas in medicinis mouentibus ventositatem ⁊ eructuationē: quia. s. superaddas eis: ⁊ hoc fit cum medicinis que mouent illam rem prauam: a qua ventositas est apta eleuari. In hoc ergo debet eē illa superfluitas superaddendo medicinis mouentibus eructuationem: medicinas mouentes illum prauum humorem: vel cōmouentes rem prauam. i. ventositatem nō solum generatā: sed ēt aptā generari. Illa v̄o q̄ post enumerat oīa sunt calida ⁊ cōfortantia stomachum.

¶ De cura eructuationis superflue. Cap. 15m.



Ausas quidem eructuationis ⁊ significationes eius super dispositiones iam diximus in capitulo significationū. In acetosa quidem conferunt patienti eā potare diapipercon cū vino: ⁊ quandoq̄ iuuantur si in potu sumāt ante prandium suum ⁊ cenam suam coriandri sicci pondus aur̄. deinde bibant post ipsum vinum purū. Et ex eis que sedant eam s̄m q̄ dixerunt quidam est vt liniat̄ stomachus cū stercore galline ⁊ calce.

¶ Hoc est capitulū in quo docetur cura superflue eructuationis. Et primo Auicē. se excusat ab inuestigatione causarum superflue eructuationis: quia eas dixit supra in capitulo signorū stomachi xv. signo. Secundo ponit curam. ibi (In acetosa.) Et hec habet duo. Primo ponit curam eructuationis acetose. Secundo fumose. ibi (In fumosa quidem.) ¶ Sub his ergo modis eructuationis alios modos comprehendit: hos ergo magis specificauit: q̄ plus accidunt vt sensus ostendit. Confert quidem diapipereon: q̄ confectio calida stomachalis cōferens frigiditati stomachi a qua acetositas maxime prouenit: ⁊ ideo cum vino detur. similiter coriandri vidētur conferre in acidis ructibus vt ponunt auctores: ⁊ hoc q̄ l3 frigidum possit poni: partes tamen calidas habet ⁊ stipticas: vnde vnit stomachum ad sui frigiditatem remouendam: cum vino datur puro. Illud v̄o quod aliorum auctoritate dici potest verificari: q̄ illa stomachum calefaciunt: non tamen affirmat q̄ vlcerare possent: ⁊ res leuior istis inuenitur.

¶ In fumosa v̄o si est a materia conferunt absinthium ⁊ hiera. Si v̄o est sine materia ea que infrigidant ⁊ extinguunt: ⁊ forte faciunt sicut sunt robub fructuum frigidorum ⁊ cibi frigidi.

¶ In fumosa cum materia hiera ⁊ absinthium: q̄ euacuant cholerā: sed sine mā ea que infrigidant ⁊ extinguunt ⁊ forte faciūt. i. fortificant stomachum: vel ⁊ forte aduerbiū dubitādi faciūt. s. hec sicut rob. Dixit aūt forte: q̄ qn̄q̄ validiora frigida requirunt̄ ⁊c.

¶ Tractatus. iiij. de egritudinibus instrumentalibus ⁊ cōibus accidentibus stomacho.

¶ De apostematibus calidis stomachi. Cap. pm.

Tomacho accidunt apostemata calida propter causas cognitas que faciunt accidere apostemata calida. Et ex illis causis sunt dolores prolōgati. Et quandoq̄ sunt apāta eius calida sanguinea: ⁊ qn̄q̄ sunt cholerica.

¶ Quid Aui. in precedētibus tractatibus fecerit ex predictis est notum. Est autem eius intentio in hoc quarto tractatu determinare de egritudinibus stomachi communibus. Potest v̄o morbus dici cōmunis: aut ex parte compositionis ⁊ aggregationis diuersorū morborum vt apostema: aut ex parte nature vt continuitatis solutio. Primo ergo de morbo cōmuni stomachi determinat quod est apostema. Secundo de solutione cōtinuitatis. ibi (Stomacho quandoq̄.) ¶ Ad primi euidentiam considerandum q̄ apostemata stomachi quedam sunt que non sunt exiture vel dubeller. Quedam sunt que actu ad exiturā ⁊ saniationem venerunt. Primo ḡ determinat de primis. Secundo de secundis. ibi (Multoti ns errant.) Prima in duas. nam predicta apostemata quedam sunt calida quedam frigida. Primo ergo determinat de apostematibus stomachi calidis. Secundo de frigidis. ibi (Ista apostemata.) Prima in tres. Primo ponit causas illorum apostematum. Scdo signa. ibi (Quandoq̄ prolongat̄.) Tertio curam. ibi (Quandoq̄ autumatur.) ¶ Prima pars est satis clara.

¶ De signis

¶ De signis. Cap.2m.



Uando ꝓlongaṫ in stomacho dolor qui nõ remoueṫ quãuis regimẽ bonũ fiat: tũc existima ꝙ illic est apostema. Illõ aũt apostema qđ est calidũ significant cum hoc inflãmatio vehemens ⁊ adustio fortis ⁊ sitis ⁊ fe.inseparabilis: ⁊ dolor pungitiuus ⁊ augmentum qđ quandoqȝ sentiṫ: ⁊ quãdoqȝ perducit ad permistionẽ sensus ⁊ ad sirsen ⁊ ad melancholiam. Cũqȝ extenuaṫ corpus ⁊ profundanṫ oculi ⁊ resoluitur natura ⁊ multiplicatur fluxus ventris ⁊ vomitus ⁊ separatur febris ⁊ minoraṫ vrina ⁊ stomachus comprimitur sub digitis: vbi ꝓpter duritiem nõ cõprimebaṫ sub digitis: tũc iam fit exitura: ⁊ quando accidit cum dolore in stomacho frigus extremitatũ tũc illud est signum malũ.

¶ Circa hanc partem considera ꝙ circa generationem saniei dolores ⁊ febres accidunt magis ꝙ̃ facta sanie. cum autem iam actu est sanies remittũtur accidentia febris scilicet inflammatio ⁊ dolor: lȝ accidant alia accidentia vel saltem manifestentur. existente ergo in stomacho apostemate cum scilicet statiȝ fit exitura: qr scilicet iam actu in cupum materia est collecta ⁊ saniata separatur scilicet a corpore febris: quia febris remittitur: lȝ fluxus ⁊ vomitus multiplicentur propter mãm esse collectam in loco vno.

¶ De cura. Cap.3m.



Uando autumatur ꝙ apostema calidũ apparet: aut apparebit propter vehementiam adustionis ⁊ inflammationis: tũc melius est in principio vt incipiatur a repercussiuis et inungatur stomachus cum eis que sunt sicut oleuȝ de cydonijs: ⁊ fiat ei emplastrum cum cydonijs ⁊ corticibus cucurbite ⁊ portulaca ⁊ farina ordei ⁊ que currunt hac via: quãuis abstinẽtia ⁊ subtiliatio cibi ⁊ regiminis magis iuuatiua sint eis.

¶ Hic ponit curam. Et primo ponit curam generalem apostematum calidorum ⁊ maxime sanguineorum. Secũdo specialiter ponit curam cholericorum. ibi (Cum võ apostema est cholericum.) ¶ Prima in duas. nam apostema calidum aut peruenit cuȝ curatione ad resolutionem: aut ad saniationeȝ. Primo ergo ponit curam primorum apostematum calidorum. Secũdo ostendit ꝙ de cura illorum que ad saniem perueniunt propriuȝ faciet capitulũ. ibi (Cum aũt apostema.) ¶ Prima in duas. Primo ponit cañ. curationis horum apostematum calidoruȝ. Secundo ponit quasdã speciales descriptiones emplastroruȝ. ibi (Confectio emplastri.) ¶ Prima in duas. Primo ponit curaȝ dum hec apostemata sunt in principio augmento ⁊ statu. Secundo ponit curam eorum duȝ sunt in fine status ⁊ in declinatione. ibi (Cũ sedatur ĩflatio.) ¶ Ad primi euidentiam considerandũ ꝙ intentio in curatione apostematum calidorum stomachi a principio vsqȝ ad statũ est quatuor res. Prima repulsio vel repercussio materie. Secunda est illius minoratio ⁊ diuersio. Tertia est sedatio accidentium. Quarta est ordinatio vite patientis. Primo ergo ponit curaȝ qua intenditur repercussio. Secundo eam qua intenditur materiei minoratio ⁊ alteratio simul. ibi (Cum medicaris.) Tertio eam qua intenditur accidentium sedatio. ibi (Et si dolor.) Quarto ponit curam qua ordinatur vita ⁊ regimen patientis. ibi (Et sit cibus.) ¶ Circa primã partẽ est cõsiderandum ꝙ apostema calidum stomachi est morbus acutus ex parte materie accidentium ⁊ ipsiusmet loci: ⁊ ideo ꝯueniet subtiliatio cibi. ꝯuenit etiã qr sumpt⁹ cib⁹ perueniens ad eũ inalteratus statim eum grauat. similr̃ etiã qr in eo corrupta cibaria cacochimiã augent vt Gal. 11. tera. penul. cap. al's. 15. cap.

¶ Cũqȝ medicaris apata stomachi calida: tũc caue ne in potu tribuas solutiuũ forte: aut qđ vomere faciat: nam administratio vomitus error est. Flobothomia aũt necessaria est in plurib⁹ horis ⁊ aliena solutioneȝ laboriosam ⁊ vomitũ ⁊ sis ꝯtẽtus cibis lenitiuis ⁊ medicinis sicut aqua ordei ⁊ almes ⁊ atriplicibus ⁊ cucurbita. Et multiplicare medicias lenificatiuas sicut cassia fistu. nõ est malũ: ⁊ vt euacuatio fiat cum cassia fistu. qm̃ ꝯfert apostemati ⁊ exiccat materiã.

¶ Primo ostendit euacuantia conuenientia ⁊ non conuenientia. Secundo alioꝝ curam ponit. ibi (Et quandoqȝ.) ¶ Considera primo ꝙ in principio apostematum stomachi cogimur quãdoqȝ ꝓpter multitudinẽ materie aliquid minorare: non tamen hoc agẽdum cũ fortibus medicinis que exoluendo forte euacuant: sed solum que minorant ⁊ leniunt. vnde Hippo. afor. 2a afor. 29. s. Inchoantibus morbis si quid mouẽdum videṫ moue. Medicine võ fortes dilatãt materiã indigestam: in febribus que minus sunt periculose a principio sola lenificatione vtimur. vnde Auicẽ. prima quarti de cura putridaruȝ in generali fit vltimitas lenificatio ⁊c. nõ fluxus ventris: non solutio laboriosa: multo ergo magis in principio apostematũ stomachi calidoꝝ solũ lenificare debemus.

¶ Sed dubitatur an in principio apostematũ calidorum stomachi cõpetat vomitus. ¶ Et videṫ ꝙ sic ex mẽte Rasis in diuisionibus cap. 59. s. de egritudinib⁹ stomachi. vbi loquẽs de cura apostematum calidorum stomachi ait. cura est flobothomia: deinde vomitus. Amplius vomitus euacuat de materia illa. Amplius ab apostematibus intrinsecis semper aliqđ virus resudat: vt quinto de interiorib⁹. 7. cap. Id aũt cũ subtile sit vomitu euacuaṫ. ¶ Oppositũ vult Auicen. ¶ Dicendũ ꝙ vomitus duplex est. s. laboriosus: ⁊ hic nunqȝ in apostematibus stomachi competit: qr materiã attrahit: imo qñqȝ apostemat stomachũ: ⁊ si apostema prius nõ fuerit: vnde in principio febrium flegmaticarum ab hoc prohibeṫ: vt 4. cañ. fen ꝑma. cap. de cura flegmatice feb. Alius est vomitus leuis: ⁊ ille cõpetit facta diuersione per flobothomiaȝ ⁊ fricationem: ⁊ hoc modo ĩtelligit Rasis. vnde vomitũ post flobothomiã iniungit: sed ante. s. ante diuersionem qualiscũqȝ vomitus sit non cõpetit: qr cõmouet ⁊ facit fluere materiam: ⁊ hoc modo Auicen. dicebat ꝙ administratio vomitus error est. Credo võ ꝙ semper melius esset si ad inferius potest duci materia ꝙ nullo modo ducatur cum vomitu: cum nunqȝ sic possit esse leuis quin multam in stomacho cõmotionẽ faciat. Obiecta soluuntur faciliter. ¶ Et cõsidera primo ꝙ flobothomia est necessaria ad diuertendum materiam. fiat autem de basilica opposita loco doloris. ¶ Dixit autẽ in pluribus horis: qr quandoqȝ ab ea prohibet etas virtus timor de ebullitione materie. Almes ſm Simonem sunt pise quas hic conuenire nõ credo ꝓpterea qr Gal. alimentoꝝ primo cap. 16. eas nõ multũ collaudat. Ideȝ Simon sunt robilie: ⁊ hoc forsan posset esse: ⁊ vocantur ab Auicẽ. in scđo mesce. que tẽperate sunt. debẽt võ dari in principio excorticate: vt ponet infra Aui. ⁊ hoc qr sunt magis lubrificatiue. in cortice enim ei⁹ est ponticitas: vt. A. 2. cañ. ca. de mesce. ¶ Considera post ꝙ cassia fistula cõfert apati: qr sue inflãmationi: ⁊ exiccat materiã. s. lenificãdo. vnde magis Aui. cõmẽdat cassiã ꝙ̃ si deṫ cũ hiera vel aloe: ⁊ hoc qr est leue solutiuuȝ.

¶ Et qñqȝ admisceṫ ei ex hiera ⁊ aloes pondus duoꝝ danich vsqȝ ad. 5. ȝ. ⁊ melius hoc est vt in potu tribuatur cassia fistu. cuȝ aqua endiuie: ⁊ qñqȝ poniṫ in ipsa absinthij parũ: qm̃ est iuuatiuũ cũ sua stipticitate.

¶ Et quandoqȝ cum admiscetur cassia hiera ⁊ aloe: ⁊ hoc quando multa esset materia egens euacuatione super lenificationem. Et quandoqȝ ponitur absinthium. s. post principium aut in principio: tamen mistum rebus frigidis vt aqua ordei vel cucurbite.

¶ Et qñqȝ vtunṫ in ea qdaȝ myrabolanis: ego võ nõ declino ad eos nisi sint apostemata in via dubitationis ⁊ ego abhorreo h. Et qñ apparent nõ opȝ vt administrenṫ. Et qñ dant eis in potu scamoneã cũ syrupo acetoso: ⁊ ego abhorreo eã. Et quãdo apparent ⁊ nõ est ex hmõi excusatio: tunc detur aloes auṙ. j cũ syrupo acetoso quãuis dimittere ipsuȝ sit melius. Et ex solutiuis iuuatiuis in principio est vt sumanṫ aque solatri ⁊ aque endiuie. ℥. ij. ⁊ medulle cassie fist. ℥. iij. ⁊ olei de cucurbita ⁊ olei amigdalini: amboꝝ ana. ℥. ij. ⁊ detur in potu ⁊ sine cessatione lenificeṫ natura cum hoc si fuerit siccitas vsqȝ ad diem. vij.

¶ Sed dubitaṫ an myrabolani citrini: qr est de eis sermo cõferant

Dubm pm

Dubm 2m

¶ Quid in superioꝛib⁹ tractatib⁹ Aui. determinauit pꝫ ex diuisione facta in p̄ncipio tractat⁹ scđi. Intẽtio ṽo ei⁹ in h̄ tractatu est determinare de accidẽtib⁹ stõcho euenientib⁹ ex p̄te ei⁹ q̄d ipse cõpꝛehẽdit: aut ab eo expellit vel tẽtat vt expellat. Primo ḡ determinat de accidẽtib⁹ stõcho eueniẽtib⁹ ex p̄te ei⁹ q̄d ipse cõpꝛehẽdit. Scđo de accidẽtib⁹ eueniẽtib⁹ ex p̄te ei⁹ q̄d expellit vel educit ab eo: aut tẽtat expellere. ibi (Qñqꝫ est cã ei⁹ ꝛc.) Tertio de dispositionib⁹ myrach in ca. vlti. ¶ Ad p̄mi euidẽtiã ꝯsiderãdũ ꝙ in stõcho põt cõpꝛehẽdi cib⁹ humoꝛ vel vẽtus. q̄lis aũt sit ei⁹ dispositio ex cõpꝛehẽsione cibi ꝛ ex humoꝛib⁹ ex superioꝛib⁹ patuit. Sed qꝛ vẽtositas in eo cõpꝛehẽsa inflationẽ ḡñat ꝛ rugitũ: de q̄b⁹ sufficiẽter dictũ nondũ videbat: de his nũc determinat. Uẽtositas ṽo aut manet ꝯstricta vel quieta in stõcho ꝛ sic facit inflationeꝫ: aut mouet ꝛ facit rugitũ. Primo ergo determinat de iflatione. Scđo de rugitu. ibi (Oẽs cãe.) ∥ Prima in tres. Primo determinat de causis inflationis stõchi. Scđo de signis. ibi (Illaꝫ.) Tertio de cura. ibi (Si cã est.) ∥ Prima in duas. Prĩo in ḡñe iuestigat causas inflationis. Scđo inuestigat cãs cuiusdã sp̄alis inflationis. ibi (Et egritudinis almyrachiati.) ¶ Ad p̄mi euidẽtiã ꝯsiderãdũ ꝙ inuestigatio cãrũ inflationis nõ est nisi inuestigare cãs ḡñõnis vẽtositatis cibi: ꝛ per ꝯñs inflationis que accidit ex cibis tẽpoꝛe repletionis. Primo ergo inuestigat causas generationis vẽtositatis tẽpoꝛe repletionis ex debilitate calidi. Scđo iuestigat causas inflationis que accidit tẽpoꝛe vacuitatis. ibi (Et qñqꝫ sunt inflatio ꝛ rugitus ꝑpter vacuitatẽ.) ∥ Prima in duas. Primo p̄mittit quãdã diuisionẽ cãrũ vẽtositatis ꝛ inflationis. Scđo declarãdo exequit. ibi (Cib⁹ eñi.) ∥ Hec pars hꝫ duas. Primo declarat qũo debilitas virtutis per se est cã generationis vẽtositatis ꝛ inflationis. Scđo qũo cib⁹. ibi (Et qñqꝫ est cõplexio cibi.) ∥ Prima in duas. Primo ostẽdit qũo virtutis debilitas per se est cã inflationis ꝛ vẽtositatis. Scđo qũo aliqñ per accidens hoc ꝯtingit. ibi (Et qñqꝫ est caliditas.) ∥ Prima in duas. Primo d̄clarat ꝙ caloꝛis ꝛ virtutis debilitas est cã vẽtositatis ꝛ inflationis. Scđo q̄d dixerat declarat. ibi (Et oẽ a quo nõ accidit.) ¶ Illud aũt q̄d declarat est hoc. Dixerat eñi ꝙ si caliditas p̄uet. s. ꝙ nõ agat in mãm non fit inflatio: ꝛ si cib⁹ de se sit inflatiuus. Hic ergo declarãs dicit ꝙ si ab aliqua re nõ fit inflatio: hoc est aut qꝛ res illa de se nõ est apta ꝯuerti in vẽtositatẽ aut ꝑpter duas cãs p̄ter hoc. Prima est foꝛtis caliditas. Alia est foꝛtis frigiditas. ¶ Cõsiderandũ ꝙ sicut sumit ex Gal. 6. de accidẽti ꝛ moꝛbo cap. z. ꝛ ab Auer. 3. coll'ꝫ ca. de accidẽtib⁹. 1. c. ꝛ est. 16. cap'lm. vẽtositas nec in foꝛti caloꝛe nec in foꝛti frigoꝛe generat. vnde Auic. infra fen. zo. ca. de causis diminutionis coitus. Caliditas ꝛ frigiditas sunt ꝯtraria ventositati: ꝛ apparet in exemplo Gal. ibidẽ. nebula eñi in aere nõ apparet nec in feruenti estate nec in ferueñti hyeme: sic etiã in nostro coꝛpoꝛe nec in vehemẽti caliditate nec in vehemẽti friditate generabit nebula ꝛ vapoꝛ qui moti sunt ventositas: ꝛ hoc. A. vult dicere.

¶ Et qñqꝫ fit ꝑpter caliditatẽ digestiuã cũ ẽ debilis. Cibus nãqꝫ q̄ꝫuis sit nõ inflatiu⁹ in nã sua: tñ cũ debilitat in ipso caliditas euapoꝛat ꝛ facit accidere vẽtositatẽ. Materia nãqꝫ in sua suba si nõ est vẽtositatꝭ plurime nõ facit in vẽtrib⁹ euenire inflationẽ nisi sit caliditas minoꝛata ꝛ moueat ꝛ nõ digerat sicut si p̄iuet caliditas oĩno nõ associat ei iflatio: ꝛ si sit ex iflatiuis. Et oẽ a quo nõ accidit iflatio nõ accidit ab eo iflatio nisi aut ꝑpter seip̄m. s. ab illo in sua suba: aut ꝑp duas res p̄ter ip̄m: quarũ vna est ꝯñiuꝫ caliditatis sup ipꝫ ꝛ altera frigus q̄d nõ mouet aliq̄d. Et qñqꝫ est caliditas apta ad digerẽdũ ꝛ mã obediẽs ei ꝛ mouet per illud q̄d eã retrahit ab ip̄a ex potu aque plurime sup ipsam aut motu cõmouẽte ipsam. Et qñqꝫ est cõplexio cibi iflatiua sicut fasceoloꝝ ꝛ lentiũ ꝛ siliuꝫ: ꝛ nõ ꝯferũt foꝛtitudo virtutꝭ ꝛ alienatio locoꝝ digõnis nisi sit caliditas foꝛtꝭ vehemẽtis virtutꝭ ꝛ mã vehemẽtis humectationis. Et ex medicinis inflatiuis est vinũ grossum ꝛ dulce ꝑpter grossitiẽ eius nisi sit dulcedo subtilis ꝛ ḡñat ab eo vẽtositas subtilis. Et qñqꝫ est cã iflatiõis essentia cibi calidi in nã sua. nã cũ ipse iuenit dispõnẽ que calefacit cũ fit digõ ꝛ egredit ex hoc q̄d ip̄e est calidus potẽtia ad hoc vt sit calidus actu mãm fridam

humidā resoluit ipm ⁊ facit ipm vaporare.

¶ Hic iuestigat cās iflatiōis que se tenēt ex ꝑte cibi. ⁋ Et hꝫ duas. Prio ostēdit modū ſm quē qdā cibi sunt inflatiui. Scđo qūo qdā alij. ibi (Et qn̄qꝫ est cā.) ¶ Dicit pmo ꝙ aliqn̄ cibꝰ de se est iflatiuꝰ ⁊ nō ꝯfert neqꝫ virtꝰ stōchi fortis neqꝫ ꝑmutatio de loco digōnis ab vno loco ad aliū: vt d̄ stōcho ad itestina ⁊ de itestinis ad epar. Dico ꝓ ꝙ nō ꝯfert fortꝭ virtꝰ nisi sit vehemēs valde caliditas que oēm cibū iflatiuū ⁊ aptū ꝯuerti in vaporē subtiliat ⁊ resoluit: sed caliᷓtas ista que est media iter resolutiuū ⁊ nō agētē vľ agit ad formā cibi nālis vel inālis ad bonas formas: si ḡ vaporat facit vaporationē ⁊ pōt eē sup ḡdū nālis caliditatꝭ. Dico ēt ꝙ nō ꝯfert ꝑmutatio locoꝝ digōnis: nisi mā. i. cibꝰ iste sit vehemētis humectationis. i. lubricitatꝭ: qꝛ statim descendit: ⁊ tūc ꝯfert ꝑmutatio. Et qn̄qꝫ cā iflationis est eēntia cibi calidi. i. qꝛ cibꝰ est calidus in nā. i. in cōplexione. nā cū ipe iuenit dispōnē que calefacit eū ⁊ fac̄ ipm euaporare: supple fit ex eo vētositas: supple ⁊ cum fit digō ⁊c̄. ita vult ꝯstrui. Ponit ḡ duplicē modū quo cibꝰ calide cōplōnis facit ventositatē aut actiue aut passiue. ⁊ pꝫ. tn̄ si deberēt magꝭ facē actiue ꝙ̄ passiue. Rō pmi sit. illud qđ in fine dixit facit eū euaporare.

¶ Et qn̄qꝫ sunt iflatio ⁊ rugitus ꝑꝑ vacuitatē ventris cū humiditate cruda vitrea in stōcho. Ipa. n. cū occupaṫ caliditas nālis ab ea cū cibis est qeta: ⁊ qn̄ caliditas expedita ꝑuenit ad eam resoluiṫ in vētositatē. Et qn̄qꝫ est cā in hoc ꝙ nā qn̄ iuenit vacuitatē ⁊ mouenṫ virtutes moueṫ aer effusus in spatijs ⁊ moueṫ cuꝫ eo residuū vapoꝝ humiditatis ⁊ est sicut ventositas.

¶ Hic iuestigat cās vētositatis ⁊ iflationis que fit a vētre vacuo. Et ꝓ facit ħ. Scđo ponit quādā aliā cām iflationis ⁊ vētositatꝭ. ibi (Et multotiēs fit frigꝰ.) ⁋ Pria in tres sicut tres ostēdit dispōnes in qbꝰ euenire pōt iflatio. 2ª ibi (Et qn̄qꝫ.) 3ª ibi (Et qn̄ multiplicatur.) ¶ Dicit ꝓ ꝙ qn̄qꝫ iflatio ⁊ rugitꝰ sunt ꝑꝑ vacuitatē vētris a cibo: ⁊ eni cū caliditas nālis cā est qeta cibis. s. tꝑe repletionis occupaṫ: supple in cibis ab. i. absqꝫ ea. s. humiditate: ⁊ iō dimittit eaꝫ ⁊ nō agit in illā ꝑꝑ cibos. ⁊ qn̄qꝫ caliditas expedita. s. a cibis: ⁊ hoc est tꝑe vacuitatꝭ ꝑuenit ad eā. s. humiditatē. ipsa. s. humiditas resoluiṫ in vētositatē. Et qn̄qꝫ est cā in hoc. iuestigat aliū modū ⁊ dicit ꝙ aliqn̄ cā rugitꝰ ⁊ inflatiōis tꝑe vacuitatis est: qꝛ nā ⁊ virtus iterioꝝ mēbroꝝ ꝑꝑ vacuitatē moueṫ. s. vt attrahat vel digerat ⁊ cōmoueat aliā māꝫ a cibo cū cibꝰ nō sit pn̄s: sed in ħ motu moueṫ aer iclusus in mēbris: ⁊ tūc moueṫ cū eo residuū qđ in mēbris est de humiditate apta ꝯuerti in vaporē ⁊ fit vētositas. ¶ Cōsiderandū ꝙ per aerē possimꝰ itelligē spūm: vt velit Aui. dicē ꝙ ad motū virtutis sequunṫ motus spirituū ⁊ exinde moueṫ humiditas. Uel possumꝰ itelligē extrinsecū aerē q de necessitate nr̄a subitrat corpora ⁊ in vacuitatibꝰ mēbroꝝ ꝯtineṫ: ⁊ maxime cū mēbra eūanṫ a cibis. Ad motū aūt virtutis sequiṫ motꝰ aeris ⁊ illius humiditatꝭ vnde fit inflatio ⁊ rugitꝰ. Dixit aūt residuū humiditatis ⁊ vapoꝝ: qꝛ lꝫ mēbra eūenṫ a cibis semꝑ: tn̄ in eis manet aliqd qđ pōt dici residuū. Nō eni est repire vētrē aliq̄ hora vacuū oīno: vt 3ᵒ de virtutibꝰ ca. 13. ⁊ similr̄ itestina. Dixit ēt ⁊ est sicut. qꝛ ꝓprie nō est vētositas: sed est aer motꝰ simul cū leui ⁊ pauca humiditate aut pauca euaporatiōe facta ex illa hūiditate. ista aūt nō est vētositas sic̄ illa q̄ fit ex vētoso cibo vel hūore: sed ē sil'is: ⁊ iō dicit sic̄ vētositas.

¶ Et quandoqꝫ sunt causa in ea multitudo melācholie ⁊ egritudines splenis.

¶ Cōsiderādū ꝙ mel'ia ⁊ egritudines splenis pn̄t esse cā vētositatꝭ ⁊ inflationis tꝑe repletionis: qꝛ debilitāt ⁊ infrigidant stomachū. possunt etiā esse cā vētositatis tēpore vacuitatis: qꝛ mel'ia in ventositatē resoluiṫ. est eni apta vt ex ea fiat vētositas. vnde Arist. eā ventosam ponit. 30. parti. ꝓble. ꝓble. 1. ⁊ mel'icos ventosos dicit: vt. 4. ꝑti. de ꝓble. ꝓble. 30. versus finem.

¶ Et multotiēs fit frigꝰ superueniēs corpi exterius cā iflatiōis ⁊ vētositatis ex qua repleṫ corpꝰ: ꝓpterea qꝛ debilitat caliditatē operātē in mā ⁊ facit opōnē eius mediā opōnē: ⁊ eiꝰ opō est digō humiditatū ⁊ medietas opōnis est vaporatio: ⁊ qn̄ multiplicaṫ inflatio in ventribꝰ ꝯualescentiū indicat ꝯuersionē.

¶ Hic ꝯsideraṫ ꝙ operatio que est euaporatio nō dꝫ intelligi ꝙ sit medietas opōnis ꝑfecte tanq̄ꝫ pars eiꝰ: tūc eniꝫ sequereṫ ꝙ oēm decoctionē ꝑfectā ꝓcederent vaporatio ⁊ vētositas: sꝫ est medietas per ipotentiā ⁊ ꝓuationē ꝑfectionis actu sicut de flegmate dr̄ ꝙ est sanguis diminute decoctus. Ista aūt declarata sunt superiꝰ hac fen. Addit ꝙ inflatio in ꝯualescentibus ⁊c̄. Cā est: qꝛ signū est debilitatis digestiue: vnde noua reaggregari pōt corruptio.

¶ Et egritudinis almyrachiati pl'm fit ꝑꝑ vehemētiā caliditatꝭ stōchi ⁊ oppil'ones viaꝝ cibi ad corpꝰ: q̄re redit ⁊ retineṫ in ꝑtibꝰ stōchi ⁊ facit acetosaꝫ eructuationē ⁊ accidit vomitꝰ stupefaciēs dētes ꝓcipue si cōicat splen ⁊ ē egestio hūida ⁊ igrossaṫ san. Et qn̄qꝫ est illic apa faciēs vaporē mel'icū ⁊ facit euenire mel'iaꝫ.

¶ Hic Aui. iuestigat cām cuiusdā determinate inflationis ponens simul signa. Est aūt hec inflatio illa que dr̄ myrachia: vn̄ dr̄ mel'ia inflatiua vel myrachia vel hypocūdrialis: vt ēt sumi pōt. 3. de iteriorib'. c. 7. Dicit ḡ ꝙ cā iflationis in egritudine almyrachia. i. melācholia myrachia vtplurimū fit a vehemētia caliditatꝭ stōchi. s. ex apatibꝰ: vn̄ ēt cibū in fumū ⁊ vaporē ꝯuertit: ⁊ supple fit ꝑꝑ oppilationes ⁊c̄. ¶ Cōsiderāduꝫ ꝙ sicut sumiṫ ex Gal'. 3. de iteriorib' ca. 7. melācholia myrachia pōt fieri ꝓpter calida apata in fundo stōchi ⁊ in inferioribꝰ partibus. vnde cibaria aduruntṫ ⁊ corrupti vapores eleuanṫ ad caput ⁊ sanguis inspissaṫ. Et isti iuuanṫ si frigida sumant vt ibidē auctoritate Theophili. Et in ista melancholia qūo fiat inflatio pꝫ: qꝛ caliditas illa ex apatibꝰ cibū ꝯuertit in fumū: ⁊ similr̄ eleuat fumū ex humoribꝰ quos ingrossat. Fit etiā hec melācholia ꝓpter oppilationē existentē in venis meseraicis. s. ex sanguine melācholico grosso vel ex apatibꝰ: ⁊ tūc cū debiliteṫ stomachus ⁊ epar gn̄anṫ in illis vētositates. Similr̄ etiā humores illi grossi sunt apti vt in ventū vertanṫ: ⁊ etiā cibi cuꝫ assumunṫ ꝓpter debilē caliditatem euaporant. In illis v̄o fit vomitus acetosus ⁊c̄. que aūt sit cā hoꝝ accidentiū nō est ꝓ̄sentis speculationis. Utrū etiā possit fieri vomitus acetosus in myrachia melācholica facta ex calidis apatibus etiā dubium hꝫ. ⁊ pꝫ.

¶ De signis. Cap. 2m.

Illā in qua est cā gn̄atio vētositatis ⁊ inflatio substātie cibi sign̄ant reditꝰ ad cognoscēdum substantiā eius qđ sumiṫ: ⁊ ꝙ iflatio nō est plurima valde neqꝫ i horis bonitatꝭ cibi: ⁊ ꝙ eructuatio qn̄ iteraṫ bis aut ter sedaṫ eiꝰ malitia.

¶ Hic ponit Aui. signa. Et pmo inflationis facte ex cibis. Scđo facte ex humore. ibi (Et similr̄.) Tertio ponit signa inflationis facte ex debilitate digestiue. ibi (Assumptio aque.) Quarto ponit differentiā iter duos modos inflationū. ibi (Et differētia.) Quinto generaliter ꝯcludit signa iflationis facte a quacūqꝫ alia cā. ibi (Et facte.) ¶ Dicit pmo inflationē factā per gnōnes ventositatis: supple ꝓpter cibū. ⁊ declarat hoc. Et ꝙ inflatio. ⁊ pꝫ. hoc idem ponit Serap. 3. tracta. 8. cap̄. Et cā est: qꝛ nō existente defectu in virtute que semper generet ventū vētositas nō est multa: ⁊ ideo inflatio est pauca ⁊ remouebiṫ cū eructuabit bis vel ter.

¶ Et sil'r qn̄ cā in ipsa est humor significant eā assumptio aque ⁊ cōmotio sonans: ⁊ ad summuꝫ qđ accidit virtuti digestiue. oīa. n. cognoscunṫ per iuentionē cāe ⁊ remotionē iflationis cum alteratione regiminis. Et differētia quidem inter inflationē melācholicā ⁊ illaꝫ que est ex humoribꝰ malis crudis est ꝙ inflatio melācholie est cū siccitate ⁊ alia est cū humiditatibꝰ. Et facte ex causis alijs signū est iuētio aliarū causarū.

¶ Et similr̄ sup. dicta signa significant eā. s. inflationē qn̄ cā in ea. s. inflatione est humor. pōt intelligi humor. i. humiditas in cibo extranea de qua dixit in pncipio capl'i. vel humor. s. aliquis aptꝰ cōuerti in ventū nō existente debili virtute: ita ꝙ tota cā in generatione vētositatis est humor ⁊ nō ꝓprie defectꝰ virtutis: ⁊ tūc sicut quādo ex cibo generaṫ inflatio ꝓpter cām in cibo ⁊ nō ꝓpter aliquā cām in virtute: inflatio est pauca ⁊ eructuatio illā sedat sicut quādo tota cā est per se in humore nō in defectu virtutis inflatio nō est multa ⁊ sedaṫ cū eructuatiōe: ⁊ ideo significāt hec signa eā. ⁋ Assumptio. Supra apparuit ꝙ digestiua debilitaṫ per accidens ex potu aque frigide: aut ex cōmotione superueniente: aut per se cū ipsa de se est defecta: vnde nō existente cibo inflatiuo generaṫ inflatio ⁊ ventus. Assumit ergo Auicē. hec signa ⁊ dicit assumptio aque. s. sup cibū vnde digestiua debilitaṫ. Et cōmotio sonās. s. sup cibo facta. Dixit aūt sonans: qꝛ ꝓdixerat mō qn̄ fit potus aque. Et cōmotio super cibū est sonans. i. faciens sonitū. Et ad summuꝫ qđ accidit virtuti digestiue. s. de causis impedientibꝰ digestionē ⁊ facientibus inflationem. omnia enim noscunṫ ⁊c̄.

¶ De cura. Cap. 3m.



Si est cā inflāmationis cibꝰ dimitte ipm̄ tendens ad aliū: ⁊ meliora regimē futurū vt nō ledat̃ digō: ⁊ vsquequo fit illud opꝫ vt dormiat habēs cā sup ventrē suū supra puluinare plenū eis q calefaciūt sicut est cottū. Et si est cā eiꝰ friditas stōchi ⁊ debilitas eiꝰ curet̃ cū eis que opꝫ ex illis quedicta sunt in cap. eius. Et vngat̃ cū oleo aliq in quo decocta sunt subtiliatiua disrumpētia ventositatē sicut ameos ⁊ keisim ⁊ cyminū. Et si indiget fortiorībꝰ illis: tūc sint rutha ⁊ semen eius grana lauri ⁊ alaniuden ⁊ siseleos. Et sit oleū eius oleū laurinum ⁊ oleū de kerua ⁊ que sunt similia illis. Et qñq3 sufficit īnūgere mēbrū ex oleo aliquo cū quo pmiscet̃ anbetū ⁊ que currūt cursu eius: deide cū emplastris fortis resolutionis sicut emplastrū factū cū hyssopo ⁊ anbeto ⁊ aqua cineris ⁊ similibꝰ. Et qñq3 sunt necessaria clysteria cū hmōi oleis. Et qñq3 ponit̃ in eis piper. Et si fuerit frigus ex mā grossa nō dabimꝰ in potu istas medicinas. Qñq3 enī ipse addūt in cōmotione vētositatū: imo opꝫ vt purgemus mām in pmis: deide demus eas in potu. Et si frigus fuerit purū ⁊ fuerit mā pauca nō curabimꝰ de hoc: imo dabimus eas in potu. Et ex eis que in potu dabimꝰ ⁊ magnificat̃ eoꝝ iuuamentū est manipulus poly decoctꝰ in aqua vehemēter: deinde sumat̃ ex ea in potu aut misceat̃ decoctio calamenti fluuialis cū melle ⁊ sumat̃ ex ea in potu: ⁊ decoctio galāge iuuatiua est valde: ⁊ galāge sicut est ⁊ galāge ꝯfectū cū syrupo acetoso factū pillule pue sicut cicer: ⁊ sit dosis eiꝰ aur̃. j. cū aqua calida: ⁊ ē ex eis que solēne educūt vētositatē plurimā ⁊ humiditatem paucaꝫ. Et ex eis que sunt maximi iuuamēti in inflatione accidente est castoreū qñ bibit̃ cū aceto pmisto cū aqua ⁊ rob cū oleo antiquo ⁊ pprie aceto alāiuden aut squilitico. Et dicit̃ ꝙ calcaneus porci adustus est bonus ad h̄. Et qñq3 sufficit in ea que leuis est vt in potu sumat̃ vinū purū parūper bibat illō: deide dormiat sup ipm̄ ⁊ surget sanus ab egritudine sua. Vnguētū cōferens ei decoquant̃ nigelle ⁊ grana lauri ⁊ rutha in vino vehemēter ⁊ colet̃: deide coquat̃ ex oleo medietas illius vini cū ipso donec remaneat oleum: deinde fiat īnunctio ex ipsa: ⁊ simil'r oleū de lilio. Dixerunt qdam aloes al's alkerua est iuuatiua valde infantibꝰ quoꝝ inflant̃ vētres. Et inflatio inseparabilis melācholica curat̃ cū eis que sunt vt sagzenea ⁊ alcadicō ⁊ ameos. Et si indiget euacuatione forti administra pillulas fetidas ⁊ pone sup spongiam infusam in aceto forti valde: ⁊ melius est acetum alaniuden.

¶ Ponit curā. Et pmo ponit curā inflationis facte ppter cibos: ⁊ ītelligat̃ etiā ppter alia nocumēta extrinseca. Scd̄o facte ppter digestiue d̄bilitatē. ibi (Et si est.) Tertio facte in melācholicis passionibꝰ vel ex melia. ibi (Et inflatio.) ⁋ Scd̄a pars h3 duas. nā digestiua debilitat̃ vtplurimuꝫ ex frigore. frigiditas aūt stōchi qñq3 est sine mā qñq3 cū mā. Primo ḡ ponit curā inflationis stōchi: cuius cā est debilitas stōchi ppter frigiditatē sine mā. Scd̄o ponit curā eiꝰ cuiꝰ cā est debilitas stōchi pp frigiditatē cū mā. ibi (Et si fuerit frigus.) Primū ⁊ 2m patēt. ¶ Cōsidera tamen ꝙ existente mala cōplexione frigida ꝯiuncta māe a qua est apta leuari vētositas: accidit ꝙ ex p̄dictis causis vētositas addit̃ ppter māe dissolutionē: ⁊ ideo mā d3 p̄us purgari. ¶ Cōsidera post ꝙ cū castoreū sit multe acuitatis timet̃ de eo: ⁊ ideo dat̃ cū aceto: q2 acetū est tyriaca eiꝰ. Squilliticū. i. acetū vt 2o can. cap. de castoreo. Rob etiā eiꝰ acuitatē remittit ⁊ stōchū ꝯfortat ⁊ vnit. Oleū vō antiquū ad resoluēdū iuuat. Et dī. Qđ vō dicit de calcaneo porci: si verū esset esset ppter ppzietatē. attamē in vngulis adustis de qbꝰ est calcaneus porci est resol'o: vnde quedā ꝯferūt emplastrate vt Serap. ca. de vngulis. Al. nullibi īuenire possumus sed qdā habēt sic. al. ⁊ iportat aloes per abbreuiationē: ⁊ ꝯfert infantibꝰ cuꝫ hn̄t inflationē: q2 plurimū inflationis in illis est cū mā lubricosa in q̄ aloes pdest cū eas eyciat: vt Serap. cap. de aloe. Posset tñ dici ꝙ aloe nocet. Alaniuden vt scriptor abbreuiare voluerit. Cōfectiones q̄s vltimo posuit scribunt̃ in qnto ⁊ ꝯferunt multis passionibꝰ. Spōgia infusa in aceto. s. vbi bullierit polium vt a Serap. tracta. 3. ca. 8. sumit̃. ⁊ ipse dat hoc intelligi per hoc qđ dicit alaniuden. hoc. n. acetū cū sui calefactione virtutē h3 penetratiuā ⁊c̃.

¶ De rugitu. Cap. 4m.



Omnes cāe inflationis sunt ipse cedeꝫ cāe rugitus cū accidūt ille cāe inflationis ⁊ nititur nā eas expellere ⁊ nō pōt: ⁊ nō expellit̃ ad superiora neq3 ad inferiora: imo mouet̃ in vasis intestinoꝝ: tunc est rugitus ⁊ pp̄ie cū est in intestinis subtilibꝰ strictoꝝ meatuuꝫ. Cūq3 permutat̃ ab eis ad ampla intestina. s. grossa quiescit ⁊ minorat̃. Verū sonitus eius tunc est grauis cuꝫ hoc ꝙ est minor. In subtilibꝰ vō est acutus cuꝫ hoc ꝙ est plurimus. Cūq3 permiscent̃ ille vētositates cū humiditatibus nō sunt pure: ⁊ qñ iueninnt spatiū ⁊ sunt inflantes cōmouētes sonitū faciunt ꝯuenire sonitū vasis habentibꝰ strictū collum. Et claritas quidē sonitus significat mūdificationē intestinoꝝ aut exiccationē fecis.

¶ Hic determinat de rugitu. Et pmo ostēdit eius causas ⁊ modos volens ex hoc signa fore nota. Secundo ponit curā. ibi (Et cura.) Que dicit nota sunt ⁊ habentur. 6. de accidenti ⁊ mor. cap. 2.

¶ Et cura quidem rugitus proxima est cure inflationis: ⁊ ille q īuenit vētositatē in vētre cuꝫ febre pauca bibat aquā cymini cū tereniabin in loco penidiarū.

¶ Dixit pxima q2 in rugitu proprie est humiditas: vnde in eo p̄ter resol'onē euōne indigemus. ¶ Cōsiderādum ꝙ medicus inueniēs lentā febrē cū vētositate in vētre imaginabit̃ ꝯueniens fore dare penidios. damus enī cōiter in eis zucchaꝝ penidy. Aut ex eo sunt: sed q2 ipsi sunt calidiores ⁊ leniūt existimabit quis ꝯuenieter dari posse: sed tamē loco eoꝝ ꝯuenieter damus aquā cymini cū māna. Penidy. n. grossi sunt aliqual'r ⁊ forsan ex hoc apta ventosari. Aq̄ vō cymini pp̄ie resolutiua est ⁊ tereniabin lenitiua ⁊c̃.

¶ De lenitate stōchi ⁊ lubricitate. Cap. 5m.



Quandoq3 est cā eiꝰ malitia cōplexionis stomachi: ⁊ raro fit ex cōplexione cal'a simplici qñ al's qñ ꝯuenit ad hoc vt mortificet retentiuā. Et qñq3 fit ppter malitiaꝫ cōplexionis frigide cū mā lubricitāte aut absq3 mā. Et qñq3 fit ppter vlcera in stōcho que ledunt̃ ab eis que ad ipa puenīūt quare mouet̃ ad expellendū ea. Et qñq3 est cā eius debilitas adueniēs retentiue. Et qñ accidit post lubricitatē stōchi ⁊ intestinoꝝ ⁊ lenitatē eoꝝ eructuatio acetosa est f̄m dictū Hippo. signū bonū. Significat enī augmentū caliditatis diminute. nā si nō fuerit caliditas nō erit vētositas neq3 eructuatio.

¶ Determinat Aui. hic de accidentibꝰ vel dispōnibꝰ stōchi que fiūt in eo: vel ꝯsiderant̃ quātū ad id qđ expellit̃ per īferius ⁊ vocat̃ lubricitas: aut per superius ⁊ sic sunt quedā alia accidentia. Primo ergo determinat de lubricitate stōchi. Scd̄o de alys accidentibꝰ. ibi (Vomitꝰ.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit cās. Scd̄o signa que dicit tamē nota esse. ibi (Nota.) Tertio ponit curā. ibi (Si fuerit.) ¶ Cōsiderādū pmo ꝙ Aui. dixit simplici: q2 mala cōplexio cū mā pōt facere hāc lubricitatē vt cū mā cholerica pūgit ⁊ stimulat: s3 mala cōplexio simplex nō facit hoc nisi mortificādo. hoc aūt raro accidit. Qđ vō vltimo dicit est verificatio afo. pmi 6e partic. In diuturna lienteria oxyremia superueniēs bonū signū.

¶ De signis. Cap. 6m.

Nota sunt ⁊ non est necessarium iterare ea.

¶ Hic ponit signa que dicit esse nota. Sūt aūt nota ex ca. de signis male cōplexiōis calide cū materia. ⁊ de signis male cōplōnis frigide cum materia ⁊ sine. ⁊ ex ca. de vlceribꝰ stomachi cum debilitate stomachi.

¶ De cura. Cap. 7m.

Si fuerit cā eius malitia cōplexionis calide cū materia: tunc opꝫ vt educaꝛ humor cuꝫ facilitate ⁊ administrenꝛ post illud robub fructuuꝫ stipticoꝝ aut aq̄ sauich ordei decocti cuꝫ milio. Et si ꝓlongaꝛ illud est necessarium bibere ea que sunt sicut lac acetosum vaccinum decoctum: aut in quo extinguunꝛ ferrū ⁊ lapides cum quo sint admiste medicine stiptice sicut spodiū ⁊ rose ⁊ karabe ⁊ balaustie ⁊ alcort ⁊ hypoqdos ⁊ ꝓijcianꝛ super mediam lib. lactis acetosi. ℥. v. de medicinis. Et administrēꝛ super stōchum emplastra dicta in antidotario. Et sit cibus ex lentibus excorticatis ⁊ rizi ⁊ milio cū succis fructuū stipticoꝝ sicut est aqua acreste ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ aqua cydonioꝝ acetosorum. Qꝫ si non īuenis excusationem quin cibes eos carne cibabis eos illis q̄ sunt ex carne pullorum ⁊ cubugi tabegi assata valde aspsa acetosis predictis. Et sciꝛ ex istis cura eius que est raro ⁊ minus ex casibus hmōi egritudinis propter cōplexionem calidā puraꝫ sine materia ex eis que docui te in ca. cōi. Qꝫ si fuerit ex frigore cum calefactiuis cureꝛ ebibitis. Et emplā eius sint ex eis que iā exposita sunt in loco suo ⁊ fiat cibꝰ eius ex canabir ⁊ minutis auibus assatis ⁊ pullis ēt: qm̄ sunt tarde remanētie in stomacho: ⁊ puluerizenꝛ cū spēbꝰ odoriferis calidis stipticis aut calidis permistis cum stipticis. Et si fuerit illic materia euacueꝛ cum eis quoꝝ p̄terijt declaratio: ⁊ administreꝛ vomitus in omni septimana: ⁊ administretur electuarium alcanzi ⁊ electuarium de granis myrti ⁊ electuariū de scoria ferri: ⁊ detur in potu vinum purum antiquum. Et si fuerit ex vlceribus curabis vlcera sua cura: deinde regimen adhibe confortando stomachum.

¶ Ponit curā. Et p̊ eius q̄ fit a mala cōplōne calā. Scđo eius q̄ fit a mala cōplōne frida. ibi (Qꝫ si fuerit.) Tertio eius q̄ fit ab vlceribꝰ. ibi (Et si fuerit.) Quarto pōit curā qn̄ lubricitas fit ex debili ꝯtētiua. ibi (Facte.) ¶ Cōsidera ꝙ differt lubricitas stōchi a velocitate ꝺscēsus cibi. ꝓp̄e eni dꝛ lubricitas qn̄ cibꝰ in stōcho fere nihil moraꝛ: imo nō alteratus egrediꝛ. ſꝫ dꝛ velocitas descēsus qn̄ cibus lꝫ moreꝛ in stōcho: tn̄ descēdit an̄ tēpus. Alcort. i. achacia. Cubugi. i. ꝑdix. Tabegi est spēs auis nobis ignota. Similr̄ canabir. dicit vo apud quosdam auis frangēs ossa: vt supra diximus.

¶ Facte autē ex debilitate virtutis retētiue cura est vt administrenꝛ syrupi stiptici cū spēbꝰ calefactiuis odoriferis in potu sumpti ⁊ vt emplm̄ suppositi. Et ex eis que ꝯferūt ad illud est electuariū de xylocaractis cum aqua senticū humidaꝝ aut medicamē de sumach cum aqua de xylocaractis aut suffuf de granis granatorū cū robub ꝺ cydonijs acetosis puro: aut alcāzi cū rob de myrto. Et ex illis que ei maximū afferūt iuuamentuꝫ sunt troci. enfistides ⁊ troc. de balaustijs ⁊ emplm̄ de absinthio cū stipticis. Cibi aūt ꝓximi sunt illi quos diximus in caplō cōplexionis calide ⁊ humide ⁊ assata ⁊ frixa: ⁊ ea que in patellis cum robub.

¶ Electuarium de xylocaractis nō inueniꝛ in descriptione Aui. scimus tn̄ ꝙ xylocaracte stipticat: vt Serap. c. suo. Alcanzi. vt supra dictum est. 5. can̄. 3. trac. ponitur.

¶ Et scias ꝙ aqua ordei cuꝫ tamarindis iuuatiua est ad difficultates egritudinum.

¶ Cōsiderādū ꝙ si aliqs hꝫ cholerā subtilē ībibitam in stōcho ⁊ sit multa: in ista pōt dici difficultas. Nā ibi sunt vomitus nausea dolor sitis ⁊ estuatio. ⁊ posle est ꝙ ibi sit siccitas vētris ꝑꝑ fortē caliditatē. Si ḡ tu euacuas aut euacuas cuꝫ forti euacuatiuo ⁊ nocet: addit enim in vomitu ⁊ inflammatione. aut cum leui: ⁊ tunc non sufficit: ⁊ ideo aqua ordei cū tamarindis est iuuatiua: qꝛ paulatine euacuat ⁊ sedat vomitū ⁊ īflāmationeꝫ ⁊ sitim ⁊ soluit ⁊ reaggregat laxitatē stōchi. vn̄ īfra Aui. cū tamarindis docet curare malaꝫ dispōnē stōchi in qua est vomitus ⁊ siccitas nature. i. ventris ⁊c̄.

¶ De vomitu ⁊ subuersione ⁊ nausea ⁊ estuatione stomachi. Cap. 8m.

Vomitus ⁊ subuersio sunt motus stōchi ad expellēdū ex eo aliqd qđ est in eo ꝑ viā oris. Et subuersio qdē vna duoꝝ est motus expulsoris cui nō associatur motus expulsi: ⁊ vomitꝰ qui est vnus ipsoꝝ est vt associeꝛ motui facto ab expulsore motus expellēdi ad exteriora: ⁊ nausea est dispō stōchi que quasi suscipit hos motus: ⁊ est. q. declinatio eius ad hos motus aut multi tp̄is aut ꝑui tp̄is ſm susceptionē materiei. Et iste qdē dispōnes ꝯrie sunt appetitibꝰ ex oibus ꝑtibus. ⁊ subuersio nature dꝛ nausea inseparabilis ⁊ qn̄qꝫ diciꝛ destructio appetitus.

¶ Determinauit Aui. in p̄cedēti ca. de dispōnibus que fiūt in stomacho ex ꝑte eius qđ ab eo ꝑ īferius educiꝛ: hic determinat ꝺ dispōnibus q̄ fiūt in eo ex ꝑte eius qđ ꝑ supius educiꝛ vel tentaꝛ educi. dico aūt vel tentaꝛ educi vt cōprehendaꝛ nausea ⁊ singultus: Primo ergo determiat de vomitu nausea subuersiōe animi ⁊ de qbusdā dispōnibus eis annexis. Scđo determinat de singultu. ibi (Singultus.) ⁊ Pria in. d. Prio determiat de vomitu nausea ⁊ subuersione. Scđo de ānexis qbusdā. ibi (Qn̄qꝫ accidūt.) ⁊ Pria i. d. Primo determinat de diuersis spēbus vomitꝰ ⁊ causis ⁊ signis eius. Scđo de cura. ibi (Sermo qdē.) ⁊ Prima in tres. Prio determinat de vomitu ⁊ nausea ⁊ subuersione quātū ad diuersos modos ⁊ cās ipsiꝰ. Scđo ponit signa. ibi (Sunt nausea.) Tertio derminat de quadā spē vomitꝰ. ibi (Et sanguis.) ⁊ Pria in tres. Prio notificat nobis qd īportaꝛ noīe vomitꝰ nausee ⁊ subuersiōis. Scđo īuestigat eoꝝ cās diuersas ⁊ modus. ibi (Vomitꝰ qdē aliꝰ ē estuosus.) Tertio cōparat adinuicē spēs vomitus. ibi (Et deterior.) ¶ Quod de p̊ dicit pꝫ. Dicit tn̄ ꝙ iste dispōnes oēs sunt ꝯrie appetitui. Naꝫ appetitus ē īclinatio stōchi ad attrahēdū. In istis ꝟo motibꝰ ē īclinatio ad expellēdū: actuali ḡ attractioni cibi ꝯriaꝛ vomitꝰ: motui mery vt attrahat lꝫ nō attrahat ꝯrieꝛ subuersio: sed appetitui ad attrahēdū ꝯriaꝛ nausea q̄ ē vt multi tp̄is aut ꝑui ſm susceptioneꝫ cāe vel māe. i. ſm ꝙ cā suscepta in stōcho est parui vel multi tp̄is. Subuersio aīꝫ dꝛ nausea inseꝑabilis: qꝛ ad īseparabilitateꝫ nausee sequiꝛ. Silr̄ subuersio aīe dꝛ destructio appetitꝰ qꝛ ēt illū subseqꝛ.

¶ Et vomitus qdem alius est acutus estuosus sicut in cholirica passiōe: ⁊ sicut accidit ei q bibit medicinā vomitiuā: ⁊ alius quietus sicut accidit stomaticis.

¶ Prio ponit quādā diuisionē ḡnalē modoꝝ vomitꝰ. Scđo ponit diuersas cās subuersionis ex qbꝰ sunt cāe vomitꝰ: ponēs alios modos spāles vomitꝰ. ibi (Cū ḡ accidit subuersio.) Tertio oñdit iuuamēta vomitꝰ ⁊ horā ꝯuenietē ipsiꝰ. ibi (Et in administratiōe qdem vomitus.) ¶ Cōsiderādū p̊ ꝙ vomitꝰ stomaticoꝝ. i. hn̄tiū stōchū debilē quasi cōnaturalē est getus. vn̄ videmus quosdam leuiter ⁊ ⁊ quasi sine molestia vomere: ⁊ isti sunt stomatici.

¶ Cum ergo accidit subuersio: tūc iā accidit aliqd cōmouēs os stōchi ad expellendū aliqd ad ꝓpinquores vias: ⁊ illud est aut qualitas oꝑatiua aut oꝑatione eiꝰ mā ex qua ip̄e lediꝛ: aut mēbri cōicantis sicut cerebri: aut aduentus ꝑcussionis aut mā grossa ībibita aut infusa in ipso corrūpens cibū aut cholerica aut humiditas mala putrefacta sicut accidit p̄gnātibꝰ: aut hūiditas nō mala ſꝫ tremula debilitans os stōchi absqꝫ ma

litia cause aut humidita s grossa ꝛ adherens aut multa grauãs ꝙuis non sit causa alia.

℃ Prio iuestigat diuersas cãs subuersiõis ꝛ vomitus. Scõo ponit diuersos eiꝰ spãles modos. ibi (Et qdã hoĩes.) ⁋ Prio in. d. Primo facit qꝺ dictũ est. Scõo dubitatiõi rñdet. ibi (Nã ꝙuis.) ℃ Dicit p̊ ꝙ cũ fit subuersio est signũ ꝙ aliqd est vel ꝑuenit ad os stõchi vñ mouet ad expellẽdũ ꝑ ꝓpingorẽ viã. Propingor aũt via est ꝑs superior respectu oris stõchi. Et illud supple mouẽs ad expellẽdũ est aut qualitas opatiua. i. factiua huius cõmotiõis. s. sine mã: aut mã opatiõe eius. s. qualitatis: ꝛ ꝑ ꝯñs q̃litas cũ mã. Dixit aũt Auic. aut mã operatione eius. nã ꝓprie materia nõ agit nisi mediãte qualitate: aut supple est cã mẽbri cõicãtis. ℃ Sed tu. d. possunt ne oẽs iste eẽ cãe vomitus. ⁋ Dõm ꝙ ex istis qdam sunt cause vomitus ꝑ se vt cãe mãles cũ in vomitu debeat motui expulsoris ꝯiũgi motꝰ rei expulse. oẽs tñ sunt vel eẽ pñt cãe subuersiõis. nã in subuersione nõ requirit ꝙ motui stõchi ꝯiungat motus expulsi: sed soluz ꝙ stomachus moueat vt expellat. q̃litas aũt pura ꝛ purus ꝑuentus nocumẽti sine mã põt mouere stõchũ ad expulsionez: ꝛ iõ. A. dicit. cũ ḡ accidit subuersio. ꝛ nõ dixit. cũ ḡ accidit vomitꝰ. qꝛ oẽs iste nõ poterãt eẽ cãe ꝑ se vomitꝰ: sꝫ oẽs pñt eẽ ꝑ se cã subuersionis.

℃ Nam ꝙuis sit ṽbi gratia san. aut flegma dulce speratur tñ ex hmõi ꝙ nutriat corpus ꝛ nutriat ẽt stõchũ. San. n. nutrit stõchum aut flegma dulce nãle ꝯuertit ẽt in san. ꝛ nutrit stõchũ. Verũ ipa nõ nutrit euz quocũqꝫ mõ accidat ꝛ q̃le ꝑuenit ad ipm: sꝫ qñqꝫ nutrit cũ qñ gradat aduẽtus eius ad ipm ex venis alterãtibus sanguinẽ ad cõplexionẽ stomachi ꝛ assimilãtibus ipm ei ex venis p̃dictis in anathomia.

℃ Hic remouet dubiũ ꝑꝑ qꝺ ꝯsiderãdũ ꝙ siqs bene ispiciat Auic. enumerãs cãs vomitꝰ mãles enumerat de oĩbus humoribus. s. de cholera flegmate corrupto ꝛ melña. ꝛ dixit quãuis nõ sit alia cã. s. in faciẽdo vomitũ p̃ter dictas. a dictis aũt causis excludit sanguis ꝛ flegma dulce. ℃ Quereret ergo aliqs: an isti humores pñt facere vomitũ. ⁋ Rñdet ꝙ nõ: qꝛ nutriũt stõchum. ℃ Vel aliter posset itroduci. Aui. dixerat ꝙ aut cã subuersiõis ꝛ vomitus est mã multa ꝛ grauãs: quãuis nõ sit alia cã. s. in malis nisi qꝛ multa ꝛ grauãs mã: ḡ solũ qꝛ grauãs vel multa põt vomitũ iducere ꝛ quãuis non sit a cã alia. ℃ Sed diceret aliqs cũ de sanguine ꝛ flegmate semꝑ in stomacho sit plus aliquo alio humore: vñ est ꝙ vomitũ nõ faciũt. ⁋ Respõdet ꝙ sperat ꝙ ex hmõi nutriat corpus. ℃ Primo ḡ ꝓponit ꝙ flegma ꝛ sanguis nutriũt stõchũ. Scõo hoc determiat. ibi (Verũ.) ⁋ Hec ꝑs hꝫ duas. Duo. n. dixit. A. Prio ꝙ sanguis nutrit stõchũ. Scõo ꝙ flegma nutrit stomachũ. Primo ergo declarat ꝙ flegma nutrit stõchũ ꝛ qñ. Scõo ꝙ sanguis nutrit stõchũ. ibi (Et illi qdẽ.) Pria in. d. Primo ostẽdit ꝙ flegma nutrit stõchuz ꝛ qñ. Scõo remouet dubiũ. ibi (Nisi accidat.) ℃ Considera circa p̃mã ptẽ ꝙ Aui. dixit qñqꝫ. nã si flegma nãle nutrit stõchum nõ nutrit nisi qñqꝫ vt cũ adest aliqua indigentia. Hec. n. est vna necessitas quare flegma cũ sanguine vadit ad hoc. s. cũ ꝓpter aliquã cãm membra nutrimẽtũ amiserint qꝺ est sanguis: virtutes nãles operant in flegmate vt digerant ꝛ nutriant ex eo vt ponit. A. p̊ cañ. c. de humoribus. ꝛ iõ Aui. dixit qñqꝫ. ꝛ hoc fit cũ gradatim peruenit ad stomachuz per venas que ferũt sanguinẽ ad stomachum sicut sunt vene que veniunt a vena porte.

℃ Nisi accidat ꝓpter cãm cũ qua nõ iueniat stomachꝰ nutrimẽtũ oĩno ꝛ nõ afferãt ad ipm vene qꝺ ei conueniat ꝛ libẽter suscipiat ipm ꝛ digerẽdo faciat ipm sanguinẽ sicut multotiẽs effundit ad ipm epar nõ ꝑ viaz venarũ spargẽtiũ sanguinẽ: imo ꝑ viã venarũ ꝑ quas penetrat kilus sanguinẽ bonũ ꝛ cõueniẽtẽ nõ plurimũ grauãtẽ vt nutriat ipm ꝫ semitã qꝺ ipse ex eo exuccat ꝛ cõuertat eũ cũ sua substãtia ad suã similitudinẽ.

℃ Hic. A. remouet dubium. Dixit. n. ꝙ flegma nutrit stomachum quando gradatim peruenit ad eum.

℃ Sed dubitaret aliqs an oporteat semꝑ hoc flegma sic gradatim venire. ⁋ Et rñdet ꝙ nõ: qꝛ si stõchus hꝫ maiorẽ necitatẽ cibi imo nõ iuenit aliquo mõ nutrimẽtũ ꝛ vene nõ portãt stõcho qꝺ sibi cõueniat: tũc stomachus libẽter suscipit hoc flegma ꝛ conuertit ꝛc̃. Ex h̃ apparet ꝙ qꝛ libẽter accipit ꝙ nõ fit ibi gradatio per venas que ferunt sanguinẽ sicut fiebat qñ nõ erat tãtus defectus: sꝫ libẽter stomachus accipit illꝺ flegma sine tãta mora: ꝛ adducit silr qꝛ nos videmus ꝙ stõchus nãlr nutrit ex sanguĩe veniẽte ad eũ per venas suas que portãt nutrimẽtũ sub epate ad stõchum: qñqꝫ tñ in hora fortissime necessitatis epar effundit ad stõchũ sanguinem bonũ nõ ꝑ venas illas imo ꝑ meseraicas q̃ sunt vene deputate ad portanduz a stomacho ꝛ intestinis ad epar.

℃ Sed videbit dubiũ an stomachus possit eẽ in tãta inanitione ꝙ epar trãsmittat ad stomachũ sanguinẽ ꝑ meseraicas. ⁋ Et vr̃ p̊ ꝙ nõ: qꝛ ille vene sunt facte vt portẽt epati ꝛ nõ vt portent ab epate. Amplius ab eadẽ ꝑte epatis orit vena que portat nutrimẽtuz ad ad stõchũ: ꝛ que portat a stõcho ꝛ itestinis ad epar qꝛ a concaua ꝑte. Si ḡ sanguis a ꝯcauo epatis dꝫ venire ad stõchũ: melius poterit ire ꝑ suã nãlẽ viã ꝙ per meseraicas. ⁋ In ꝯ̃riũ est Auic. ꝛ supra primo ca. huius. ⁋ Dõm ꝙ tꝑe magne necitatis stõchus per meseraicas põt recipere. ℃ Propter qꝺ ꝯsiderãdũ ꝙ vt sensus ostẽdit vene meseraice sunt in itestinis ieiuno ꝛ duodeno. Hec aũt itestina sunt stomacho valde ꝓpinqua ẽt ƀm alligãtiã ꝛ ortũ. ℃ Ulterius ꝯsiderandũ vt Aui. ponit fen. 14. ꝙ quãuis in venis meseraicis chilus suscipiat aliquã alterationẽ ꝛ ꝯuersionez in sanguinẽ: ꝛ iõ sensus ostẽdit ꝙ in oĩbus venis meseraicis est sanguis vsqꝫ ad pelliculas itestinoꝝ. exñte ḡ inanitiõe in stõcho plus regret epar ꝑ venas suas ꝛ nõ ꝑ meseraicas cũ nõ sint deputate ad attrahendũ a stõcho: sꝫ ꝑ alias suas venas. Si ḡ epar nõ plus sibi trãsmittit ꝑ vias illas: adhuc faciliꝰ ẽ epati ꝛ stõcho ꝙ ille sanguis q ẽ in meseraicis trahat ad stõchũ cũ sibi appropinquet maxĩe ab itestino ieiuno ꝛ duodeno: ꝙ ꝙ reuertat ad epar tẽdẽs ꝑ aliã viam. ℃ Ad obta in ꝯ̃riũ dꝫ. Ad p̃mũ ꝙ tꝑe necitatis qñqꝫ vna via ꝯ̃rijs motibus seruit: ꝛ vult h̃ Gal. 4. de vtili. ꝑti. penul. ca. in fine. ⁋ Ad scõm dõm ꝙ imaginat venã porte eẽ vnã cũ tñ sint. 5. vel. 6. vel. 7. Et sic alia vena q̃ ad stõchũ tẽdit: ꝛ alia q̃ meseraice ramos cõstituit.

℃ Dubitat scõo an flegma de quo. A. itelligit ibi nisi accidat sit fl̃a veniẽs ab epate: an flegma qꝺ est in stõcho ꝛ qꝺ in in eo repit: de quo dixit supra ꝙ humor q plus repit in stõcho ẽ flegma. ⁋ Dõm ꝙ de vtroqꝫ põt itelligi. solum. n. hic vult dicere. A. ꝙ tꝑe maioris necitat̃ flegma illud nõ venit cũ tãta gradatiõe qꝺcũqꝫ fit illud: nõ tñ credo ꝙ sit sermo de flegmate in stõcho gñato nisi vellet ꝑ fl̃a chilũ q trãsit ꝑ itestina nõdũ ꝑmutatũ ad nãz sanguis. Ex qbꝰ licet accipe ꝙ in stõcho cũ nõ est sufficiẽtia nutrimenti vt sanguis: aut est necitas aliq̃ nutrimẽti: ꝛ tũc gradatim ꝯuertit flegma qꝺ erat admistũ sanguini: ꝛ nutrit ex eo sicut accidit alijs mẽbris. Aut addit magis necessitas: ꝛ tũc sine tãta gradatione ꝯuertit flegma qꝛ subito vndecũqꝫ põt illud flegma accipiẽs. Aut vlterius magis additur: ꝛ tunc accipit sanguinem per meseraicas.

Dubm pm

Dubm 2m

℃ Et illi quidem errauerunt qui existimauerunt ꝙ sanguis non nutrit stomachum ꝛ iudicãt de eo iudicium enuntiatiuum absolutum.

℃ Et illi qdẽ errauerũt. s. Rasis. 5. ꝯtinẽtis. ꝛ Aui. hic absolute cõfirmat ꝙ sanguis nutrit stõchũ: ḡ licet ꝯcludere ꝙ flegma ꝛ sanguis ꝓprie nõ sunt causa vomitus.

℃ Sꝫ tu. d. imo vr̃ ꝙ flegma plus oĩ humore facit vomitũ: qꝛ maxime videmꝰ fl̃a in vomitibꝰ euãri. Amplius. A. ponet ꝙ melior vomitus est q fit ex hũoribus ꝯsuetis sicut flegma ꝛ cholera. ⁋ Dõꝫ ꝙ cũ Aui. declarãdo ꝓcedit flegma nõ eẽ cãm vomitꝰ: itelligit de flegmate nãli dulci vt ipse ꝓposuit. h̃. n. flegma cũ sanguine vadit: ꝛ hoc maxime. A. ꝓbauit: sꝫ flegma qꝺ sepe facit vomitũ ꝛ qꝺ vomitu educit: nõ ẽ h̃ flegma sꝫ ẽ flegma gñatũ in stõcho ꝑ idigestiones aut catarros ex quo nisi tꝑe vehemẽtissime necitat̃ stõchꝰ ẽt nutrit sic est qñ deficit sibi sanguis ꝛ nãle flegma qꝺ cũ eo vadit.

Dubm 3m

℃ Sꝫ hic dubitat an stõchus nutriat ex sanguine. ⁋ Et vr̃ ꝙ non ex cõmẽ. illius afo. 17. ꝑti. 2. Que nntriũt. ꝛ. 4. de regi. sa. ꝛ. 3. de virtutibꝰ nãlibꝰ. c. 7. ⁋ In ꝯ̃riũ est Aui. ℃ In hac. q. est difficultas ꝛ multiplicitas opinionũ. Eis tñ omissis ponã vnaz q̃ tꝫ ꝙ stõchus oĩno ex chilo nutrit: ꝛ hoc ꝯfirmat auctoritatibꝰ ꝛ auctoritate Auer. 2. collꝫ. cap. 6. Et confirmatur rõne qꝛ videmus ꝙ statim sumpto cibo cessat fames: sed hoc nõ est nisi quia ex sumpto cibo nutritur. ẽt videmus ꝙ statim sumpto cibo homo fortificat. Amplius nullũ attrahẽtiũ attrahit ꝑꝑ attrahẽ sꝫ ꝑꝑ voluptuari. voluptuat aũt stõchus in eo cũ ex eo nutrit ꝛc̃. Ampliꝰ tũc seq̃ret ꝙ chilus semꝑ ex stõcho expelleret corruptꝰ. Chilus. n. a stõcho exit: aut qꝛ grauat eũ ꝑ quãtitatẽ: aut qꝛ eũ q̃litate grauat. si qdẽ q̃litate hẽtur ꝓpositũ. si quãtitate ḡ ꝑtez ex eo assnmpsit vniuit apposuit ꝛ assimilauit. Sꝫ illa opi. est falsa qꝺ appet ponẽdo ꝯ̃riã opi. Dico ḡ ꝙ stomachus vera nutricatiõe nutrit ex sanguĩe. Et p̃ma rõ sit cõis. eadẽ est mã nutricatiõis ꝛ gñõnis. Nõ. n. differt gñõ ꝛ nutricatio nisi qꝛ i gñõne itroducit forma q̃ facit diuersuz cõpositũ: sꝫ nutricatio gñõni ꝯiuncta est vt p̊ de gñõne Ari. ꝛ Auer. tex. ꝛ cõ. 39. sꝫ mã generatiõis est sanguis vt oẽs clamãt. Soluit ab eis ista rõ. Prio qꝛ mã nutricatiõis ꝛ gñõnis si sit eadẽ est eadẽ ƀm latitudinẽ. Et alr

Dubm 4m

dicũt

dicūt φ sanguis q generat stōchū nō gñat naliter nisi p͠us de vir-
tute semis ↄuertat in nãz chili. Hec solō nō valet: q2 si mã gñōnis
7 nutricatiōis pōt hēre latitudinē nō pōt eã hēre ꝭm formas suba-
les s3 forsan ꝭm gradus 7 modus cōplōnis 7 sube grosse vel subti-
lis. Chilus aūt aliã a sanguie subam h3. Scōa ēt solō non valet q2
est ↄ pħos. nō. n. imediate vnūq̃dq3 fit ex vnoquoq3 s3 determina-
tū ex determinato. Ex homie. n. fit cadauer 7 nō ecōuerso: sic ēt ex
chilo fit sanguis: 7 nō ecōtra ex sanguine chilus. Et hoc idē ꝓbaſ.
vni⁹ forme vnica est mã appropriata. hoīs aūt vna est forma: ꝗ 7
vna mã. talis aūt erit chilus aut sanguis. nō chilus ꝗ sanguis. forã
ꝗ stōchi est inducta in mã q est sanguis: ꝗ ab eo nutriſ. Soluiſ ista
rō. nã dr̃ φ vna forma pōt itroduci in diuersaz mãm sic forma chi
li in panem 7 carnes. forma auri a nã fit 7 alchimico 7 tñ non hñt
vnã mãm. ēt aĩal p putrefactionē 7 gnōnē verã fit. sic ēt eodē mō
stōmachi forma pōt iduci i sanguinē: 7 hoc tpe gñationis: 7 in chi
lū: 7 h̃ tpe nutricatiōis. Hoc nō valet ꝑ q2 hic sermo est de formis
pfectis sic est forã aĩati. forma aūt aĩati vna nō iduciſ imediate in
diuersis mãeb⁹. Exēpla q̃ adducūt nō valent. Prīo q2 aĩal qđ gñaſ
per putrefactionez differt forsan specie ab aĩali quod generatur
p verã gnōnē: nō aūt differt spē stōchus gñat⁹ ex sanguie a seipso
dū nutriſ ex chilo. Uel ꝭm illos q tenēt φ illa aĩalia nō differãt spē
ab aĩali gñato p putrefactionē ex mã v̓tute calidi celestis in eo in-
clusi. Deduciſ ꝑ ad eãdē dispōnē vel formã quã h3 mã ex q̃ aĩal ge-
neraſ sine putrefactiōe: s3 de sanguie h̃ nō ↄtigit q2 nō p̃t reuerti
vt recipiat formã chili p putrefactionē sic cadauer non redit ime-
diate vt recipiat hoīs formã. Exēplū aūt qđ adducūt φ forma au-
ri ꝛc̃. Dico φ in eandē mãm imediatã forsan nã iducit formã 7 al-
chimista cū opatione nãli. forma. n. auri iducta ab artifice nō ē for
ma artificialis: q2 forma artificialis est forma accñtalis vt Cōmē.
2° phẏsi. cōmē. 13. s3 est forma nãlis ad quã ꝑparauit artificiū. sicut
ꝗ nã iducit formã auri in pte sulphuris non vrentis 7 mercurio: sic
ēt fit ab ope alchimie: 7 sine ptib⁹ illis nã nō posset facere aurū: sic
nō pōt facere hoīez sine mēstruo 7 spmate: 7 hoc mō hñt vnã mãz
tenēdo opīonē Giabbari: s3 tenēdo opīonē Aui. alr̃ oporteat dice-
re in suo de mineralibus. Tertio ꝓbaſ. nã stomachus īfant̃ in vte
ro nutriſ vera nutricatiōe ex sanguine: īmo tūc est optima 7 nãlis
nutricatio: ꝗ semp ex sanguie nutriſ. Dico tñ φ nutricatiōe quadã
nō vera 7 refocillatiua stomachus ex chilo nutriſ. Uñ 3° de virtu-
tib⁹ nãlibus ca. 7. Gal. dicebat φ euaporatiue īponit tunicis suis:
vera āt nutricatio euaporatiue nō fit. Et Auer. 2. coll3. c. 6. dicebat
φ talis nutricatio attinet poti⁹ q̃litati: 7 q2 chilus q irrorat stōchū
nō manet sub chili forma: īmo trãsmutaſ vt irroret 7 iflãmationē
ꝓhibeat: iō dr̃ ibi eē appositio 7 assimilatio nō sic q est in vera nu-
tricatione: s3 sic q̃ sufficit ꝓ refocillatiōe. Et iō Auic. dicebat supra
φ fouēſ ex chilo. fouere aūt ꝓprie nutriri nō est s3 de sanguie dicit
φ nutrit. Et isto mō itelligãſ auctoritates Gal. que dicūt φ stoma
chus nutriſ ex chilo. ¶ Ad ꝑmã rōnē dōm φ est ↄ eos sic ↄ nos: nō
eni statim cū cibus est in stōcho fit chilus: ꝗ cū non statim nutriat
nō statim cessabit fames. ¶ Dōm ꝗ φ cū fames sit appetit⁹ partiz
sensitiu⁹ sumpto cibo cessat sensus: q2 acq̃sita est q̃litas que quere
baſ. hoc appet ex dict̃ supius diffuse de appetitu. ¶ Ad aliud dō3
φ fortificaſ q2 calidū cessat agere in stōchū 7 agit in cibū sic vide-
m⁹ φ pp silem cãm diutius stãt sine cibo febriētes q̃3 sani vt supra
patuit. ¶ Uel dōm φ exñte cibo in stōcho epar pmittit φ mēbra
attrahãt sanguinē 7 est in eo 7 añ pmittebat pp inanitionē q̃ erat
in stōcho: adueniēte vere cibo in eo aliquã refocillationē tunc su-
mūt: s3 i v̓itate nō statiz sūpto cibo hō fortior ē s3 apparēter: īmo ñ
nisi pax post cū cib⁹ aliq̃3 alteratōez recipit. Alie v̓o rōes patēt ꝛc̃.

¶ Et qdam hoīes sunt q hñt periodos in melia cōsue
tos 7 in eis sunt sani. Et qñq3 perducit ad adustionez
in mery 7 gutture īmo vlcus.

¶ Hic ponit diuersos modos vomit⁹ 7 nausee. Et ꝑ quosdã. Scōo
quosdã alios. ibi (Et ille cui⁹ stomachus.) ¶ Prĩa posset diuidi in
septē sigs ↄsiderat. ¶ Dicit ꝑ φ qdã hoīes hñt piodos melīce pas
sionis. 7 in eis. i. ab eis piodis sunt sani. s. pp vomitū: q2 preseruan-
tur. vel in eis. s. vomitibus sunt sani ꝛc̃.

¶ Et ex nausea est q̃ est signū crisis. Et qñq3 est signuz
malū sicut in febribus pestilentialibus.

¶ Nausea est signū crisis post signa digōnis ex mãeb⁹ aptis vomi-
tu educi: s3 in pestilētialib⁹ est malū p viã signi: q2 sigt multū in sto
macho nocumētū. Et cã q2 ꝓhibet a cibi assumptiōe qđ marie ꝑ-
cipiſ in pestilētia. q. n. virilr̃ agūt in comestiōe euadūt: vt Auic. 4.
cañ. fen. 1. trac. 4. c. de cura pestilentialis febris.

¶ Et qñ multiplicaſ in cōualescētibus indicat conuer
sionē. Et de vomitu qdē cretico ē q ↄfert febrib⁹ acu-
tis 7 apatibus epatis que sunt in latere cōcauo. Et est
vomitus qui accidit in accessione febrium.

¶ In ↄualescētib⁹ ꝛc̃. q2 significãt aggregatiōez multox malox hu.
i stōcho. S3 qđ dic̃ i accessiōe febris d3 exponi: 7 ē sup. qdã vomit⁹
q accit ꝛc̃. Ul' p̃t dici φ iste sit vomit⁹ cretic⁹ large sumēdo vomitū
creticū ꝓ oī vomitu alleuiãte sic ē iste. qñq3. n. ꝓhibet accessionē.

¶ Et qñq3 sunt in stōcho 7 in viscerib⁹ iteriorib⁹ apa-
ta 7 ꝓprie calida 7 sūt faciētia venire vomitū ꝓpterea
φ declinãt ad expellēdū: 7 ꝓpterea φ leduntſ ex quo-
libet tactu accidēte eis aut ex quolibet cibo aut medi-
cia aut humore aut mēbro mollificato. Et nausea qdē
qñq3 remanet 7 nō pmutaſ ad vomitū. Et cã est vehe
mētia virtut̃ retētiue aut debilitas q̃litat̃ q̃ facit nau-
seã aut paruitas eius: ita φ qñ sup ipsum fit motus al
leuiatur vomitus imo mouetur vomitus.

¶ Dicit hic φ si sint in iteriorib⁹ apata cal'a faciūt vomitū: q2 ledūſ
ex quolibet humore. aut mēbro mollificato. i. mēbro repleto ex hu
morib⁹: vñ statiz trãsmittit ad mēbrū illđ apatū. vel mollificato. i.
relaxato. q2 si mēbrū aliqđ adiacēs relaxeſ sup eo qđ h3 apata ista
dolet. nausea remanet. s. pura nausea 7 nō pmutaſ ad vomitū. 7 cã
est fort̃ virt⁹ retētiua: supple vñ nihil expelliſ: 7 cū nihil expelliſ
nō fit vomit⁹: vt appet ex notificatiōe habita de eo supra. aut ē d-
bilitas q̃litat̃. s. mãe q̃ facit nauseã: aut puitas. s. quãtitat̃ mãe. Si
aūt fiat vomit⁹ sup illa pauca mã siue sit pauce q̃litatis siue pauce
q̃titat̃ alleuiaſ. i. leuis vel leuiter fit vomitu. Immo ꝛc̃. Et cã ē: q2
ex motu agitaſ mã vñ mag̃ nocēt res nociue dū mouenſ. maius ꝗ
nocumētū iducūt: vt. 5. de accidēti 7 morbo. c. 5. vel accidit ex mo-
tu nō fieri vomitū deposita mã: 7 accidit fieri si magis nocet.

¶ Et illi cui⁹ stōchus est debilis accidit vt syncopizet
ipse 7 nō possit vomere pp vacuitatē stōchi sui aut pp
paruitatē humoris ledētis ipm siue sit imbibitus siue
nō imbibitus si loco hmōi stōchi 7 oris eius esset sto-
macb⁹ fortior 7 os stōchi fortius nō syncopizaret ipse
neq3 pateref ab ipō. Uex pp debilitatē eius patiſ ab
eo: 7 pp debilitatē ei⁹ 7 paucitatē materiei no ē ei pos-
sibile vt euomat ipm. Cūq3 comedit post ipsum cogiſ
euomere pp duas res. Quax vna est: q2 hūor qñq3 est
nocēs ei parū nō mouēs neq3 laborare faciēs: qm̃ est
in fundo stomachi: 7 qñ cibaſ eleuat ipsum cib⁹ 7 mul
tiplicaſ. Et scđa est: q2 adiuuatur cū quãtitate cibi ad
expellendum ipsum 7 vincendum.

¶ Hic ostēdit alios modos vomit⁹. Et ꝑ vnū. Scđo ōñdit modum
quēdã nausee 7 subuersionis. ibi (Et qñq3 subuertiſ.) Primū p3.

¶ Et qñq3 subuertiſ aĩa 7 cōmouēt nauseaz caliditas
7 siccitas accidētes ori stōchi 7 facit q̃litate sua calida
illud qđ facit humor vicinus quãtitate sua cal'a etiaz.

¶ In secundo dicit φ quandoq3 fit subuersio animi: 7 ꝓ q2 ꝛc̃. Et q̃
p3 φ pura mala complexio stimulans ad expulsionem potest face
re nauseam 7 subuersionem.

¶ Et in administratiōe qdem vomitus cū eq̃litate est
iuuamētū maximū. Uex assiduatio eius marie debi-
litat virtutē stomachi 7 facit ipsuz lacunã supfluitatū.
Et vomitus qdem creticus euadere facit spasmuz. Et
multotiēs accidit febricitãti spasmus aut epilepsia aut
sil'e epilepsie subito 7 euomit humorez vt est flos eris
aut indicū 7 euadit. Et qñq3 facit ēt euadē ex subeth 7
ex augmētatiōe repulsionali in febrib⁹ 7 alijs. Et mul-
totiēs vomit⁹ sanat ex singultu clamoso. Et ex admini-
stratiōe vomit⁹ cū equalitate cōseruanſ renes 7 curaſ
eo nocumentū eox 7 nocumētū pedū 7 sanaſ eruptio
venax deferētiū sanguinē 7 arteriax. Et amaſ qdē vt
administretur in mēse bis. Et melior horax vomit⁹ est
illa que est post balneuz 7 postq̃3 comedit post ipm 7

ſimpletur. Et nos quidem iam ſubtiliter perſcrutati fuimus ſermonem de hoc in libro primo.

¶ Hic oſtẽdit diuerſa iuuamẽta vomitus. Et ꝓ facit h̃. Scd̃o oſtendit cõueniẽtẽ horã ipſius. ibi (Et melior.) Tertio iterũ ponit quoſdã alios modos vomitus. ibi (Et ſtomachus.) ¶ Conſiderandũ ꝙ vomitus ille fit cũ equalitate in quo obſeruant̃ quatuor ꝯditiões. Pria ex pte corpis: q2 ſit aptũ ad vomitũ nõ hñs pectus ſtrictuz ⁊ alia q̃ enumerat Aui. pma fen q̃rti cañ. de regulis vomit9. Scd̃a ex pte tpis: vt q2 fiat tpe cõuenienti vt in vere: an vo ꝯueniat mag in eſtate dubiũ ẽ. Tertia ex pte modi fiẽdi: q2 faciliter ⁊ leuiter fiat. Quarta ex pte hore: q2 fiat poſt balneũ ⁊ repletionẽ. Et ſunt plures alie ꝯditiones q̃ tñ ad has reduci pñt. Iſte g̃ vomitus affert iuuamẽtũ ꝑſeruando ab egritudinibus: nõ tñ dz continuari: q2 facit ſtomachũ aſſueſcẽtẽ vt recipiat ſupfluitates: ⁊ iõ facit eũ lacunaz ſupfluitatũ. Quod ãt dicit de vomitu eruginoſo ẽt habet̃ in cõmẽto illius afo. 1. 5. pti. Spaſmus ex elleboro mortale. ⁊ 12. tera. in fine. ⁊ ſupra de egritudinibus ſtõchi ſubdit ꝙ ex dicto vomitu conſeruant̃ renes: q2 prohibet curſum crudoꝝ humoꝝ ad ipſos illos diuertendo ⁊ curant̃ nocumẽta eoꝝ vt vlcera ⁊ lapides vt auctores precipiunt. Et cã eſt: q2 euacuat ⁊ diuertit. vñ infra fen. 18. cap. de cura vlcerum renum. Vomitus eſt melius quo vlcera renũ curant̃ propterea ꝙ mundificat ⁊ euacuat: ⁊ per hoc ꝙ attrahit humores a ꝯ̃rio partis renuz: ⁊ nocumẽta pedũ. i. podagram pp eandẽ cãm: vt fen. 22. ponit̃. ca. de doloribus iũcturaꝝ. in cura. vbi vomitus magis iuuatiuus eſt eis q̃3 ſolo ventris.

Dubᵐ ¶ Eruptio venaꝝ. Sz diceret qs ꝯ̃. cura vlcerũ ⁊ eruptióis eſt qes. vomitus aũt eſt vehemẽs mot9 vñ rupturas magis aperit. ⁋ Dõz ꝙ vomitus ſanare põt ⁊ iuuare in rupturꝭ arteriaꝝ ⁊ venaꝝ. Maxima enĩ ĩtentio in curatiõe illoꝝ eſt ĩgroſſare ſanguinẽ ⁊ ꝓhibere illius ſubtilitatẽ. Prohibet̃ aũt eius ſubtilitas euãdo cholericos humores ⁊ acutos illi miſtos ⁊ diuertẽdo ne ad locũ rupture fluant: hoc aũt facit vomitus: vt notũ eſt. ¶ Conſiderandũ vo ꝙ vene quedã ſunt deferẽtes ſanguinez vt vene que oriunt̃ a gibbo. quedã ſunt deferẽtes chilũ magis ſicut ſunt meſeraice: lz in eis alteret̃ magis ad nãm ſanguis: vt ĩfra Auic. lz ẽt ex illis venis porte quedã ſint deferentes ſanguinẽ vt q̃ vadũt ad ſtõchũ ⁊ ad ſplenez: plures tñ ex eis ſunt meſeraice. Si ergo vomitus ꝯferat rupturis venaꝝ nõ ꝯfert rupturis venaꝝ meſeraicaꝝ: q2 ex vomitu forſan in illis fit magna ꝯpũctio: q2 ſtõchus ſubintrat ſub epatis cõcauo. Silr̃ ꝑ alligãtiã ad ĩteſtina cõmouet illas: ſz ꝯfert rupture aliaꝝ venaꝝ q̃ ſunt poſt epar: q2 iſte multũ nõ cõmouent̃ ꝓpter vomituz ⁊ iuuat vomitus ꝓpter dictas cauſas. ¶ Cõſiderandũ ẽt ꝙ talis vomitus dz eẽ facilis ⁊ leuis vt non multũ cõmoueat. Ex q̃bus obiecta ſoluunt̃. Et melior hora vomitus eſt poſt balneum. ⁊ cã eſt: q2 balneũ cõmouendo facilitat vomitũ ⁊ ſilr̃ ẽt comeſtio.

¶ Et ſtõchus q̃dem debilis quotiẽs cibat̃ accident ei nauſea ⁊ ſubuerſio animi. Et ſi fuerit debilior parũ nõ poterit retinere illud qđ recipit: ĩmo expellet illud ad ſuperiora ⁊ ĩferiora. Et debilitas q̃dẽ ſtomachi qñq3 fit ex ſpẽbus malitie cõplõnis. Et tu ſcis ꝙ de cauſis quarũdã ſpecieꝝ malitie cõplõnis ſunt q̃dã quib9 adiungit̃ reſolutio ſpiritus ſicut eſt ſolutio ventris plurima ⁊ maxime ſanguinis. Et tu ſcis ꝙ ex debilitãtibus ſunt dolores vehementes ⁊ triſtitie ⁊ ieiuniũ ⁊ fames vehemẽs. Et ipſa etiã ſunt ex cauſis vomitus ſm ſemitã ĩtroitus debilitatis ſup ſtomachũ: ⁊ ſtomachus doloroſus ẽt velociter al's vehementer euomit cibum ⁊ expellit ipm̃. Et illi cui ſuperuenit frequẽter nauſeatiua ſatietas ⁊ q comedit nõ ſm veritatẽ famis nõ verificate accidit in primis qñ comedit aduſtio al's anguſtia vehemẽs valde quã nõ tolerat: deinde ꝯuertitur eius eẽ ad hoc vt euomat totũ qđ comedit̃.

¶ Jn precedēti ca. A. determinauit de causis hydropisis asclitis in spāli post cās cōes: hic determinat in spāli de causis hyposarche. Et ꝑ̊ facit hoc. Scđo redit ad ponēdū quedā qbꝰ cōplet̃ scia cāꝝ ⁊ modoꝝ hydropisis asclitis. ibi (Et nā qñqꝫ. ⁋ Pꝛia in.d. Primo ponit diuersas cās hydropisis hyposarche. Scđo oñdit bonitateȝ ⁊ malitiā cuiusdā accidētis in ea. ibi (Et fluxus.) ⁋ Pꝛia in tres. Primo ponit tres modos causaꝝ. Scđa ibi (Et qñqꝫ ē.) Tertia ibi (Et qñqꝫ accidit.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit vnā cām. Scđo dubiū remouet. ibi (Et qñqꝫ est añs.) ¶ Cōsiderādū ꝙ corruptio in digestione tertia pōt dici cā añs. i. ꝑncipalis. qñqꝫ. n. dicere hec cā est añs: est dicere est principalis: queadmodū sumit̃ hoc mō añcedēs supra ab Aui. fen.1. trac.4. c. de somno ⁊ subeth. sicut declaraui in nostro quolibet. Corruptio ergo digōnis tertie in qua declinat digestio ad frigus ⁊ ad cruditatem dr̄ cā antecedēs. i. dr̄ cā principalis: nō tñ oino principalis: qꝛ principalioꝛ cā est malitia digōnis in epate: sȝ est ex ꝑncipalibꝰ causis in ea: qꝛ ex imediatis magis ⁊ appꝛiatiuis. Malitia. n. digōnis in epate est cā cōis magis: sȝ malitia digōnis tertie est cā spālis hyposarche appropriata. Dico ēt ꝙ pōt dici cā antecedens: qꝛ corporalis ex qua mediate ꝓuenit morbus. naȝ lȝ corruptio in digōne tertia sit cā hyposarche: ipsa tñ cā imediata eē nō pōt: sȝ cā imediata est humoꝛ crudus derelictus ex indigōne que imediate inflat ⁊ mēbra tumefacit. nō. n. adheret corpori adherētia naturali ꝑꝑ sui friditatē ⁊ aquositateȝ.

¶ Et quandoqꝫ est antecedēs in hoc digestio secūda: aut digestio ꝑ̊ma: aut corruptio eius quod sumit̃: aut flegmaticitas. Et cū debilitantur digestiua ⁊ retētiua ⁊ sepatiua in epate ipo: aut per cōmunitatē quāuis nō sint apostemata aut oppilationes ꝓhibentia penetrationem cibi. Et sicut multitudo frigiditatis venaꝝ corporis ⁊ egritudines accidentes ⁊ oppilationes existentes in eo ex comestione viscosorum ⁊ luti ⁊ similium.

¶ Hic remouet dubiū: qꝛ posuerat cām esse corruptionē in digōne tertia. Diceret aliqs. Nōne pōt ēt cā in hoc eē alia. Et dicit ꝙ qñqꝫ cā antecedēs in hoc. s. in corruptione tertie digōnis ex qua corruptione fit hyposarcha: est. dico cā corruptio in digōne scđa. s. epatis aut ꝑ̊ma. s. stōchi: aut corruptio: aut flegmaticitas eius qđ sumit̃. Et supple qñqꝫ est cā qñ debilitat̃ ⁊c. quāuis ⁊c. i. ⁊ non sint in epate oppilatiões

te oppilatiões

tē oppilatiōes q̄ ꝓhibeant trāsitū cibi ad mēbra: q꞉ si eēt oppilatio nō iret sanguis ille malus ad mēbra: ⁊ iō nō fieret hyposarcha: sed potius extenuatio ⁊ cōsumptio: lꝫ tñ nō sint he oppilationes: fit tñ friditas in venis corporis. Et egritudines ⁊c. supple ꝓhibētes sanguinē in mēbris ꝑfecte coqui. ¶ Et oppilationes. Sꝫ tu. d. ꝑ: ipse dixit quāuis nō sint oppilatiōes ⁊c. / Dōm ꝙ supra intelligebat oppilationes nō eē in epate: sed hic ītelligit oppilationes esse in eo. s. corpore. s. quātū ad ꝑtes vltimas: q꞉ iste oppilatiōes prohibēt euaporare humores: ⁊ infrigidāt obtundēdo calidū: ⁊ prohibēt trāsitū cibi. / Uel si qs vellet posset hoc ad epar referre. nā oppilatio q̄ est in eo: aut ē tāta ꝙ ꝓhibet cibi penetrationē: ⁊ de hac nō est sermo. aut est tāta q̄ solū īfrigidat: ⁊ nō ꝑmittit digōnē bonam fieri: lꝫ trāsitū nō multum impediat: aut q꞉ nō est fortis: aut q꞉ est in ꝑte.

¶ Et qñq꞉ est ꝑꝑ stationē in frigore aeris fridi in quo iam fortem efficit impressionem.

¶ Ponit aliam cām hyposarche: ⁊ dicit ꝙ fit qñq꞉.

¶ Et quandoq꞉ accidit causa caliditatis liquefacientis corpus ⁊ humores. cuꝫ ergo accidit oppilatio non potest cuꝫ eo penetrare humor virulētus liquefactus in partes renum quare dispartitur in corpore: ⁊ plurimū huius fit subito.

¶ Ponit tertiā cām: ⁊ dicit ꝙ fit qñq꞉ post caliditateꝫ liquefacientē ⁊c. ¶ Cōsiderādū ergo ꝙ Auic. vsq꞉ hic duos modos tetigit hydropisis hyposarche. Unū q fit ex humore crudo existēte in membris: ⁊ illā spēm Salernitani leucoflegmātiā noiant. Aliū modum tetigit qui fit ex liquefactione mēbroꝝ quoꝝ liquefacta mā extra educi nō pōt: sed ibi remanet: ⁊ mēbra ītumescere facit: ⁊ ille modus fit subito: q꞉ sua cā est valde actiua. s. caliditas eliquās. ēt opꝫ ꝙ fiat subito: q꞉ si paulatine mēbra eliquarent̄ nō obstrueret̄ ⁊ retineret̄ liqfacta mā: sꝫ extra remaneret: ⁊ hunc modū hydropisis ꝓprie hyposarchā vocant: vt Theodorus Priscianus lib. 5. hyposarcha est carniū solutio cū mali coloris respiratione. ¶ Considerādum ēt ꝙ ista hydropisis cū nec ꝑmo nec nō primo fiat ab epate: accidit ei ꝙ epar sit debile: iō vera hydropisis nō dr̄: sicut nō diceret̄ vera asclites qñ aqua colligeret̄ in vētre absq꞉ epatis defectu: nec ēt diceret̄ tympanites qñ in ventre aggregaret̄ vētositas absq꞉ epatꝭ defectu. Dicūt̄ tñ oēs isti modi hydropisis vt hydrops dicit tumorē aut in toto aut in vētre: sed vt ꝓprie accipit̄ hydropisis oēs isti modi nō dicunt̄ ꝓprie. ipsa. n. nō fit nisi sanguifica patiēte virtute: vt scđo ꝓnosticoꝝ cōmento primo.

¶ Et fluxus quidem ventris quādoq꞉ est valde iuuatiuus in hyposarcha.

¶ Hic ponit iudicia. tūc iuuat fluxus qñ fieret a fortitudine ꝟtutis expellētis ꝑ seipsaꝫ māam illā: sil'r ei qđ dixit Auic. supra de asclite.

¶ Et natura qñq꞉ studet vt expellat suꝑfluitatē aquosam in vijs naturalibus ⁊ nō naturalibus. Sed qñq꞉ fit pigra ab illa expulsiōe: aut fortasse vincit penetratio eius nō nālis in modis predictis dominium expulsionis nālis super eam: ⁊ fortasse nō recipiunt eā meatus: ⁊ fortasse expulsiua expellit eam ad partē epatis: qm̄ eius aquositas est ex genere eius qđ expellitur ad epar. Cum ergo nō recipit eam epar ⁊ que sequunt̄ ipꝫ ꝓpter debilitatem aut ꝓpter multitudinē materiei aut qm̄ corpus non recipit propter oppilationes aut alia hesitat inter duas expulsiones.

¶ Hic ꝑ sub q̄dā sūma ondit cās ex qbꝫ aq̄sitas asclitē facit. Scđo ponit quēdā spālē modū hydropisis asclitꝭ. ibi (Inqt Hip.) ¶ Dicit ꝑ° ꝙ nā studet vt expellat aquā ad vias nāles. s. ad vesicā ⁊ renes: aut nō nāles. Uocat āt vias nō nāles poros ꝑ q̄s insensibiliter euaporat: nō enim nāliter ad poros expelli dꝫ: sed ad vesicā vel vias q̄ illi materie nō sunt nāles: vt ītestina aq̄. sed nālis est vesica. Qñq꞉ tñ fit pigra ab illa expulsione. s. nāli ⁊ nō nāli supple: ⁊ ideo retēta in corpore facit hydropisim. Aut cōtingit ꝙ penetratio non nālis ꝺm modos ꝑdictos in ꝑn°. s. capituli de causis asclitis vincit dominium naturalis expulsionis illius aquositatis: ⁊ hoc est q꞉ plus de aquositate īnaturaliter expellit̄ ad ꝯcauū vētris q̄ꝫ ad nāles vias. Et cā ꝑꝑ quā vincit hec innālis expulsio est: q꞉ meatus aquositatꝭ nō recipiunt eā ⁊ mēbra alia repellūt illā māam ad epar: q꞉ est aliquid in eo generatū: ⁊ est aliquid qđ ad epar venire consueuit. s. a stomacho simul cum cibo vel ēt a toto corpore. Nam ꝺm aliquos aquositas que cū sanguine vadit ad mēbra: iteꝝ ad vesicam redit. Cū ergo ēpar eā nō recipit: nec mēbra illi cōiuncta ꝓpter debilitatē retētiue ⁊ supple fortitudinē expulsiue: aut q꞉ mā est multa aut ēt q꞉ exuberat aquositas: qm̄ corpus nō recipit eā. s. ꝓpter oppilationē in venis: aut alia vt ꝓpter fortem expulsiuaꝫ in mēbris: aut q꞉ aquositas est mala quā mēbra renuūt. Cū ergo dico ita est. hesitat supple aqua illa iter duas expulsiones. s. membroꝝ ad epar: ⁊ epatis ad mēbra: ⁊ ideo ibi multiplicata tandē vadēs in ventrem facit hydropisim. Aut iter duas expulsiones. s. nālem ⁊ preter nāꝫ que ad ꝯcauū vētris hesitat tūc epar quo dꝫ eā expellere. ¶ Considerāduꝫ ꝙ ꝙ Aui. supra sufficiēter posuerat modū ꝺm quē aquositas in asclite effundit̄ ad spatiū ventris: sufficiēter ēt posuerat causas ⁊ modos multiplicatiōis aquositatꝭ illius: non tamen videbat̄ Aui. ꝙ ostēdisset in cōmuni ⁊ sufficiēter qd erat illud qđ naturam faciebat expellere aquā in partes illas: hic ergo cōplet illud in genere duas ponēs cās. s. pigritiā virtutis ab expulsione conuenienti ⁊ actio ipsius: vel ponit cōtingentias multas in qbus declarat̄ qđ dixit ꝙ qñq꞉ est iuuatiuus fluxus: ⁊ loquit̄ in suꝑfluitate aquosa q̄ est mā cōis alicui hyposarche ⁊ asclitꝭ: vñ dixit supra aquositatē ⁊ flegmaticitatē. Prima cōtingētia est. qñq꞉ natura expellit qñq꞉ pigritat. Scđo forsan penetratio nō naturalis vincit supra dñiū nālis expulsiōis: ⁊ hoc q꞉ expulsiua deficit. Tertio fortasse expulsiua est fortis: sed vie nō recipiūt: q꞉ sunt oppilate. Quarto q꞉ fortasse expulsiua mēbroꝝ expellit versus epar: ⁊ epar forsan nō recipit q꞉ expellēs est debile ⁊ mā multa aut expellit̄ ad epar: qm̄ corpus ⁊c. vel aut ipsum corpus ⁊c. s. epate expellēte ad corpus. corpus enim recipit: q꞉ sunt oppilatiōes versus mēbra. aut alia. i. propter alias cās: q꞉ fortis est virtus mēbroꝝ: qm̄ dico ita est: hesitat ⁊c. q꞉ epar ad mēbra: ⁊ mēbra ad epar. vel hesitat īter expulsionē nō naturalē ad ꝯcauuꝫ vētris vñ fit asclites ⁊ est hyposarcha: pōt ħ mō fieri asclites: ⁊ īter expulsionē nālem ꝑ fluxū ventris vel vrinā: vñ liberat̄ talis hydropicus hyposarchus vel paratus fieri ascliticus.

¶ Inqt Hip. cui⁹ epar replet̄ aqua: deide erūpit aqua illa ad pāniculū ītrinsecū: iplet̄ vēter eius ⁊ moritur.

¶ Hic in spāli ponit quēdam modū asclitis. Et ꝑmo ponit Hip. auctoritateꝫ. Scđo expositionē dicti Hip. ibi (Inquit Gal.) ¶ Dicit primo ꝙ Hip. inquit scilꝫ septima particula afo. illo afoꝛ. 56. Quibuscunq꞉ epar aqua impletur.

¶ Inquit Gal. itellexit per illud vesicas plurimas que accidūt super manifestā ꝑtē epatis ⁊ congregāt aquā cū erūpunt̄ ⁊ sunt multe. colligit̄ aqua in spatio epatis ⁊ paꝝ penetrat in zirbū nisi ꝑꝑ corrosionē zirbi ex illa ꝑte. Et dixit. hec aqua est sicut aq̄ hydropici q nō morit̄: imo egredit̄ aqua eius ⁊ viuificat̄: aut incidendo: aut medicando: ⁊ sil'r non elongatur in hoc quin rarū sit: aut elongatur ꝙ reuiuiscat.

¶ Primo ponit expositionē ⁊ verificationē illius afo. ꝺm expōnem G. in cōmēto. Scđo ponit scđam expōnē. ibi (Et ego.) Prima in. d. Primo ponit expōnem. Scđo verificationē. ibi (Et dixit.) Melius est hic diuidere. Qđ ꝑmo verificat aforismū auctoritate Gal. Secūdo sua opinione. ibi (Et ego.) ¶ Dicit ꝑ ꝙ Gal. in cōmento dixit ꝙ ista aqua que in vētre cadit est sicut aqua hydropicoꝝ ascliticorū: sꝫ illi nō de nec̄itate moriunt̄: īmo qdaꝫ euadunt ex īcisione aut medicis. Et sil'r nō elōgat̄ qn aut raro euadant aut longinquuꝫ est ꝙ aliqs resurgit ⁊ viuificat̄ sup. sed tñ aliq euadunt. Uoluit Hip. ꝙ nullus reuiuiscat. Uñ Cōmentator ibidē qđ dixit ventrē his aq̄ impleri ⁊ mori. Oportet inuestigari si raro vel semꝑ intenderit. s. mori: supple sed nō intendit semꝑ mori. Uidemus enim hydropicos aliqñ euadere ⁊c. si humiditas euacuetur.

¶ Et ego existimo ꝙ moritur: quoniā hec aqua est deterior in substantia sua: quare corrumpitur in spatio ⁊ interficit vapore suo: quoniam epatis eius tunica cōtinens ipsum iam corrupta est.

¶ Hic Aui. ponit ꝓpriā ꝟificationē ⁊ dicit: ꝙ lꝫ Gal. dixerit eos nō eē necessariū mori: tñ mihi vr̄ ꝙ moriant̄. Prīo q꞉ illa aqua est deterior. s. q̄ꝫ illa q̄ est in pura asclite. qđ appꝫet: q꞉ rūpit panniculū: ⁊ q꞉ deterior est: cadit in spatiū ventris ⁊ ibi corrūpit̄ ⁊ suo vapore occidit. Sil'r ēt īterficit: q꞉ tunica epatis est corrupta.

¶ De causis tympanitis. Cap. 7m.

PLurimum causarum tympanitis est corruptio digestionis prime propter virtutem aut propter materiam.

¶ Determinat de causis tympanitꝭ. Et ꝑ eas ꝓponit. Scđo eas de-
clarat. ibi (Ipsa eni.) Tertio ꝯcludit. ibi (Est ergo.) Quarto spālē quē-
dā modū tympanitꝭ ondit. ibi (Et qñq3.) ¶ Dicit ꝑ ꝙ plurimū cāꝝ
tympanitꝭ. s. ancedētiū ⁊c. qꝛ notū erat ꝙ cā ꝯiūcta erat vētositas:
iō nō dixit s3 posuit cās vētositatꝭ. ¶ Cōsiderādū ꝙ dixit plurimū:
qꝛ vtplurimū de facto sic ꝯtingit: nō plurimū: qꝛ sit ꝓpria cā. Cōtin
git aūt vtplurimū de facto hoc: qꝛ tunc fit vētositas quando mate
ria cruda occurrit forti calori. crudū aūt vtplurimū dat stōchus.

Dubium ¶ S3 dubitaꝛ: cū tympanites magis appropriet digōni ꝑme: quare
hyposarcha tertie digōni approprieꝛ satis vt notū est. ℣ Rñdēt q-
dā ꝙ hoc ꝯtingit: qꝛ cōpassio stōchi ad epar est quātū ad cōcauum
epatis vbi est attractiua: debilitaꝛ ergo epatꝭ attractiua cū paꝝ attra
hit. Illud aūt parū in vētū ꝯuertiꝛ: qꝛ vinciꝛ: s3 illa cā non est suffi-
ciēs. Nā restat qrere ꝓp qd magis in vētū q̃ in aquā ꝯuertiꝛ. Adhuc
sequereꝛ ꝙ ex passione stōchi aut itestinoꝝ nō possit fieri asclites
qđ tñ credo fore falsum. Dico ergo huius cām esse hāc. nā stōcho sa-
no exñte tribuit chilū epati nālē: s3 nāli chilo exñte ad epar nō pōt
ꝓprie gñari vētositas. Cuius rō. Nā in epate aut est mala cōplō ca
lida aut mala cōplō frida. Sigdem sit mala cōplō frida: tunc epar
maxime ⁊ vtplurimū gñabit crudū humorē. Si aūt in epate sit ma
la cōplō calida generabit cholerā. Vñ Auer. 3. colliget. ca. 21. Si in
epate accidat mala cōplō calida acqret epar multā amaritudinē.
Sic ergo vtplurimū ꝯtingit ꝙ si chilus nālis ad epar vadat nō gene-
raꝛ vētositas aut pauca generaꝛ: s3 qñ a stōcho vadit ad epar chi-
lus corrupt⁹ nō parat⁹ digōni epatis nō poterit epar formā humo
ralē iducē. Si ergo in epate sit calefactio q̃ faciat euaporationē in mā:
tūc generabit ex eo vētositatē. ¶ Cōsiderādū tñ ꝙ l3 corruptio ꝑ-
me digōnis sit multū cā tympanitis. s. ꝑ cōitatē ad epar: tñ corru-
ptio in digōne ꝑma ēt pōt eē iuuās ⁊ disponēs ad oēs spēs hydro-
pisis. s. ad hyposarchā: vt cū in stōcho generaꝛ flegma crudum. vñ
supra cap. de causis hyposarche. ⁊ qñq3 est añs in hꝰ digō scđa aut
digō ꝑma. Silr ēt pōt eē cā añs ad asclitē: vt cū in stōcho generaꝛ
chilus aquosus aut fridus nimis ⁊ epar est nimis fridū aut resolu
tū: ⁊ tūc gñat ex dicto chilo rē aquosam quā ēt qñq3 ꝓp sui debili-
tatē vel aliud nō pōt a se expellere: ⁊ iō ibi in vētrē cadēs facit hy-
dropisim. ¶ Considerādū ēt scđo ꝙ possibile est qñq3 tympanitē
fieri absq3 corruptiōe digōnis ꝑme: ⁊ hoc erit qñ caliditas epatis
est multū inflāmata: ita ꝙ l3 adueniat sibi chilus nō corruptus: at-
tamē ꝓuenit actio caloris vt calor est ⁊ nō vt nālis: qꝛ iā exiuit nā-
litatis terminū ex fortitudine caloris. Inducit ergo in mām illā nō for
mā humoralē: sed illā resoluēdo in vaporē cōuertit. ille enim calor
tunc solum agit vt calor ⁊ nō vt nālis. ita pōt sumi ex mēte Auer. 3.
colliget hic vt salueꝛ suū dictū: l3 alr sit supra exposita hec auctori-
tas. Considerās ergo Aui. ꝙ tympanites pōt fieri absq3 stōchi no-
cumēto dixit plurimū cāꝝ ⁊ nō dixit oīs causa.

¶ Ipsa eni cū nō valde digeriꝛ cū iā in eā egerit cal'i-
tas debilis opationē aliquā nō fortē ⁊ abhorret eam
corpus. Et primū ad qđ ꝯuertiꝛ est vapor ⁊ vētositas.

¶ Hic ꝓsequiꝛ: ⁊ qꝛ corruptio digōnis ꝑme q̃ est cā: tñ ē ex qua se-
quiꝛ vētositas: iō ꝓsequēs. A. nō ondit qūo digō corrūpiꝛ i stōcho
ꝓp mā3 vel ꝓp ꝟtutē: qꝛ iā sciꝛ ex fen. 13. s3 ondit qūo ex nocumēto
digōnis stōchi fit gñatio ventositatꝭ. Et ꝑ ondit qūo hoc fiat ex ꝑte
māe quā stōchus mittet epati. Scđo ondēdo modos istaꝝ cārum
ondit qūo ex epate cōparato ad stōchum. Tertio ꝯcludit causas.
¶ Dicit ꝑ ipsa. n. mā q̃ surgit ex corruptiōe digōnis stōchi: cum nō
valde digerit eam. s. qꝛ sit digō debilis. ⁊ iō subdit cū iā ipsa dico ē
talis ꝙ ⁊ corp⁹ abhorret eā. Et ꝑm ad qđ ꝯuertiꝛ est vētus: qꝛ cru-
dū est. vel qꝛ paucū. s. qñq3. ⁊ tunc fit tympanites. Prīo silr ⁊ semel
declarat has cās in cōfuso. Scđo in spāli magis ostēdens vbi pñt
ille māe qñq3 ꝯtineri. ibi (Et qñq3.) ¶ Dicit ꝑ ita dictū est ꝙ cā est
aut ex ꝑte māe aut ex ꝑte ꝟtutꝭ. nā intātū fecit ipressionē vñ corp⁹
abhorreat vt ꝑm ad qđ ꝯuertiꝛ. s. in epate est vapor ⁊c. Cā p3 ex di
ctis. ¶ Cōsiderādū ꝙ si illa mā ꝯuertaꝛ in vētū postea in epate dr
tympanites: sed si illa ventositas genereꝛ solū in stōcho ⁊ in itesti
nis nō diciꝛ ꝓprie tympanites nisi nōis appellatione.

¶ Et quandoq3 sunt iste materie cōtente in ꝑtibus sto
machi ⁊ intestinoꝝ recipiētes resolutionē debilē que
resolutio fit in vētositatē ⁊ ꝓprie cū stomachus est fri
gidus ⁊ hu. qñ nō digerit ad digōnem epatis: deinde
fit in epate caliditas aliqua ꝑparata vt digerat aliqd
nōdum ꝑparatum ad suam digestionem.

¶ Primo facit hoc. Scđo remouet dubiū. ibi (Et qñq3.) ¶ Dicit ꝑ
ꝙ iste materie qñq3 sunt cōtente in ꝑtibꝰ stōchi ⁊ itestinoꝝ q̃ de-
biliter resoluunꝛ in ventū. proprie aūt resoluunꝛ in ventum mate
rie stomatice ⁊ vētris qñ stōchus est fridus ⁊ epar calidū. nā epar
est paratū digerere ⁊ ꝯuertere illud qđ venit ad eū: s3 stomachus
nō ꝑparat ad digōnē epatis: qꝛ est frigidus. ¶ Considera ꝙ hic. A.
ponit vnū modū tympanitis. fit enim qñ epar malā h3 cōplōnem
calidā vñ effectiue generat vētū ⁊ stōchus h3 complōnem fridā:
vnde generat materiam aptam in ventum cōuerti.

¶ Et quādoq3 est illud ꝓpter caliditatē vehementem
extraneā in stomacho ⁊ epate incipiendo ad cibos hu
midos ⁊ humiditates corporis anteq̃ domineꝛ super
eos digestio que prouenit a caliditate inata ⁊ efficit in
eis operationem non naturalem ⁊ resoluit eos in ven-
tositatem ante digestionem.

¶ Quia dixit fieri tympanitē ex frigiditate stōchi crederet aliqs ꝙ
non posset fieri ꝓp caliditatē. hoc remouet ⁊ dicit ꝙ illud. s. gene-
ratio vētositatis in tympanite qñq3 est ꝓp caliditatē vehementē:
⁊ hoc in gradu extraneā quantū ad nālitatē in stōcho ⁊ epate que
incipit ad cibos humidos. s. si sint in corpore. ⁊ humiditates ⁊c.
¶ Considerandum ergo ꝙ cū calidū naturale opereꝛ cū quadam
ꝓportione: vt. 3. colliget. c. 21. qñ ipsū multū inflāmaꝛ maxīe ope-
raꝛ vt calm. Primū ergo qđ iducit in mām humidā est vaporatio
⁊ calefactio: ⁊ iō nō ꝑmittit eā tm̄ morari vt altereꝛ ab eo vt nālis
est: si aliqd h3 necessitatꝭ. Propter hāc ergo cām ventositatē facit.

¶ Est ergo cā tympanitis debilitas digōnis prime ⁊
debilitas caloris: aut ꝓpter vehementiā caliditatꝭ do
minantis que nō dimittit tēpus digōnis aut ꝓpter ci-
bos. Et quādoq3 accidit in febribus pestilētialibus ⁊
in pluribus finibus egritudinū acutarū inflatio ven-
tris quasi tympanites ex quo audiꝛ sonitus tympani
si percutiaꝛ manu ⁊ est signum malum valde.

¶ Cōcludit has cās ⁊ ꝯcludit quatuor cās: tres ex premissis sigs bñ
cōsideret: ⁊ quartā sicut notā cū dicit. aut ꝓp cibos. s. ventosos: ⁊ il
lud est signum malum: qꝛ significat mās crudas indigestas ⁊ debi
litatē virtutū digerentiū: ⁊ ideo multa generatur ventositas: ⁊ ꝓp
multā siccitatē myrach exiccaꝛ ⁊ magis tensum apparet.

¶ De signis cōibus. Cap. 8m.

Omnes spēs hydropisis sequiꝛ corruptio colo
ris. Et est color in splenetico decliuis ad viri
ditatem ⁊ nigredinem.

¶ Superius Auicē. determinauit de causis hydropisis in gñali ⁊ in
spāli: hic determiat de signis. Et primo in cōmuni magis. Scđo in
spāli. ibi (Cū3 asclitī.) ℣ Prima in. 2. Prīo ponit signa cōia magis.
Scđo ponit signa ſm diuersitatem cāruꝫ ⁊ modoꝝ ⁊ locoꝝ a qui-
bus incipit. ibi (Et cū est initiū.) Sequiꝛ corruptio coloris ꝓpter
corruptionē humoꝝ: sed in splenetico color declinat ad viriditatē
⁊ nigredinē: qꝛ huiusmodi est color melancholie.

¶ Et in omnibus accidit inflatio pedum propter de-
bilitatem caliditatis inate ⁊ ꝓpter humiditatē sangui-
nis ⁊ eius vaporē ⁊ inflatio amborum oculorum ⁊ in-
flatio extremitatum aliarum.

¶ Accidit in omnibus aliqua inflatio pedum. causa est que sumitur
ex secundo pronosticoꝝ in cōmen. 3. propter corruptionem nutri-
menti ⁊ debilitatem virtutis nutritiue. ¶ Considerandū tñ ꝙ in
quadā hydropisi plus extrema inflantur vt in hyposarcha. In q̄-
dam parum valde: imo in qbusdā nihil vt in tympanite. In quadā
aliquid parū ⁊ illud in asclite. ¶ Cōsiderandū ēt ꝙ l3 extrema in-
flentur maxime tamen pedes plus q̃ manus inflantur. Huius aūt
cā est triplex posita a Serap. tra. 4. c. 7. Prima qꝛ manus sunt ꝓ-
pinquiores fonti caloris q̃ pedes. vnde secundo ꝓnosticoꝝ tertio
cōmento. Pedes in primis apostemantur ꝓpter vehementiā lon
gitudinis ipsoꝝ a mēbris multe caliditatis. Scđa causa est qꝛ ma-
nus sunt facilioris motus q̃ pedes. propter multitudinē ergo mo-
tuū suoꝝ resoluiꝛ qđ effunditur ad eas. Tertia cā est qꝛ de nā va-
poꝝ grossoꝝ ⁊ humoꝝ est vt descendant ad inferius: propter ergo
omnes has cās pedes magis inflantur.

¶ Et oēs ille non euacuantur ex siti clamosa ⁊ constri
ctione anhelitus. Et plurimū earum est cū paucitate
appetitus cibi ꝓpter vehemētiā appetitus aque nisi
accidat qcūq3 illarū sit a frigiditate epatis ⁊ ꝓprie
a potu aque frigide in non sua hora.

¶ Ponit aliud signum. i. sitim clamosam: ⁊ ponit exceptionem nisi
fuerit

fuerit a cā frida. quare aūt in asclite ⁊ tympanite sitis fiat satꝭ pꝫ. Sed in hyposarcha fit ꝓpter vapores corruptos q stōchū ⁊ mēbra exiccant. ēt qꝛ lꝫ sit in eis mā flegmatica cruda: illa tñ subtiles humiditates nō restaurat: īmo semꝑ exiccant: ⁊ lꝫ mēbra tumida appareāt ꝑsentia humiditatū grossarū: fit ḡ sitis in eis.

¶ Et in omnibus illis ⁊ ꝓprie in asclite: deinde hyposarcha minorat vrina. Et in pluribus dispositionibꝰ rubet ꝓpter paucitatē suā quare aggregat in ea tinctura que sparsa est in epate: ⁊ etiā ꝓpter paucitatem separationis sanguinis ⁊ cholere rub. ab vrina. Non ergo oportet vt iudicetur propter tincturā aque ⁊ rubedinem etiam caliditas hydropisis.

¶ Minorat vrina ꝓprie in asclite: qꝛ aquositas in vacuū vētris cadit. sed in hyposarcha: qꝛ ad mēbra īpellit. in tympanite aūt minꝰ minorat: qꝛ nec in mēbra nec ꝓprie in vētrē aquosa superfluitas expellit: aut saltim nō multa cadit in vētrē. Rubet ēt vrina ꝓpter duas cās. ¶ Una qꝛ cū sit pauca tota tinctura aggregat in tota. s. que est sparsa in epate. Quādo aūt multa tictura aggregat in mā pauca magꝭ tingit. ¶ Sed tu dices nōne illa tinctura aggregat ēt suꝑ partē aque que cadit in vētrez. ⁋ Dōm ꝙ nō qꝛ forsan anteꝗ̄ perfectā recipiat mistionē resudat. ⁋ Aut etiā dōm ꝙ resudando dimittit in epate tincturaꝫ: qꝛ etiā cholera tingens est grossior ꝗ̄ aqua vt demōstrat. G. scdo de virtutibꝰ nālibꝰ. z. caꝑ. ⁊ ideo lꝫ aq̄ hypocūdrioꝝ tincta sit: nō tamē est tātū ticta. ⁋ Uel dōm ꝙ lꝫ illa tingat tñ illa pauca que in epate remanet ⁊ postea in renes expellit adhuc plus recipit de īpressione qñ aq̄ illa separata est que in ventrē cadit. ¶ Scda cā est: qꝛ cū epar sit debile nō pōt separare inter sang. ⁊ aquositatē ⁊ ideo vrina tincta apparet. Non ḡ ⁊c. Dixit aūt. A. in pluribus dispositionibus: qꝛ posset ꝓpter multam frigiditatē epatis vrina apparere alba.

¶ Et accidūt eis plurimū feb. tepide: ⁊ multotiēs accidūt eis bothor que erupte emittūt a se aquā citrinā.

¶ Accidunt febres tepide: qꝛ lente ꝓpter frigiditatē materie.

¶ Et multiplicatur egestio sanguinolenta in hyposarcha ⁊ tympanite.

¶ Considerandū ꝙ quāto in hydropisi epar minus ledit tanto magis perducit humores ad formā sanguinis qui euacuati per ventrem faciunt egestionē sanguinolentā. Cuꝫ ergo in hyposarcha ⁊ tympanite fit minus nocumentū: ideo cū epar expellit ad ventrē fit egestio sanguinolēta: sed in asclite fit egestio aquosa magis. Et vlterius qꝛ epar magis forte est in hyposarcha ⁊ tympanite ⁊ humores etiā siue humiditates plus in istis abūdant in venis ⁊ epate: qꝛ in asclite magis in ventrē cadunt: ideo in istis. s. hyposarcha ⁊ tympanite multiplicat fluxus. s. humoralis plus ꝗ̄ in asclite. Et vlterius quia omnia predicta sunt plus in hyposarcha: ideo fluxꝰ sanguinolentus plus in ea multiplicat: ⁊ ideo in locutione Auicē. hyposarcham ⁊ tympanitem premisit.

¶ Et cum est initiū hydropisis ex apostemate in epate astringitur natura ⁊ apostemantur pedes. Et est tussis sine sputo. Et accidūt apostemata in latere dextro ⁊ sinistro que occultant: deinde apparent: ⁊ plurimum illius fit in asclite.

¶ Hic ꝑmo ponit signa hydropisis ꝺm diuersitatē locoꝝ. Secūdo ponit signa ꝺm diuersitatē causaꝝ resumēs etiā signa ꝺm loca ibi (Et hydropisis cuiꝰ cā.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit signa hydropisis que īcipit ex aꝑate epatis. Scdo eius que īcipit ex lūbis ⁊ ilijs. ibi (Et si īcipiat.) ¶ Causa q̄re ꝯstringit nā est illa quā assignat Cōmētator zº ꝓnosticoꝝ 3º cōmē. nā tunc ītestina nō patiūtur: ⁊ ideo cibꝰ ea nō grauat nec corrūpit in eis: sed remanet eius pars exiccata ꝓpter caliditatem aꝑatis. Tussis sine sputo. Dicta ista sunt Hippo. vnde ibideꝫ. Cuius aūt origo est ex epate fit cum tussicula ⁊ ꝓijciunt aquā: qꝛ hec tussis fit ex cōpassione epatis ad diaphragma: ⁊ ideo incitat ad tussim: sed nihil expellit nisi qñꝗ̄ humiditas subtilis aquosa sicut spuma que venit ad cānā pulmonis ex venis in qbus est sanguis aquosus vt Gal. ꝑdicto cōmēto.

¶ Et accidūt. Hoc pōt exponi dupliciter sicut illud dictū Hippo. ibi dupliciter exponit Cōmētator. Uno modo ꝙ Auicē. intelligit per hoc tumores qui quādo digitis ꝑmunt cedunt: quādo aūt digitus eleuat reuertunt. Alio mō pōt intelligi sicut iacet textus: et hoc etiā verificat. nā in istis accidunt apostemata in vētre ꝓpter malitiaꝫ sanguinis eoꝝ que cum euenerint recedunt sicut accidit alijs apostematibꝰ: ita ꝙ estimet de eis ꝙ iam perfecte recesserunt: ⁊ tunc iterū reuertunt: sed quādo tēpus ꝓlōgat in hydropisi ipsa stant preterꝗ̄ recedant: ⁊ hoc ꝓpter multaꝫ corruptionē. Et plurimū illius. i. euentus hoꝝ apostematū fit in asclite: qꝛ in ea est aquosa materia plurima corrupta ꝺm ventrē.

¶ Et si incipiat in ambobꝰ ilijs ⁊ alchatin incipit apostema ex pedibus: deinde accidit fluxus ventris sanguinolentus longus qui non resoluitur ⁊ neꝗ̄ egreditur cum eo aqua.

¶ Istud est dictū Hippo. zº ꝓnosti. tex. cōmē. scdi. Cōsurgens aūt ex lūbis ⁊ ilijs. queadmodū ḡ Cōmentator ibi Hippo. exponit: sic Aui. exponit hic. ītelligit ḡ hydropisim ex ilijs illā que fit ex aꝑate īntestinoꝝ ⁊ meseraicarū. Alchatin. i. partibus renū. Incipit ⁊c. qꝛ mā corrupta magꝭ illic appropīquat. Accidit ⁊c. Cōsiderādū ꝙ in istis accidē pōt duplex fluxus. Unus ex corruptione cibi ⁊ ꝓhibitione trāsitꝰ ad meseraicas: ⁊ ille est cibalis. Alius q fit ex mā que ab epate. s. ꝺm sui ꝯcauitatē educit: ⁊ ille est sanguinolētꝰ. Si ḡ dicebat suꝑ ꝙ ꝺmo Serap. poterat dici nō bonus ꝑꝑ id qꝫ dicebat de sanguinolēta egestione illud erat veꝝ. Nā Serap. loqȝbat de fluxu facto ꝑꝑ corruptionē cibi: ille aūt sanguinolētꝰ nō erat. Qui nō resoluit ⁊c. Cā ē qꝛ semꝑ sua cā manet: nec euāt aꝗ̄ vt notū ē.

¶ Et hydropisis cuius causa est calida est cum signis caliditatis ⁊ ex inflāmatione ⁊ siti ⁊ citrinitate coloris ⁊ amaritudine oris ⁊ vehementia siccitatis in corpore: ⁊ casus appetitus cibi ⁊ vomitu citrino ⁊ viridi: et fortis fit adustio vrine in fine eius propter vehementiā cholere. Et si est ex genere eius in quo multiplicatur liquefactio ⁊ expulsio ad duas vias naturales significant ipsaꝫ multitudo citrinitatis ⁊ signa liquefactionis ⁊ antecessio egestionis ⁊ vrine lauatiue ⁊ virulente: ⁊ incipit ex partibꝰ iliorum ⁊ alchatin. Et similiter omnis hydropisis facta ab egritudinibꝰ acutis: ⁊ hydropisis cuius causa est apostema duruꝫ cognoscitur per signa eius ⁊ fluxū vētris sanguinolentū que sequit eā ⁊ paucitatē appetitus cibi.

¶ Hec pars hꝫ qnꝗ̄ sicut qnꝗ̄ ponit modos signoꝝ ꝺm qnꝗ̄ modos hydropisis. zª ibi (Et simil'r.) 3ª ibi (Et illa.) 4ª ibi (Et spleneticā.) 5ª ibi (Et simil'r.) ¶ Primo ḡ ponit signa hydropisis facte a cā calida. Et ꝑº facit hoc. Scdo spāliter ponit signa cuiusdaꝫ modi. ibi (Et si est.) Quia nō solū qñꝗ̄ mala cōplexio calida hydropisim facit: sed aliqñ ꝯiūgit liquefactio: ideo signa ponit ⁊ dicit supple hydropisis vel mala cōplexio calida q̄ est cā hydropisis est ⁊c. Expulsio. s. māe liquefacte ad duas vias nāles. i. intestina. Et vesica ⁊c. patēt ex dictis ꝑmo caꝑ. quarti tra. Et īcipit supple qñꝗ̄ ex partibꝰ ⁊c. s. cū hñt aꝑata calida liquefaciētia corpꝰ ex forti febre. Intelligēdū etiā ꝙ aliūde pōt fieri: ⁊ simil'r ista sunt signa aꝑatuꝫ.

¶ Et illa cuius causa est apostema calidum: quoniam incipit ex parte epatis ⁊ constringitur cuꝫ ea natura ⁊ sunt reliqua signa que sunt apostematis calidi.

¶ Et illa cuius causa est apostema caliduꝫ supple epatis cognoscitur: quoniam ⁊c. patet ex dictis.

¶ Et spleneticā quidem significant color ad viriditatem declinis ⁊ egritudo antecedens in splene: ⁊ quoniam nō cadit cum ea appetitus.

¶ Non cadit appetitus. s. sicut cadit qñ est apostema in epate. vel etiā nō cadit: qꝛ multa existēte melācholia in splene multa ad stomachū transit que exprimendo facit appetitū.

¶ Et simil'r cuꝫ est ex renibꝰ nō cadit appetitꝰ in hora eo casu quo cadit in epate ⁊ antecedunt eaꝫ egritudo renū ⁊ apostemata eoꝝ ⁊ vlcera ipsoꝝ.

¶ Et similiter in hora. i. subito. ⁊ patet.

¶ De signis asclitis. Cap. 9m.



Um asclit i est grauitas sensibilis in vētre: ⁊ cū ꝑcutit vēter nō est sonitus ei: sed qñ commouet ex eo audit sonitꝰ aque cōmote: ⁊ sil'r qñ ꝑmutat habēs eā ex latē ad latꝰ. Tactus eius est tactus vtris pleni: nō vtris in quo est inflatio.

Et nō fiūt cū ea mēbra grauia. Et nō est magnitudo mēbroꝝ eoꝝ sicut in hyposarcha: imo arefiunt. Et est semꝑ suꝑ cutē corporis tēsio cutis humide extēse. Et qn̄qꝫ cū ea est apostema virge ⁊ accidit paucitas vrine. Et est pulsus habētis eā paruus frequēs decliuis ad duritiē cū aliquāta tensione ꝓpter tensionē velaminū. Et quādoqꝫ declinat in fine eius ad lenitatem ꝓpter multitudinem humiditatis.

¶ Hic in spāli ponit signa spēꝝ hydropisis. Et p̄ asclit. Scd̄o hyposarche. ibi (Cū ipsa.) Tertio tympanitis. ibi (Egredit.) ⁋ Pria in. d. Prio ponit multa signa asclit. Scd̄o ostēdit qd̄ sigt q̄dā asclites que fit subito. ibi (Et qn̄.) Primū pꝫ. ¶ Dicit tn̄ ꝙ suꝑ cutē corporis est tēsio cut. hūide. s. ꝑꝑ aq̄sitatē extēse ꝑꝑ siccitatē ⁊ ꝯsumptionē nālis hūiditat. Et qn̄qꝫ apa. i. tumor ⁊c. ꝑꝑ mām ad testiculos currentē ⁊ accidit paucitas vrine dcm̄ est. Pulsus paruus ꝑꝑ debilitatē. frequēs ꝑꝑ additā necessitatē ex aggrauatione ⁊c.

¶ Et qn̄ est hydropisis asclites eueniēs subito post lapidē exeūtē absqꝫ causis manifestis in epate: tūc scias ꝙ vna duarū viarū duoꝝ testiculoꝝ iaꝫ disrupta est.

¶ Circa vltimā partē ꝯsiderādū ꝙ qn̄ lapis egredit. s. a renib' cōtingit qn̄qꝫ poros vritides rumpi: cū igit accidit egro hydropisis asclites subito post exitū lapis absqꝫ nocumēto apparēte in epate sigñat ꝙ vna duarū viarū. s. vrinaliū. duoꝝ testiculoꝝ. s. situatarū iuxta vias duoꝝ testiculoꝝ est ⁊c. Nā porus vritides sat vasis spermaticis approximat. vasis dico deferētib' ad testiculos.

¶ De signis hyposarche. Cap. 10m.

Cum ipsa est apparet cū ea inflatio in corpe toto sic̄ accidit corpori mortui. Et ipinguātur mēbra in ipsa: ⁊ ꝓprie facies est decliuis ad piguedinē nō ad arefactionē. Et cū premūt digiti in oī loco corporis ei' cōprimit. Et nō est in vētre eius de inflatione ⁊ cōmotione aut inflatiōe ⁊ exitu suminis ⁊ vētris illud qd̄ est in vētre asclitis ⁊ tympanitis. Et ꝭm plurimū sequunt eā fluxus vētris sanguinolētus: ⁊ lenitas nāe tendens ad albedinē. Et qn̄qꝫ pulsus eius est vndosus latus lenis.

¶ Primo ponit signa eā demr̄antia. Scd̄o ponit signū q̄dā ꝓnosticū. ibi (Et iā dcm̄.) Sequit fluxus vētris ꝑꝑ multā mām aggregatā in ea. Sanguinolēt' ꝑꝑ eparis debilitatē: ⁊ cū h̄ ꝙ sanguinolent' ē tēdit ad albedinē ꝑꝑ cruditatē. Et qn̄qꝫ pulsus. Dixit qn̄qꝫ: qꝛ si mā esset nimis grossa nō fieret ꝓprie vndosus leuis ⁊c.

¶ Et iam dictū est ꝙ qn̄ est in facie hoīs aut manu ei' sinistra mollities ⁊ accidit ei in pncipio huius accidētis prurit' in naso morit in scd̄o die aut in tertio.

¶ Hoc posset verificari: qꝛ sigt multā corruptionē humoꝝ vn̄ vapores ascēdētes pruritū inducūt. Sed qꝛ hoc dcm̄ multas posset pati ipugnatiōes: iō Aui. absolute alioꝝ aucte ponit. Si aūt dicta Aui. velint adaptari pn̄ti ca. opꝫ itelligere hoc fieri in hac hydropisi vt dicet. qn̄ est in facie hoīs ⁊c. s. habētis hyposarchā.

¶ De signis tympanitis. Cap. 11m.

Egredit ī ea sumē plurimo exitu. Et neqꝫ est illic de grauitate illud qd̄ est in asclite. Sed qn̄qꝫ est in ipa ꝺ tēsione qd̄ nō est in asclite: imo qn̄qꝫ est quasi sit chorda tēsa. Et nō est in ipa piguedo mēbroꝝ sic̄ est in hyposarcha: imo icipiunt mēbra tēdere ad arefactionē. Et cū vēter ꝑcutit manu audit ex eo sonitus vtris in quo est inflatio nō vtris pleni aqua. Et ē appetēs eructuationē semꝑ ⁊ meliorat ea per exitū vētositat. Et ei' pulsus est lōgior pulsu alioꝝ hydropicoꝝ ⁊ nō est ꝺbilis cū nō ledat virt' cū q̄litate sua ⁊ nō minoret attractiōe asclit. Et est ꝭm pl'm velox ⁊ frequēs decliuis ad duritieꝫ ⁊ tēsionē. Et nō est inflatio pedū sicut est in aliis.

¶ Ponit signa tympanitis eius. Pulsus lōgior: qꝛ nō est in mēbris mā grauās sicut in hyposarcha: nec ēt obtūdēs virtutem sicut in asclite: ⁊ nō est debilis. s. sicut in illis cū nō ledat virtus. cū qualitate sua. s. tympanitis: supple sicut ledit in hyposarcha que totū occupat: aut supple cū nō minoret. s. virt' attractione. s. ꝯstratione asclitis. i. quā facit asclitis. Reliqua patent.

¶ De cura cacesie. Cap. 12m.

Considera an sint in corporib' eoꝝ humores diuersi cholerici ⁊ educant solōne vētris cū hierapi. Ipa. n. educit suꝑfluitates absqꝫ humiditatib' inatis. Et si sciueris ꝙ humores eoꝝ st̄ viscosi grossi solues cū hiera diacollogntidos.

¶ Postq̄ prenarrataꝝ dispōnū Aui. signa cās ⁊ modos posuit: hic exequit curā. Et p̄ eodē ordine ponit curā cacesie. Scd̄o hydropisis. ibi (Canon.) ⁋ Pria in. d. Prio ponit curā per medicias mag. Scd̄o per cibos. ibi (Lib' aūt.) ¶ Cura cacesie perficit medicinis eūatiuis ⁊ exiccatiuis humiditatū illaꝝ: ⁊ ēt ꝯfortatiuis epat. Epatib' enī icipientiū hēre cacesiā dicebat Aui. succurrere opꝫ p̄ can. fen. 3. ca. de accidētib' ostēdentib' futurā egritudinē. he enī medicine sunt: solōnes vētris: flōmie: clysteria: exterius exiccantia vt balnea: fricationes: ⁊ hmōi: vomit': ⁊ empl'a: ⁊ reliq̄ medicamina sumpta per os etiā ad hoc ꝯferunt. Primo ergo ponit regulas in solōne vētris eoꝝ. Scd̄o in flōmia per se ⁊ in ordine ad pharmaciā addēs de clysterib'. ibi (Et deuitēt.) Tertio ponit regulā in exterius applicādis balneis. s. ibi (Cū g euāt.) Quarto in vomitu. ibi (Et vt vtant vomitu.) Quīto in empl'is ponēs illoꝝ modos addēs simul medicinas alias q̄ cacesie ꝯueniūt. ibi (Et ponant in emplastris.) ¶ Uel posset dici ꝙ p̄mo ponit regimē eūatiuū. Scd̄o regimē qd̄ post eūonē cōpetit. ibi (Cū g.) ¶ Nō tn̄ bene ad ordinē reduci pōt hoc capl'm: qꝛ siml' multa ⁊ diuersa imiscet vt diuisio nō cōprehēdat totū. ¶ Dubitat de h̄ qd̄ dicit cholerici. nā in istis nō sunt cholerici humores. ⁋ Rn̄dendū vno mō ꝭm extrinsecā l'ram que dicit. ꝯstricti. vel. i. subtiles. Alio mō ꝙ lꝫ principal'r cholerici humores nō sint in eis: tn̄ ex accidētib' inflāmationib' pn̄t in eis aggregari. Et ꝯsidera laudē magnā de hiera cuius inquisitionem exquires in q̄ōne quā disputaui generaliter de hiera.

¶ Et qn̄qꝫ ponunt ī ea aloes ⁊ collogntide ⁊ polypodiū ⁊ agaricus cū scamonea. Et pondera in illis erūt ꝭm quātitatē quā existimaueris de subtilitate humoꝝ ⁊ grossitie eoꝝ ⁊ virtute corporis ⁊ debilitate ipsi'. Et qn̄qꝫ indigēt eis que sunt sicut elle. niger si nō valent alia in mūdificādo ⁊ educendo suꝑfluitates viscosas. Et cū h̄ toto opꝫ vt subtile studiū sit in soluendo eos ⁊ separes in eis illud qd̄ in potu sumunt. Et quotiens imaginaueris ꝙ mā aggreget nō ꝑmittas ipam figi: ꝫ itera eūonē. Et cū h̄ oꝫ vt tu ꝯsideres stōchos eoꝝ ne ledant a solutiuis: ⁊ ponas eoꝝ solutiua aromatica sicut xyloaloes crudū ⁊ sil'ia. Si aūt virt' fuerit fortis nō multiplices cogitationē in h̄: sed fac ꝑueniēdo ad finē sufficiētē. Et ad sūmuꝫ opꝫ vt sit regimē ꝓhibens generationē superfluitatis. Et illud q̄dē cū euacuationibus subtilibus frequētibus.

¶ Quādo materia difficulter eradicat: scamonea nanqꝫ eas acuit de subtilitate ⁊ grossitie: qꝛ ꝭm ꝙ magis vel minus grossi vel subtiles: sunt magis vel minus apti ad educendū. Separes. i. diuides qd̄ in potu ⁊c. Reliqua patent.

¶ Et deuitēt flōmiā q̄ꝫtū pos'e est. Et si fuerit necessaria ꝓpter repletionē sanguis aude suꝑ eā cū mēsura ⁊ ꝑtire in dieb' trib' aut quatuor. Et cū plus est nec̄ia flōmia est qn̄ cā est ex retētione sanguis hemorroidarū aut mēstruoꝝ. Et meli' q̄dē vt eūatio fiat in p̄mis cū eis que mundificāt sanguinē sicut hiera ⁊ similib': deinde si nōdū sufficit extrahe sanguinē paucū. Et in plurib' dispōnib' quas habent necesse est vt euacues cū eis que educunt humores solōne vētris ⁊ aperiunt oppilationes. Et clysteria subtiliātia ⁊ resoluētia humiditatē solōne educētia eas ꝯferunt in ea valde.

¶ Et deuitẽt flõmiã pp cruditatẽ que timet̃ ex sanguis eũone: sed aliqñ est necẽa pp sanguis repletionẽ sicut cũ fit cacesia ex retentione mẽstruoꝝ. Et adhuc melius est in h̃ vt tu tẽtes si sufficiũt ea que sanguinẽ mũdificãt: ⁊ si nõ exhe sanguinẽ paucũ. vtplĩm tñ cõtingit ꝙ in cacesia est necẽ vt eũes cuꝫ eis ⁊c. ⁊ h̃ est qd̃ dicit. Et in pluribꝰ dispõnibꝰ quas hñt. s. cacetici. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ ẽt si cacesia fiat ex sanguis retẽtiõe oꝫ tẽtari si sufficiat mũdificatio. Posset. n. sufficẽ si sanguis ille iã in aliã trãsductꝰ sit formã. Etiã regula est ꝙ si exuberat alius humoꝛ cũ sanguĩe p̃us illũ eũare õbes ⁊ equare humoꝛes: deĩde facẽ flõmiã. Sic ğ lꝫ cacesia fit ex sanguĩe retẽto: alius tñ hũoꝛ supat factꝰ ex sanguis retẽtiõe. Si ğ cũ hiera p̃us illũ eũemus: tutius flõmiã facimus post illud.

¶ Cum ergo euacuat̃: tũc illud quo melius curant̃ est exercitiũ tẽperatũ ⁊ minoꝛatio potꝰ aque ⁊ balneatio cũ aqs de baurach ⁊ sulphuris ⁊ aluminosis: ꝙ si desunt tũc fiat cũ aqua maris. Balnea aũt dulcia nocẽt eis: nisi vtant̃ eis siccis ⁊ sudẽt in aere eoꝝ calido.

¶ Hic ponit regimẽ qd̃ magĩ post eũonẽ ꝯuenit: lꝫ de vomitu loq̃tur: qui a p̃ncipio cacesie cõpetit. Et pꝛimo ponit regimẽ eoꝝ per balneationẽ ⁊c. Scd̃o per emplastra ⁊ alias medicias que sumũtur fricant̃ aut euapoꝛant̃. ibi (Et vt vtant̃.)

¶ Et vt vtant̃ vomitu aũ cibũ: est. n. bonũ regimẽ eis. Et opꝫ vt sit in p̃ncipio rei cũ raffano ĩfuso in syrupo acetoso ⁊ in fine eiꝰ cũ elleboꝛo: ⁊ vt pꝛmutent̃ ad exiccationẽ q̃ztũ pośe est ⁊ ad aptionẽ. Et vtant̃ in epulis ĩpoꝝ ⁊ potibꝰ eoꝝ medicis exiccatiuis apitiuis subtiliatiuis aromaticis sic̃ spica ⁊ cassia ⁊ cinamomo ⁊ medicis lubꝛicãtibꝰ sic̃ absinthio ⁊ keisim ⁊ eupatoꝛio ⁊ se. vꝛtice ⁊ camepitheos ⁊ aristo. ro. ⁊ succo cucu. aśi. ⁊ folijs mezereon ⁊ gẽsit ⁊ alkekẽgi cũ ꝓpꝛietate sua: ⁊ ponant̃ in emplĩs ĩpoꝝ sulphur ⁊ succꝰ cucu. aśi. ⁊ radix mezereõ ⁊ folia eiꝰ ⁊ nitrũ ⁊ cinis lilij ⁊ spuma maris. ⁊ ista ⁊ siĺia hoꝝ ꝯueniũt fricatiõi eoꝝ in balneo ⁊ ꝯferũt eis nuba ⁊ alkaridicõ ⁊ vinũ odoꝛiferũ paucũ ⁊ syrupꝰ de lilio. Et ex eis que ꝯferũt eis valde sũt syrupus de absinthio i ieiunio metridatũ ⁊ diacurcuma ⁊ dialacca ⁊ alkekẽgi ⁊ diaspmatõ. Et qñq3 sumũt i potu de lactibꝰ lac camellaꝝ ⁊ vꝛinas eaꝝ ⁊ ꝓp̃e in coꝛpoꝛibꝰ solidis foꝛtibꝰ ⁊ ꝓp̃e qñ antiquat̃ cacesia ⁊ foꝛtasse fit hydropisis. Et qñq3 sumunt̃ i potu. ʒ. ij. de vꝛina camellaꝝ cũ serapini cuiꝰ plĩm sint vsq3 ad aur̃. 5. ⁊ siĺr de vꝛinis capꝛaꝝ. Et qñq3 rectiꝰ ẽ vt cõmisceant̃ cũ eis myra. citrini si mãe fuerit subtiles cholerice. Et ꝯferũt eis ex vapoꝛatiõibꝰ vapoꝛatio stõchi ⁊ epatis cũ gallia ⁊ cassia ⁊ siĺibꝰ. Et iteꝝ fac emplĩm ex eis cuꝫ lilio ⁊ siĺibꝰ: ⁊ assidue fricare vẽtrẽ cũ eis que sũt sicut baurach ⁊ sulphur cũ oleis calidis nocȝ. Et ꝯfert eis ex emplĩs emplĩm de toꝛtellis cũ cydonijs: ⁊ si inobediat liniat̃ ex stercoꝛe vaccino ⁊ stercoꝛe capꝛino.

¶ Hec 2ª ps hꝫ duas. Pꝛio enumerat q̃sdã medicias. Scd̃o alias. ibi (Et qñq3.) ¶ Posset multiplices pati diuisiones. Lubꝛicãtibꝰ. i. soluẽtibꝰ leuiter. Tu tñ cũ cautela si vis vtaris eufoꝛbio: qꝛ venenũ est in. ʒ. iij. keisim leuisticus. Camedreos supꝛa expositũ fuit de oppilationibꝰ epatȝ. Gẽsit. i. opoponacũ: vel s̃m alios gũma ruthe agrestis. Alkekẽgi herba nota sepe exposita que apitiua ⁊ exiccatiua est. Et vꝛ cũ ꝓp̃etate sua ꝯferre vt. A. scribit. Nuba ⁊ alkaridicõ sũt ꝯfectiões: sꝫ alkekẽgi est ꝯfectio quã. A. põit. 5. cañ. trac. 1. Et est duplex maius ⁊ minus: quoꝝ qd̃libet ꝯfert. Reliqua patẽt.

¶ Cibꝰ aũt hñtiũ cacesiã sit ex eis in qbꝰ est suauitas ⁊ ꝯfoꝛtatio nãe sic̃ alduragi ⁊ alcubugi: ⁊ sint iura eoꝛũ aziberagi odoꝛifera valde cũ eis que sunt sic̃ gariofili ⁊ cinamomo ⁊. ʒʒ. ⁊ mastix ẽt. Et siĺr almusat ⁊ ex fructibꝰ granata dulcia ⁊ de cydonijs paꝝ nõ nocet. Et oꝫ vt misceant̃ ẽt cũ cibis ea q̃ sꝫ sic̃ synapis ⁊ poꝛrũ ⁊ allia ⁊ q̃ currũt cursu eoꝝ absq3 multiplicatiõe plĩma.

¶ Cibꝰ oꝫ eẽ in q̊ sit suauitas. s. ex odoꝛe bono. Alduragi ⁊c. spẽs p̃dicis. Aziberagi ⁊ Almusat modi sunt cibarioꝝ apd̃ arabes. Paꝝ de cydonijs ⁊c. qꝛ acuũt apperitũ ⁊ ꝯfoꝛtãt stõchũ. Et oꝫ vt ⁊c. qꝛ ĩcidũt mãs illas absq3 multiplicatõe plĩma ne sanguinẽ coꝛrũpãt.

¶ De cura asclitis. Cap. 13m.

Anõ cõis in curis eoꝝ ẽ exiccatio ⁊ extractio sup̃fluitatũ: ⁊ si nõ cũ alio saltẽ cũ statione in sole vbi nõ ẽ vẽtositas: ⁊ calefiẽdo ad ignẽ accẽsuꝫ ex lignis exiccatȝ ⁊ comedẽ cũ mensura ⁊ dimittẽ aquã ⁊ ap̃ire poꝛos ⁊ ꝓuocatio frequẽs ⁊ soĺone vẽtris educẽ aquositatẽ subtilẽ cuꝫ facilitate ⁊ frequẽter ⁊ expectatio sup̃ sitim ⁊ regimẽ ipsiꝰ ⁊ ꝓhibitio a visione aque nedũ a potu ipsiꝰ q̃ztuꝫ pośe est: ⁊ si nõ est excusatio qn ipsa potet̃ bibat̃ post cibũ aliquãtulo spatio ⁊ p̃mista cuꝫ vino aut alijs. Et minoꝛatio cibi ⁊ subtiliatio eiꝰ valde est melioꝛ cura. Et exercitiũ qd̃ diximꝰ in cap̃. hyposarche. Et ꝯseruatio virtutȝ ⁊ ꝯfoꝛtatio ipsiꝰ cũ bene redolẽtibꝰ aromaticis ⁊ olfatiõibꝰ suauibꝰ ⁊ odoꝛibꝰ ciboꝝ ꝯfoꝛtãtiũ: ⁊ ꝯfoꝛtatio ĩpoꝝ cũ vĩo aromatico: ⁊ nõ est multitudo potus vini in ea laudabilis. Et ex eis que ꝯferũt eis ẽ vomitꝰ ⁊ ꝓpꝛie ante cibũ ⁊ ẽt post cibũ de tertio in tertiũ aut de quarto in quartũ aut de q̃nto in q̃ntũ. Ipse eñi iuuat eos valde. Et sternutatio cũ medicis ⁊ ĩsufflationes ⁊ alia ꝯferũt eis ex illis que d̃ponũt aquositatẽ ⁊ extrahũt eã ad vias eũatiuas. Flobothomiam ỽo opꝫ vt deuitet oĩs hydropiśiꝫ hñs q̃ztũ põt nisi illi qui patiunt̃ hydropisim ex retẽtiõe sanguis. Flobothomia. n. ꝓhibet mẽbꝛis eoꝝ nutrimẽtuꝫ cũ ipsa sint pauci nutrimẽti: ⁊ cũ h̃ ĩfrĩdat epar ipsoꝝ. Flobothomia igit̃ est nociua in quãpluribꝰ dispõnibꝰ. Et si fuerit illic apostema p̃ueniat̃ ad ĩpaꝫ in pꝛincipio rei.

ex gal.º 4.º acut. 10

¶ In p̃cedẽti cap̃. A. determinauit de cura cacesie: hic d̃terminat deinceps de cura hydropisis. Et p̊ p̃ncipaĺr determinat de cura hydropisis asclitȝ: ponẽs tñ qñq3 q̃dã que in alijs ꝯueniũt. Scd̃o determinat de cura hyposarche. ibi (Radices.) Tertio de cura tympanitis. ibi (Canon p̃terea.) Pꝛima in. d. Pꝛio in cõi magĩ ponit curationẽ ⁊ intẽtionẽ curationis. Scd̃o in sp̃ali. ibi (Et opꝫ vt fiat exiccatio.) Pꝛia in. d. Pꝛio in cõi ponit curã per regimẽ ⁊ euacuationes diuersas. Scd̃o ostẽdit cañ. in quadã curatione que fit flõmia addẽs alia. ibi (Cũq3 hydropicus.) Qd̃ p̊mo dicit pꝫ.

¶ Cũq3 hydropicus cõquerit̃ de latẽ sinistro multarũ arteriaꝝ: tũc nõ est eiꝰ q̃rimonia pp tẽsionẽ que fit in ĩpo: nã ãbo latera cõicãt in h̃: imo illd̃ ẽ pp sanguinẽ. Flobothomet̃ ğ i p̊mis: deide curet̃ cura hydropisis. Et si fuerit ap̃a durũ: tũc nõ sepet̃ in sanatiõe hydropisis asclitȝ q̃ seq̃t ipꝫ. nã ⁊ si aq̃ eũet̃ q̃libet eũone redдit tñ ⁊ replet. Et scias ꝙ eũo cũ medicis laudabilioꝛ ẽ q̃ȝ q̃ fit sectõe ⁊ resudatiõe: ⁊ fit difficile succurrẽ eis.

¶ In scd̃a dicit. Cũq3 hydropicꝰ ꝯquerit̃ de latẽ sinistro: ⁊ multaꝝ arteriaꝝ supple pulsatione: tũc nõ est ibi querimonia pp tẽsionez que fit in ipso. s. ab aquositate. Nã ambo latera cõmunicãt in h̃. s. in tẽsione facta ab aquositate: ĩmo ⁊c. Dixit de latẽ sinistro: qꝛ ibi foꝛsan sunt plures arterie. nã splen est multarũ arteriarũ: sed ad epar vna parua p̃uenit ad sui ꝯcauitatẽ. Resudatiõe supple facta cũ pũcturis acuũ de qua ĩfra. Apostema ipsaꝫ redire facit supple: ⁊ ideo opꝫ p̊mo curare apostema: deinde hydropisim.

¶ Et opoꝛtet vt fiat euacuatio hoꝛa que nõ est febꝛis. quãuis enim regimen exiccet hydropisim tamẽ apostema ipsam redire facit. Et opꝫ vt in ipsa minoꝛẽtur trocisci stiptici quãuis sint cõfoꝛtatiui sicut est trociscus de almirberis ⁊ ꝓpꝛie cuꝫ ꝯstricta est nã. Et opꝫ

vt fiat exiccatio in hydropisi frigida cū oi calido subtiliatiuo aperitiuo. Jn hydropisi aūt calida ꝑm modū aliū de quo singulariter ꝑmonē faciā. Et scias ꝙ oleū de phisticis ꝛ amigdalinū iuuatiua sunt in oib⁹ spēb⁹ hydropisis. Medicine aūt singulares ꝯueniētes huic spēi hydropisis ꝛ cū est frigida sunt sicut decoctio andacoche vehemētis ꝺcoctionis de qua bibanꝫ omni die.ʒ.ij. Aut ꝺcoquaꝫ squille lib.in.iiij.kist vini in vase mūdo donec ꝯsumaꝫ tertia vini ꝛ bibatur omni die ex eo quātitas coclearij magni: deide addatur super illud donec perueniaꝫ ad quinqꝫ coclearia: deide minuatur donec redeat ad vnū. Et iteruꝫ detur in potu omni die de succo calamenti.ʒ.j.

¶ Hic spālius magis curā ponit. Et pmo per medicinas magꝫ. Secūdo per cibos addēs de clysterijs.ibi(Lib⁹ aūt habētiū hydropisim.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit curā hydropisis asclitis siue facte a cā frida simul: qñqꝫ loquēs de hydropisi calida. Scđo facte a cā calida.ibi(Hydropisis aūt.) ⁋ Prima in duas. Primo in cōmuni magis ponit ea que ꝯueniunt in frigida hydropisi. Scđo alioꝝ ponit remedia.ibi(Et dixerunt.) Tertio iterū resumit medicinas ꝯueniētes.ibi(Et ex medicis.) ¶ Kist est lib.j.s.ꝑm Serap. 7.cap.de diacydoniten.alibi īuenitur ꝙ est cadus. ¶ Coclear ꝑm quosdā inueniꝫ ꝙ est.ʒ.vj. Rasis in diuisionib⁹ capitulo de epate est auꝫ.ij. Simon in medicinis auꝫ.j.ꝛ.ʒ.j.

¶ Et dixerūt qdā ꝙ opꝫ vt sumanꝫ cātarides ꝛ auferanꝫ capita ꝛ ale eaꝝ: deide resoluanꝫ corpa in aqua mellis ꝛ igrediaꝫ eger balneū ꝛ sumat illđ in potu aut comedat cū eo panē: ꝛ ħ apud me est error maximus. Et plus qđ expertū est debere sumi ex eis in potu est kerates.j.in potu aquarū exp̄ssarū notaꝝ. Et dr̄ ꝙ qñ mūdificaꝫ corp⁹ potādo oi die ex tyriaca q̄ꝫtitatē ciceris cū decoctiōe calamēti.xxj.die.ꝛ est ꝯtētus comestiōe vna leui ꝙ ꝯfert. Et existimauerūt qdā ꝙ sumē in potu sterc⁹ capnū cū melle iuuatiuū ē eis aut vrinā ouiū aut vrinā asinoꝝ cū spica ꝛ melle aut arist.ro.pōdus.ʒ.iij.i vio. Et iā laudauerūt eis qdā oi die aut oib⁹ duob⁹ dieb⁹ sumē q̄ꝫtitatē fabe ex aluie hūido i aq̄.

¶ Et dixerūt qdā.qꝛ scribiꝫ ab Hippo.4.regi.acu.tex.cōmē.124.in fine.si fuerit suū dictū. Cōmētator tñ ibi sicut Aui.illud dictū nō laudat. Cantarides eni debent sumi in pua q̄ꝫtitate ꝛ ꝯsolate.vt.ʒ.de simpli.medi.ca.ʒ.distin.4. Kerates quatuor grana ordei. Aq̄rū expressaꝝ.i.succoꝝ notoꝝ vt endiuie.vel alterius herbe que cōuenire videaꝫ. Et diciꝫ ꝙ qñ mūdificaꝫ corp⁹.s.ꝑus aliqua medicina solutiua potādo.s.post eūonē. Et tyriaca ꝛc̄.possit ꝓdesse: qꝛ resoluit ꝛ apit. Alumē humidū est vna spēs alumis quā.A.noiat.

¶ Et ex medicis iuuatiuis sūt alkekēgi ꝛ diacurcuma ꝓprie. Et spes est ad oēm hydropisiꝫ in diacurcuma ꝛ ꝯfectio alburbat⁹ ꝓp̄e ꝛ electuaria asus ꝛ medicine de sqlla ꝛ syrupo sqllitico ꝛ tyriaca. Et scias ꝙ tyriaca ꝛ diacurcuma ꝛ alkekēgi ꝯferunt valde in fine hydropisis fride. Et ex medicis mirabilis iuuamēti sunt trocisci de scebrā ꝛ daruch. Al'. ℞. scebrā myra.citrinoꝝ ptes equales: ꝛ dosis ei⁹ gradatiꝫ sit ex danich.j.ꝛ.s.ad q̄ꝫtitatē.ʒ.j.bibaꝫ in oibus.iiij.dieb⁹ semel: ꝛ in eo qđ est iter eos bibanꝫ trocisci almirberis. Et qñqꝫ cōponunꝫ medicamina ex reubarba.ꝛ costo ꝛ baccis lauri ꝛ fenugreco ꝛ lupinis ꝛ enula gētiana ꝛ gumma amigdali ꝛ galbano ꝛ sunt medicamēta iuuatiua.

¶ Iste sunt ꝯfectiones posite.5.cañ.ꝛc̄. Tyriaca ꝛc̄.qꝛ calefaciūt ꝛ cōplent residuū educere de mā. Troci.de scebrā: ꝛ daruch.i.ex tali descriptione. Al'.i.vel ex hac. ℞. Danich est.s.grana ordei. Sed in medio sumunꝫ trocisci almirberis ad reaggregandum laxitatem ex medicinis inductam.

¶ Regimē aūt eūans aquositatē est cū solutiuis ebitis ꝛ clysterib⁹ ꝓprie. Ipsa.n.ꝓpingora sunt aque ꝛ leuiora sup nās ꝛ remotiora a liquefactiōe ꝛ cū spēb⁹ balneationū cū thermis ꝛ cū regimine calefaciēte. Et cū aqs in qb⁹ decocta sunt subtiliatiua sicut feniculus ꝛ camomilla ꝛ sqnātū ꝛ spēbus vnctionū ꝛ emploꝝ ꝛ vaporationū. Et ingrediꝫ in sūma illius vt sumanꝫ in potu lac caprinū ꝛ lac camellaꝝ fetaꝝ. Et de hoc qdē gñe vrina ꝛ lac camellaꝝ fetarū ꝯueniētia sunt asclitiqñ sumunꝫ hebdomoda.j.cū trociscis de aloe i pmis ʒ.s.ex eis cū.s.ʒ.spodij vsqueq̄ pueniaꝫ ad.ʒ.j. Et post istā eūonē eūa cū mezereon cū.ʒ.j.kekēgi: deide itera trociscos de aloe hebdomoda.j.ꝛ non cesses facē ħ ꝛ fortasse sanabiꝫ. Extenuati v̊o nō sumāt in potu ex trociscis de aloe in pncipio nisi q̄ꝫtitatē vni⁹ danich. Et descriptio qdē trociscoꝝ de aloe ē in antidotario. Jn solutiuis aūt non opꝫ vt sit illud qđ nocet epati. Et si aliq̄ nec̄itas facit hmōi nec̄iuꝫ esse opꝫ vt rectificeꝫ: ꝛ opꝫ vt nō sit subito: imo ꝑꝫ vices.nā illđ qđ subito est mortale est.ꝛ puū nocumētū debilitat epar. Et aloes solū est malū valde epati: q̄re opꝫ vt elōgeꝫ ab epate nisi pp nec̄itatē aut cū igenio rectificatōis. Et opꝫ vt solutiua seq̄nꝫ ieiuniū: q̄re nō comedat solut⁹: postea die ꝛ nocte: ꝛ si pol'e est: ꝛ vt sequanꝫ: postea que ꝯfortāt ꝛ ꝯstipāt parūper sic̄ sunt trocisci almirberis ꝛ sic̄ aque fructuū in qb⁹ est suauitas ꝛ stipticitas ita vt cōfortēt epar. Et ꝓp̄e post ea sic̄ sūt euforbiū ꝛ mezereō ꝛ aq̄ āmoniaci ꝛ sil'ia. Deide administrenꝫ rectificātia cōplexionē sicut tyriaca ꝛ diacurcuma in fridaꝛ aqua endiuie in calida. Et isti qdē que est vehemētis caliditatis nō ꝯuenit lac camellarū fetarū: ꝛ icipiat in lacte camellarū in pmis a.xl.ʒ.ꝛ addanꝫ in oi die.ʒ.x.

¶ Hic pmo enumerat diuersa que ꝯueniunt in hac cura. Scđo ea specificat specificādo ēt curā.ibi(Et ingrediꝫ.) ⁋ Hec ps hꝫ qnqꝫ. Primo pncipal'r ꝛ plus enumerat reꝫ que per os sumunꝫ ad curā asclitis. Scđo enumerat emplastra ꝛ alia que sup vētrē ponunꝫ.ibi(In emplastris v̊o.) Tertio ponit curationē per icisionē ꝛ cauteriū vel pforationē.ibi(De incisione v̊o myrach.) Quarto ponit diuersas medicinas que aquā per vētreꝫ euacuāt.ibi(De eūonib⁹ aūt.) Quinto ponit regimē istoꝝ per balneuꝫ.ibi(De balneis v̊o.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit medicinas eūatiuas magꝫ. Scđo diureticas ꝛ aperitiuas.ibi(Diureticis v̊o.) ⁋ Pria in q̄tuor. Primo ponit plura que ꝯueniūt in asclite frida. Scđo dicta de eūone spāliter coaptat ad calidā hydropisim asclitē.ibi(Et deuita.) Tertio ostēdit qd fiendū in hydropisi post eūonē.ibi(Et cū eūaueris.) Quarto resumit doctrinā de quadā re quā exhibere docuerat.s.de lacte.ibi(Et nō respisciās.) ¶ Considera circa pmā ptē ꝙ aloe est inimicū epati: qꝛ apit orificia venaruꝫ: ꝛ iō nō dꝫ dari in asclite nisi p aliqꝫ necessitatē ꝓpter quā videaꝫ aloes ꝯuenire. Aut si daꝫ: deꝫ cū ingenio quo ꝯsoleꝫ aut rectificeꝫ. Reliqua patēt.

In hypocundriĩs eueniunt dolores mordicatiui ⁊ extenſiui vẽtoſi ⁊ aliĩ. Et quãdoqꝫ fiunt propter cauſam epatis ⁊ multotiẽs fiunt cauſa diaphragmatis: ⁊ quandoqꝫ fiunt cã ſplenis: ⁊ quãdoqꝫ fiunt cauſa apoſtematis in mẽbris carnoſis que accidunt in coſtis: ⁊ non eſt timor in eis. Et quãdoqꝫ accidit illud in febribus ⁊ multotiens currit in criſibus. Si autem non fuerit dolor: aut fuerit dolor paruus ad frigidiora tendens: ⁊ humor decliuis ad partes capitis cadet criſis illic. Et ſi fuerit cum dolore ⁊ punctura: aut decliuis ad ſumen ⁊ ad inguina: aut ad dorſuꝫ ⁊ alchatiꝫ: tũc fit criſis cõ ſol'one vẽtris: aut ꝓuocatione vrine. Et qñqꝫ tẽduntur hypocũdria ⁊ myrach vẽtris ꝑꝑ ſiccitatẽ ſequentẽ malitiã complexionis: aut aꝑta ĩtrinſeca. Et tenſio qdẽ hypocũdrioꝝ multiplicatur in febribus peſtilentialibus.

¶ Quemadmodũ Aui. fecit in fen.13. ita facit ⁊ hic: q̃ poſtqꝫ de diſpoſitionibus epatis determinauit determinat de diſpoſitionibus partium circumiacentium extra epati vt hypocundriorum ſoluꝫ illas enumerãs ⁊ ſignificata illarum: non aũt curam ponens: q̃ cura ex cura cauſarum pendet: ⁊ dicit ꝙ in hypocundriĩs ⁊c̃. ⁊ aliĩ.ſ. modi doloꝝ in membris carnoſis ſupple aut cauſa apoſtematum que accidunt ſupple ⁊c̃. ⁊ nõ eſt timor in eis.ſ. apoſtematibus vel doloribus coſtaꝝ vel carniũ ſicut qñ eſt dolor cã epatis: ⁊ qñ accidit illud.i. dolor hypocũdrioruꝫ ⁊ tẽſio in febribus. ſi aũt ſupple cũ tenſione nõ fuerit humor decliuis ⁊c̃. ſupple q̃ ſubtilis cadit criſis illic.i. in partibus capitis fluxu ſanguinis narium. vel dixit nõ fuerit dolor: q̃ materia ſurſum aſcendit. ⁊ ſi fuerit ⁊c̃. ita ꝙ cum dolor tendit ad alchatim aut dorſum: erit criſis cum prouocatione vrine. ſed ſi ad inguina ⁊ ſumen erit cum fluxu ventris vt Hip.4. partic. afo.73. afo.ſ. Quibuſcunqꝫ hypocundria ſuſpenſa ⁊c̃. Et tẽſio hypocũdrioꝝ multiplicatur in fe. peſtilentialibus ꝓpter defectũ virtutũ: vnde ſit euaporatio abſqꝫ reſolutione ⁊c̃.

¶ Explicit. 14. fen.

¶ Fen.xv.de felle ⁊ splene ⁊ dispositionibus coꝝ um.

¶ Tractat⁹.j.de anathomia fellis ⁊ splenis ⁊ icteritia.

¶ De anathomia fellis. Cap.p̄m.



Fel est chistis pendēs ab epate ad ꝑtem stōchi ex tunica vna neruosa:⁊ hꝫ orificiū ad epar ⁊ in ipso est meat⁹ attrahēs hūorē subtilē ꝯueniētē ei ⁊ cholerā citrinā. Et ꝯtinuat̄ meatus iste cū ipso epate ⁊ venis in qbus generat̄ sanguis. Et sunt ei illic rami plurimi neruosi quāuis sit itroitus ꝑpendicularis eius ex cōcauitate:⁊ hꝫ orificium ⁊ meatū ad ꝑtē stōchi ⁊ itestinoꝝ in qbus mādat ad partes eorum superfluitatem cholere ſm ꝙ diximus in lib.j. Et hmōi qdē meatus ꝯtinuat̄ ramus cū duodeno. Et qñqꝫ ꝯtinuat̄ res ꝑua ex eo cum fundo stōchi:⁊ qñqꝫ accidit res ecōtrario:⁊ ꝑuenit maior ꝯtinuitas cū vase grosso ad fundū stōchi ⁊ minor ad duodenū. Et in pluribus hoib⁹ est meatus vnus ꝯtinu⁹ cū duodeno. Introitus vō cānule suggētis cholerā ꝓximus est itroitui cānule vesice in vesica. Et de ꝯsuetudine qdē medicoꝝ antiquoꝝ fuit noīare fel chistiꝫ minorem sic de cōsuetudine eoꝝ fuit noīare vesicā chistim maiorem.



A Fen.13.ad p̄ntē Auic.determinauit de dispōnibus mēbroꝝ que sunt factiua nutrimēti: deinceps vsqꝫ ad.20.fen determinat de dispōnib⁹ mēbroꝝ q̄ sunt expurgatiua supfluitatū illius. Sicut ḡ stomachus ⁊ epar nutrimētū faciebāt ꝓ toto sic sunt qdā mēbra q̄ supfluitates nutrimēti facti in stōcho recipiūt vt itestina: qdā vō supfluitates recipiūt nutrimēti facti in epate:⁊ ex istis qdā sunt q̄ a ꝯcauo suggūt vt splen ⁊ fel: qdā vō q̄ a gibbo vt vesica ⁊ renes. De dispōnib⁹ vō illoꝝ Aui.sic ꝓsequit̄. Quia p̄mo determinat de dispōnib⁹ mēbroꝝ q̄ trahunt supfluitates a ꝯcauo epatis. Scdo determinat de dispōnibus mēbroꝝ q̄ chili supfluitates recipiunt vt sunt itestina. ibi (Creator.) Tertio determinat de dispōnibus mēbroꝝ q̄ a gibbo epatis supfluitates recipiunt: sicut sunt renes ⁊ vesica. ibi (Creati sunt renes.) Ordinis vō cā multiplex posset cōsiderari quā ꝑ te cōsidera. ¶ Pria in.d. Prio ponit illoꝝ mēbroꝝ anathomiā. Scdo de dispōnib⁹ illoꝝ exequit̄. ibi (Jcteritia. ¶ Pria in.d. Prio ponit anathomiā fellis. Scdo splenis. ibi (Splē.) ¶ Pria in tres. Prio ꝑ anathomiā docet cognoscē fellis subaꝫ: figurā: sitū: alligātiā ⁊ opatione:⁊ nomē. Scdo oñdit iuuamēta ⁊ vtilitates q̄ ex ei⁹ opatione ꝓueniūt. ibi (De iuuamētis.) Tertio oñdit nocumēta q̄ accidunt in corporib⁹: qñ eius opatio nō recte ꝓcedit. ibi (Et qñ nō attrahit.) ¶ Cōsiderandū p̄ ꝙ si chol'a vadat ex felle ad stōchū: solū vadit vt digōnē iuuet: nō vt abstergat vel mūdificet:⁊ iō ꝑuus fuit meat⁹ q ex felle venit ad stōchū: sꝫ in qbusdā ꝑꝑ errorē i p̄n° gnōnis eꝫ fit: vt h.A.⁊.z.de cōplōnib⁹. H.c.6. ¶ Jntroit⁹ vō cānule. Cōsiderādū ꝙ sic orificiū vesice igredit̄ in vesicā: q̄r est qdā meatus angustus: postea dilatatus in amplū: sic in felle: q̄r est sicut quedam ꝑua vesica:⁊ hoc est ꝙ Aui. vult dicere. proximus.i.similis.

¶ De iuuamētis vō in creādo cholerā est mūdificatio epatis a supfluitatib⁹ spumosis. Et iterū calefactio ei⁹ sicut accensio ignis sub vase ⁊ subtiliatio sanguinis ⁊ resol'o supfluitatum ēt cū motione egestionis ⁊ mundificatone itestinorum ⁊ coartatione eius qd mollificat̄ de lacerto in circuitu eius.

¶ De iuuamētis vō in creādo.s.in felle cholerā:⁊ ista creatio nō fit nisi ꝑꝑ sepatiōeꝫ chol'e a sanguīe: ē mūdificatio ⁊c.⁊ calefactio ei⁹ s.epatꝭ. sic accēsio sub vase.i.sic calefit vas ab igne succēso sub eo: sic ēt fel calefacit epar.⁊ resol'o.i.eūo supfluitatū cū motione egōnis ⁊c.⁊ coartatiōe.i.stimulatiōe ⁊ euigilatione ei⁹ qd mollificat̄.i.relaxat̄. in circuitu eius.i.in ano.s.de lacerto. nā ex illa stimulatione lacertus ani relaxat̄ ⁊ apitur vnde egestio educitur.

¶ Et nō fuit creata in plurib⁹ fellib⁹ via ad stōchū vt lauarent̄ humiditates cū cholera sic lauant̄ hūiditates itestinoꝝ: nisi q̄r stōchus ledit̄ ꝑ illas ⁊ patit̄ nauseaꝫ ⁊ corrūpit̄ digō in ipso ꝑ illud qd miscet̄ cibo de humore illo:⁊ adueniūt ei ex vena pulsatili ⁊ neruo q ꝯtinuatur cū epate duo rami valde ꝑui:⁊ fel qdē sic vesica vnā hꝫ tunicā compositā ex spēbus villoꝝ tribus.

¶ Cōsidera hic. Supi⁹ in fen.13.de egritudinib⁹ stōchi vbi de h ꝑfecte diximus:⁊ sunt dicta. H.6.de iuuamētis ca.3. Utrū aūt vesica ⁊ fel duas habeāt tunicas vel vnā: disputabitur fen.19.

¶ Et qñ nō attrahit fel cholerā aut attrahit sꝫ nō complete eueniūt ab ea nocumēta. chol'a.n.cū retinet̄ supra fel facit possidere apata epatꝭ ⁊ icteritiā:⁊ qñqꝫ putrefit:⁊ facit accidere febres malas:⁊ qñ currit ad mēbra vrine cū supfluitate vlcerat:⁊ qñ currit ad mēbrū aliqd accidūt herisipila ⁊ formica:⁊ qñ spargit̄ in corpe toto q̄eta absqꝫ ebullitiōe accidit icteritia:⁊ qñ currit a felle ad intestina cū supfluitate facit incurrere solonem ventris cholericam ⁊ rasuram.

¶ Quod dicit pater ⁊c.

¶ De anathomia splenis. Cap.2m.



Splen oino est eūatorīuꝫ fecis sanguis ⁊ adustiōis ei⁹ ⁊ sūt mel'ia nālis ⁊ accītalis. Et inest ei ꝓprietas q̄dā ⁊ virtus ei⁹ resistēdi cordi ex latere ⁊ epati ⁊ felli ex latere. Cūqꝫ trahit turbiditatē sanguis digerit ipm:⁊ qñ acescit aut fit pōtica fit cōueniēs ad cōmouēdū os stōchi ⁊ p̄parandum ipm vt coria ⁊ tēperādū caliditatē eius mādat eaꝫ ad ipsum in vena magna. Et qñ debilitat̄ splen a mundificatione epatis:⁊ que sequunt̄ ipm ⁊ mel'ia: accidūt in corpore egritudines mel'ie.s.ex cancro ⁊ varicib⁹ ⁊ elephantia ⁊ ipetigine ⁊ lētiginibus nigris ⁊ morphea nigra: imo mel'ia lepra ⁊ reliqs. Et qñ debilitat̄ ab educendo illud qd opꝫ exire de mel'ia ab ipso: opꝫ vt fiat magnus ⁊ magnificet̄ ⁊ apostemet̄:⁊ vt nō sit ei qd generat̄ de mel'ia locus in ipso:⁊ vt retineat̄ illud qd cōmouet stomachū. Et qñ mandat eā cū supfluitate fortis fit fames. Et si fuerit acetosa ⁊ nō fuerit supflua tūc fac̄ vomitū ⁊ facit nauseaꝫ. Et qñqꝫ facit accidē in itestis excoriatiōeꝫ mel'icaꝫ mortiferā:⁊ cū igrossat̄ splē arescit corpus ⁊ arescit epar ⁊ est magis nocens epati. Et qñqꝫ adurit̄ mel'ia in splene declinās ad acetositatē temperatā:⁊ qñqꝫ effundit̄ plurimuꝫ abhominabilis ad stomachū ⁊ facit accidere vomitū mel'icum. Et qñ est ei ꝑiodus ⁊ accidit ex ea subuersio stōchi: cūqꝫ multiplicat̄ eūo mel'ie ⁊ nō est illic feb. tūc est ꝓpter debilitatē retentiue aut fortitudineꝫ expulsiue:⁊ qñ multiplicat̄ ei⁹ retētio est tūc ecōtrario. Et splen qdem est mēbrū lōgū linguosum cōiunctū cuꝫ stōcho a sinistro suo vsqꝫ retro:⁊ vbi est dorsuꝫ attrahēs mel'iaꝫ cū collo ꝯtinuato cū ꝯcauitate epatis vbi cōtinuatur colluꝫ fellis ⁊ expellit ipsam cū collo orto ex interiore eius:⁊ eius ꝯcauitas sequit̄ stōchū ⁊ gibbositas ipsius sequitur costas:⁊ eius suspēsio cū costis nō est cū ligamētis pluribus fortibus: imo cū paucis villosis vigoratꝭ cuꝫ pāniculis costaꝝ:⁊ ab hoc latere ꝯtinuat̄ cū venis q̄etis ⁊ pulsatiuis. Et latus ei⁹ ꝯcauū supficiale venit super epar ⁊ stōchuꝫ quāuis sit eqdistās iferiori ꝑti epatis cadēs apud iferius stomachi:⁊ ꝯtinuat inter ipm ⁊ iter stōchū vena icarnata cū vnoquoqꝫ eoꝝ:⁊ in ipso

est suspensio

est suspensio ēt ⁊ sustētat ipm a syphac ɔstās ex duab⁹ tunicis cuȝ ramis q ex ipso sepanť in eo plurib⁹ nūero pue q̄ntitatis itrātib⁹ splenē ⁊ zirbū. Et in splene qdeȝ sunt vene pulsatiles ⁊ nō pulsatiles plurime qbus sanguis digeriť ⁊ assimilať sube ipsi⁹ deinde expelliť supfluitas ipsi⁹ ⁊ corpus ei⁹ ē rax vt facile recipiat superfluitates melicas q̄ ipm igrediunť: ⁊ tegit ipm pāniculus ort⁹ ⁊ syphac ⁊ cōicat diaphragmati cā illius quāuis sit pāniculus diaphragmatis ēt ex syphac.

¶ Hic ponit splenis anathomiā. Et p̄ oñdit ei⁹ opationē ⁊ iuuamēta. Scđo oñdit dispōnes q̄ accidūt in corpibus ex diuersa splenis dispōne. ibi (Et qñ debilitať.) Tertio redit ad ponēdū eius anathomiā q̄ntū ad subaȝ ⁊ situ ⁊ alligātiā. ibi (Et splen.) ¶ Diceret qs: q̄re oportuit splenē cordi resistere. ɔueniētius. n. fuisset vt caliditas remaneret in latere. ⁊ Dōm forsan eē ɔueniens vt sinistra ps sit frigida: q2 hȝ ps sinistra rōnem fixi in motu corpis sicut dextra ps hȝ rōnē mobilis mag: ⁊ q2 fixio mag fit a frido: iō ɔueniēs fuit pp bonitatē motuū vt ps sinistra ī calitate remitteret ad qđ splē iuuat.

Dubium ¶ Et si fuerit acetosa. Circa istā ptē dubitať. Auicē. dicit q si melia fuerit acetosa: ⁊ nō fuerit supflua q facit vomitū ⁊ nauseā. ⁊ Sȝ ɔ̄tc̄ sp fieret vomit⁹ cū melia nālr ad stōchū pelliť: q2 illa acetosa ⁊ est pauca. Ampli⁹ melia acetosa acuit appetitū. acetositate. n. sua vr̄ hoc facere: vt. 3. collȝ. c. 32. ⁊ sumi pōt. 2. cañ. c. de croco. Mandat cū supfluitate. expōit Dy. s. cōmotōes vť expulsiōes nō cū supfluitate mãe: q2 faceret vomitū. Tu dic q cū supfluitate quātitatis nō penetrat in corp⁹ stōchi sȝ cōprimit ⁊ pparat: sic ēt chola fac̄ appetitū: hoc sumi pōt a Sera. tra. 4. c. 10. s. de egritudib⁹ splenis. ⁊ Dōm q. A. loquiť hic de expulsiōe melie nō nālis ad stōchū ⁊ nō de nāli expulsiōe: ⁊ iō p̄a obiectio cessat. ¶ Dico ḡ q melia acetosa nō nāliter expulsa ad stōchū: aut in suba stōchi imbibiť: aut extra adheret. Si ḡ ībibať ⁊ penetret: tūc fac̄ nauseā ⁊ vomitū si mã aliqua ɔtineať in stōcho q expulsiōi possit associari: ⁊ cā ē. Nā ille humor ībibit⁹ penetrās stimulat expulsiuā. Si āt ex̄ adhereat abstergēdo ⁊ aggregādo: fortē fac̄ appetituȝ: ⁊ h̄ ē sile ei qđ supra de calo humore dicebať. Nā si in suba bibať stomachi nauseā ⁊ subuersionē facit. si aūt extra magis adhereat mordicando pōt famē syncopalē īducere. Aliter posset rñderi q melia fit acetosa aut pp adustionē: ⁊ tūc deijcit appetitū ⁊ subleuata facit nauseā ⁊ vomitū. aut fit p quādā fridıtatē ⁊ mūdificatiōeȝ ipsi⁹ ⁊ depurationē a sanguine sicut fit in splene ⁊ sicut acuit appetitū. Dixit aūt Aui. ⁊ nō fuerit supflua: q2 si eēt supflua declinaret magis īferius: vñ dissenteriaȝ ⁊ excoriationē induceret: ⁊ nō vomitū vel nauseā. Reliq̄ patēt ⁊c̄.

¶ De icteritia citrina ⁊ nigra. Cap. 3m.

Icteritia ē alteratio coloris corporis feda ad citrinitatē tendens aut nigredinē pp cursum hu. citrini ⁊ nigri ad cutē ⁊ que sequunť ipsaȝ sine putrefactiōe: q̄ si ei associareť faceret accidere tertianā in citrina ⁊ quartanā in nigra. Et cā citrine fm plurimū est ex pte fellis: ⁊ cā nigre est ex splene: ⁊ qñq3 accidit vt sit ex epate: ⁊ qñq3 accidit vt sit cā citrine ⁊ nigre simul ipsa cōplexio cōis corpori.

¶ Determinat de dispōnib⁹ hox mēbrox aut que fiūt in corpe horū cā. Et p̄ determinat de dispōnib⁹ q̄ fiūt in nobis cā fellis: sic̄ sūt modi qdā icteritie. lȝ. n. icteritia ab alio q̄ a felle fieri possit: tñ hȝ plus sibi appropriať. Scđo determiat de dispōnib⁹ splenis. ibi (Spleni accidūt.) ¶ Cōsiderādū ergo q lȝ in felle possit fieri apa ⁊ mala cōplexio: ⁊ solo ɔtinuitatis: nō tñ inquantū fel ppriū sortiť modum curatiōis. Ex cura ḡ apatū epatis ⁊ malarū cōplonū notā ponit curā eox qñ in felle fuerit: lȝ forsan apa raro in eo fiat. ⁊ Prima ḡ in tres. Primo determinat de icteritia quātum ad sui modos ⁊ cās. Scđo de signis. ibi (Scias.) Tertio de cura. ibi (Scias.) ⁊ Pia i. d. Prio ponit diffinitionē icteritie: ostēdēs sui modos ⁊ ostēdens sui loca vel ptes a qbus gñať. Scđo exequiť. ibi (Loquamur ḡ.)

Dubium ¶ Sȝ dubitať. Aui. dicit q si humor q fac̄ icteritiā eēt putridus tūc fieret tertiana vel quartana. Sȝ ɔ̄. nā feb. ɔtinua pōt terminari p icteritiā ⁊ illa mã putrida est: ⁊ tñ nō ppzie facit febrē expulsa ad cutē. ¶ Cōsiderandū q alius modus est fiendi icteritiā creticaȝ ⁊ alius icteritias. nā in alijs icteritijs mã cholerica nō solū ad manifestū cutis expelliť: sȝ ēt ad ptes carniū lacertorū ⁊ mēbrox sub cuti: ita q ei⁹ mã ēt sanguini iacet admista. Opȝ ḡ si cholera illa aut melia eēt putrida: q fieret tertiana aut quartana. In icteritia aūt cretica mã sanguini mista nō est: sed iā ab eo est sepata: ipulsa ad manifestā corpis ptē: ⁊ iō pp eius distātiā febrē nō facit. Aui. ergo maxime intelligebat de icteritia nō cretica: cuius mã nō solū cutē sed ēt pfundas ptes inficit: q2 sanguini admisceť. Et q de hac itelligat Aui. pȝ: q2 dicit. ⁊ que sequunť ipsam. Posset tamen aliter rō illa solui. nā fm quosdā mã q̄ cretice expelliť in feb. nō est coniūcta sed antecedēs. Istā tñ opinionē al's improbauimus.

¶ Loquamur ergo prius de icteritia citrina: ⁊ dicam⁹ q icteritia citrina aut fit pp multitudinē gnōnis cholere citrine: aut pp phibitiōeȝ euōnis ei⁹. Et multitudo ei⁹ qđ gñať ex ea: aut est pp mēbrū generās ipsam: aut pp mām a qua generať: aut pp causas extraneas. Et mēbrū qdē generās ipsam in nā est epar. nā cū ipȝ valde calefit pp cās calefaciētes. s. aut pp apostemata in epate ⁊ in meatu cholere: aut pp oppilationē retinētem cholerā a felle: aut pp caliditatē cōplonis calide ⁊ calefit cōplo epatis valde ⁊ facit choleram fm q sciuisti in loco suo. Generās vō ipsam non in nā est totū corpus. nā cum ipsum supflue calefit conuertitur qđ in ipso est ex sanguine ad choleram.

¶ Hic exequiť. Et p̄ de icteritia citrina. Scđo de nigra. ibi (Icteritia aūt nigra.) Tertio cōiter ⁊ simul addēs quedaȝ. ibi (Et qñq3 aggreganť.) ⁊ Pria in. d. Prio ponit quādā diuisionē causax icteritie citrie. Scđo exequiť. ibi (Et multitudo.) ⁊ Hec scđa hȝ. d. Primo exquiť de causis icteritie q̄ntū ad p̄m modū cāx. Scđo q̄ntū ap 2m. ibi (Facta āt.) ⁊ Hec 2a hȝ. d. Prio exeqť ō causis icteritie facte a multitudie gnōnis cholere. Scđo declarat. ibi (Et mēbrū qdem.) ⁊ Hec hȝ. d. Prio declarat p̄dictas cās. Scđo ponit q̄sdā diuersitates q̄ accidūt in multa gnōne cholere: a qua fit icteritia. ibi (Et in icteritia.) ⁊ Pria in tres fm q tres erāt ille cāe multitudinis cholere. Secūda ibi. (Et materia.) Tertia ibi (Cause auteȝ extranee.) ¶ Cōsiderandū circa p̄mā partē cū epar factiuū sit humox ppzie in nā. i. nāliter dr̄ generare cholerā: sȝ alia mēbra dicunť generare nō in nā: q2 eis ppzie humox generatio nō attribuiť.

¶ Et mã sunt cibi ⁊ cū sunt ex genere eorū a quibus generať cholera: aut pp caliditatē ipsorū: aut pp velocitatē cōuersiōis eorū ad caliditatē in stomacho calido nō euacuanť a generatione cholere plurime.

¶ Isti cibi sunt illi qui sunt dulces aut vnctuosi: qđ est q2 de ppzietate cibox dulciū ⁊ vnctuosox est vt alterētur velociter: ⁊ proprie ad choleram: vt Serap. trac. 4. ca. 9.

¶ Cause autem extranee sunt sicut caliditas extrinseca dominās sup ipȝ ⁊ sparsa in eo pp cām q̄ est sicut morsus algerarat aut serpētis aut pcussio vespe grosse aut punctura pediculi vulturis. Et qñq3 faciūt eā medicine ebibite sic̄ fel leopardi ⁊ vipere cū sunt taliter q nō interficiūt: ⁊ venenū fm plurimū apparet subito.

¶ Gererati est modus scorpionū hñtiū venenū calidū vt sumiť. 4. cañ. fen. 6. c. de morsu gererati pediculi. Trib⁹ noib⁹. A. illud noiat s. grece iudaice ⁊ hebraice: ⁊ forsan est maneries aranee pue. dr̄ tñ q est sicut pediculus q nasciť in inguine ⁊ sub ascellis. Et venenuȝ sup qđ ⁊c̄. sup. nocumētū est illud qđ est cā icteritie: q2 venenū calidū. super hoc enim est subito nocumentū apparet. vel sup venenū fm plurimū apparet subito scilicet icteritia.

¶ Et in icteritia qdē q̄ fit pp multitudinē chole: qñq3 fit ei⁹ sparsio ex ipsa pp vehemētiā victorie ei⁹ sup sanguinē: ⁊ qñq3 est fm semitā expulsiōis nãe ⁊ est icteritia cretica. Et hec multitudo accidit qñq3 vt generet subito: ⁊ qñq3 generať paulatiȝ: ⁊ in dieb⁹ aliqbus qñ illud qđ generať nō resoluiť: aut pp spissitudinē cutis: aut pp grossitiē materiei. Et pp has duas cās fit icteritia cū cōmouenť venti septētrionales ⁊ in estate frigida: ⁊ cū retineť sudor ɔsuetus. Et multitudo gnōnis cholere qñq3 est in epate: ⁊ qñq3 ē in corpe toto fȝ q sciuisti: ⁊ est pp apata calida vbicūq3 sint pp illud qđ alterať de cōplone ad caliditatē: quare multiplicatio

fit gnõnis cholere. Accidit ergo icteritia a vicinitate apatuz calidoꝝ: ꝓpterea qꝛ alterãt cõplonem: quãuis qñqꝫ accidat illud ẽt ſm semitã oppilationis ꝛ ꝓhibitionẽ euonis: ꝛ frida sunt digniora ad generandũ cholerã nigrã. hec ergo est illa q̃ facta est ꝑꝑ multitudinem.

℄ Ponit quasdã diuersitates in hoc mõ icteritie facte a multitudine cholere: ꝛ hꝫ tres: sicut tres ponit diuersitates vel distinctões. Scđa ibi (Et hec multitudo.) Tertia ibi (Et multitudo.)

℄ Facte autem ꝓpter priuationem euonis: aut est priuatio ab epate: aut a felle: aut ab itestinis ꝛ membris alÿs. Et qñ nõ euacuať ab epate: aut est cã in agente: aut in istrumẽto. Et cã que est in agente est debilitas virtutis sepatiue: aut debilitas virtutis expulsiue. Et cã q̃ est in instrõ est oppilatio meat⁹: aut ei⁹ qđ est iter epar ꝛ meatũ. Et huius quidẽ generis est illa que generať ab apostematibus epatis calidis: ꝛ duris ꝛ hui⁹ generis est icteritia que est cũ frigore ꝓpter debilitatem epatis: quare cõstipanť eius meatus: ꝛ illa que est ex coartatione ẽt ꝛ reliqs causis oppilationis. Et scias ꝙ quãdo peruenit oppilatio retinens cholerã in epate in quocũqꝫ locorum sit epatis ꝛ fellis: opꝫ vt ex ea fiat epar calidius q̃ꝫ est: ꝛ genereť cholera plus ẽt q̃ꝫ ea que generatur in dispõne sanitatis. Facta aũt causa fellis: aut ꝓpter debilitatẽ eius ab attrahendo ex epate: ꝛ p̃cipue cũ est cũ debilitate epatꝭ a sepatione ꝛ expulsione: aut ꝓpter vehemẽtiaꝫ virtutis attractiõis ꝛ implet ipm valde vice vna ꝛ nõ capit ipsam ꝓpter illud qđ ipm repleuit ꝛ extẽdit ipm: deinde cadit virtus eius ꝛ nõ trahit: aut ꝓpter casuꝫ oppilationis in meatu eius ad itestina. Et quandoq̃ꝫ fit illa oppilatio propterea ꝙ vehemẽter retineť in epate illud qđ ad ipsuꝫ ꝯcurrit de cholera subito ꝓpter multitudinẽ generationis: aut vehemẽtiã expulsiõis epatis: aut attractionis fellis: quare cooperitur orificiuꝫ meatus ex eo qđ retinet ꝛ cum virtus alia debilitať: ꝛ qñqꝫ fit ꝓpter reliquas cãs oppilatiõis. Et illa q̃ est in colica fit ꝓpterea ꝙ humor viscosus glutinat faciem meatus: quare cholera nõ effundiť ad itestina: ꝛ hec est illa cuius cã est colica. Est. n. icteritia quedã que fit cũ colica ꝛ non est eius cã colica: imo sunt ambe simul cõicantes in cã vna: ꝛ est oppilatio p̃terita que ꝑuenit ad meatũ fellis anteq̃ꝫ accidat colica ꝛ ꝓhibuit cholerã effundi ad itestina ꝛ abluere ea: postq̃ꝫ ergo hec fuit prohibita ad hoc vt effundereť ad itestina nõ fuerũt abluta: ꝛ multiplicate fuerunt in eis humiditates ꝛ cõmouerũt colicã ꝛ accidit vt cholera rediret ad corpus: quare cõmouebit icteritiã. Et in omni qdem oppilatione in meatu epatis ad fel: aut in meatu fellis ad itestina q̃ est ex icarnatiõe aut poro nõ sperať sanitas. Facta aũt ab itestinis est illud qđ qdã existimãt ꝙ quãdoq̃ꝫ accidit vt aggregeť in itestinis ꝛ ꝓprie colõ cholera plĩ que iã effusa fuit ad ea: ꝛ nõ egrediť ab eis propter causaꝫ resoluenteꝫ: quare non iuenit cholera que est in felle locũ in quẽ euacueť quãuis meatus sit apertus: ꝛ hoc valde paꝝ fit ꝛ quasi longiquũ: qm̃ cholera qñ multiplicať ꝛ colligiť in itestino extrahit seipsam ꝛ alia nisi accidat sensui vt destruať aut expulsiue vt cadat.

℄ Determiat hic de icteritia citrina que fit ꝑꝑ ꝓhibitionẽ euonis. Et p̃ p̃mittit diuisioneꝫ. Scđo exeqť. ibi (Et qñ nõ.) ¶ Hec hꝫ tres. Primo determinat cãs icteritie: cuius cã est ꝓhibitio euonis ab epate. Scđo eius cui⁹ cã est a felle. ibi (Facta aũt cã fellis.) Tertio cuius cã est ab intestinis. ibi (Facta aũt ab itestinis. ℄ Circa scđaꝫ pteꝫ ꝯsidera ꝙ sermo Aui. de icteritia in colica põt dupl'r exponi. Uno mõ ꝙ Aui. velit ostẽdere duos modos icteritie citrine in colica. vnũ cuius cã cholera põt dici colica. aliũ cuius cã nõ est cholera: imo ambo hñt vnã in radice cãm. scđm modũ tãgit ibi. est eniꝫ icteritia. ¶ Ad primi euidẽtiã ꝯsiderandũ ꝙ tunc colica põt dici ꝙ est cã icteritie qñ prius accidit colica: ꝛ post eã sequiť icteritia. cuꝫ ergo accidit dolor colicus ex mã flegmatica existente in itestinis: tũc illa oppilat meatus cholere ad itestina: fit ergo reditus cholere: ꝛ sic icteritia. Alia ṽo diciť icteritia que simul fit cũ colica: ita ꝙ vna nõ est cã alteri⁹: sꝫ ab vna cã ꝓcedũt q̃ est oppilatio sic. A. declarat. ¶ Alio mõ põt exponi sermo ille Aui. ꝙ Aui. solũ vnũ modũ velit ponere icteritie cholerice ꝛ ẽ icteritia qñ fit cũ colica simul: ꝑꝑ qđ sciẽdũ ꝙ cũ colica dicať passio in itestinis: ꝛ in colon: ꝓprie nõ diceť de se facere icteritiã. nã meatus q venit a chisti fellis non venit ad colon sed ad duodenũ qđ ꝑ magnã distãtiã distat a colon. dolor g̃ colicus siue passio colica ꝓprie cã icteritie eẽ nõ poterit: sꝫ diceť colica icteritia qñ ambo ab vna cã fiũt sicut a multiplicatione humiditatũ i duodeno: vñ accidit ad corpus cholerã reuerti ex ꝓhibitione exitus. accidit ẽt itestina nõ purgari: ꝛ exĩde fit colica. Exponať g̃ lr̃a sic. ꝛ hec est illa icteritia: cuius cã est. i. eẽ dr̃ colica. est eniꝫ. s. icteritia illa q̃dã icteritia que fit cuꝫ colica ꝛc̃. nõ est ꝛc̃. q̃ dicit deinde patẽt. ℄ Sed tu dices ipse supple dixit. facte aũt ꝑꝑ priuationẽ euonis ꝛc̃. mẽbris alÿs. vř iã specificasse quõ euõ cholere ꝓhibeť ab epate: felle ꝛ itestinis: sed quõ ab alÿs mẽbris nõ declarauit. ¶ Dđm ꝙ ꝑ alia membra voluit itelligere nisi itestina: iõ nõ posuit ibi aut sed ꝛ. ¶ Uel dđm ꝙ ꝓhibitio euonis a membris alÿs: ꝛ maxime acutis densitate. de hac aũt supple dicit.

℄ Icteritia autem nigra splenetica ipsa in modis sue generationis est ſm icteritiam cholericam: inquantuꝫ eius generatio est ꝓpter oppilationeꝫ vtrorũq̃ꝫ meatuũ: ꝛ inquantũ eius generatio est propter debilitatem quarũdam virtutũ ꝛ fortitudinem quarũdam earum. Uerũ icteritia nigra epatica quãdoq̃ꝫ est ꝓpter vehemẽtiam caliditatis epatis que adurit sanguinem ducẽdo ipm ad nigredinẽ ꝛ facit multiplicare melancholiã in corpore. ꝙ si ipsa inuenit ex splene ꝛ meatu aliquid cõpletur res: ꝛ quandoq̃ꝫ est ꝓpter vehementiã frigiditatis eius: quare propter ipsam cõturbatur sanguis ꝛ nigrescit. Et quãdoq̃ꝫ est illud frigus cum siccitate ꝛ quãdoqꝫ est cũ humiditate ꝛ quãdoqꝫ est ꝓpter apostemata frigida dura. Icteritia ṽo nigra que est causa corporis totius aut est ꝓpter vehemẽtiam caliditatis corporis totius ꝛ adurit sanguinẽ faciendo nigrũ: aut propter vehementiã frigiditatis ꝛ congelat ipsuꝫ ꝛ denigrat eũ. Et omnis icteritia citrina aut nigra q̃ est ꝓpter corpus totum est causa venarum precedẽtium in toto corpore ꝛ est corruptio cõuersionis sanguinis ad ipsam ſm cõplexionẽ corruptionis conuersionis san. ad materiã hydropisis hyposarche frigide: quãuis nõ sit illic corruptio apparẽs in epate imo sit in venis tm̃. Et tibi qdem possibile est vt diuidas ꝛ scias ꝙ icteritia nigra qñqꝫ fit ꝑꝑ multitudinẽ: ꝛ qñqꝫ fit ꝓpter retentionem: ꝛ ſm ꝙ dictũ est in citrina.

℄ Determinat de icteritia nigra. hec auteꝫ fit a splene aut ab epate aut a corpore toto: vt supra posuit Aui. Primo ergo declarat cãs icteritie nigre facte a splene. Scđo ab epate. ibi (Uerũ.) Tertio a toto corpe. ibi (Icteritia ṽo nigra.) Quarto disionẽ cãe citrĩe icteritie adaptat ad nigrã. ibi (Et tibi qdẽ possibile.) ℄ Dic̃ p̃ ꝙ cã icteritie nigre splenetice est sicut citrine q̃ fit ꝓpter oppilationẽ vtrorũq̃ꝫ meatuuꝫ. est. s. epatꝭ ad splenẽ: ꝛ splenis ad stomachũ: ꝛ ꝓpter debilitatẽ quarũdã virtutũ vt separatiue ꝛ expulsiue epatis: ꝛ fortitudinẽ quarũdam vt fortitudine attractiue splenis quandoq̃ꝫ: vñ subito ipletur splen: vt dixit in felle: aut fortitudineꝫ expulsiue ad corpus totum aut debilitatẽ attractiue splenis. ℄ Circa tertiã p̃tẽ cõsiderandũ ꝙ cũ humores ꝓprie ꝯtineanť in venis: tunc maxime cã totius corporis diceť fieri icteritia qñ in venis a toto ꝓcedentibus est

tibus est mala cōplō: vñ humores alterabunt in toto sicut ꝯtingit in hyposarcha. quãuis illic. i. in icteritia. cuius cã est totuz corpus: corruptio apparẽs supple in hyposarcha est corruptio apparẽs in epate. vel dixit apparẽs q᷑ ẜm veritatẽ opꝫ ꝙ sit corruptio in epate vbi debeãt humores generari. Q̄d eni est p̄n^m maloꝝ humoruz in toto: est etiã p̄ncipium bonoꝝ humoꝝ in toto.

¶ Et qñqꝫ aggregant vtreqꝫ icteritie sil' aut q᷑ chole ⁊ ei ꝙ ipsi cõmiscet ex san. accidit adustio ⁊ fit nigra ⁊ cõponũt ambo hu. aut q᷑ in vtrisqꝫ laterib⁹ simul ẽ nocumentũ. s. latere epatis ⁊ cholere ⁊ latere splenis: ⁊ iã existimauerũt quidã ꝙ cholera accidit subito ⁊ melia nõ accidit subito: ⁊ fuit eorum intentio ad hoc ꝙ cã generationis cholere est fortior causa generationis melie ⁊ melia generat paulatim: ⁊ res nõ est ita quanuis sit plurimuz ẜm ꝙ ipsi dixerũt. Et quandoqꝫ accidit etiã icteritia nigra vt sit crisis egritudinũ splenis ⁊ q̃ similantur eis cuz nõ reminiscit nã tẽdẽs ad ptẽ excussionis ꝑꝑ cãm nocitiuã. Et plurimis qdẽ hñtiũ icteritiam citrinã accidit ꝯstrictio naturaꝝ eoꝝ ꝑꝑ retentionem excitatoris mordicatiui quem tu sciuisti.

¶ Cõiũctim declarat de eis. Et p̄ oñdit cãm euentus vtriusqꝫ simul ponẽs opinionẽ quorũdã: spãliter et tãgẽs quosdã cañ. in icteritia citrina ⁊ nigra quasdaꝫ significationes. Scd̄o ponit in icteritia. ibi (Et in illo qdẽ.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ lꝫ cã cholere sit fortior q̄ melie: q᷑ subito magis vt plurimũ gñat cholera q̄ melia: tñ nõ oĩno dcm̄ eoꝝ est verꝫ: q᷑ in icteritia citrina et paulatim fieri põt qñqꝫ: sicut qñqꝫ nigra in cõparatiõe ad illã põt fieri subito. ¶ Considerandũ postea ꝙ euo melie nãlior est per ventrẽ aut per vrinã q̄ sit per cutim vel ad cutim: tunc ergo nã non reminiscit quando coacta expellere nõ expellit ad naturaliorem ptem sed ad cutim.

¶ Et in illo qui habet icteritiã frigidam ⁊ non curatur neqꝫ resoluitur eius materia est timor: ⁊ pluribus eoꝝ associatur mors subita. Relique autez species sunt icteritie epatice que est ab apostemate: ⁊ est illa quam dixit Hip. ⁊ dixit: cum epar est in icterico durum: illud est significatio mala.

¶ Cã est q᷑ significat vltimũ nocumẽtũ in epate cũ humore cholerico cuius motus subit⁹ est: ⁊ iõ subito occidit. relique aũt spẽs que nõ fiũt a felle vel corpore toto ⁊c. ⁊ dixit. s. 6. particu. afor. illo afor. 42. s. Ictericis si epar ⁊c.

¶ Et Hip. quidem iam dixit in quibusdam q̃ ad ipsum referũtur ꝙ icteritie est species mala in vrina patiẽtis in qua est similitudo herbi: ⁊ est cuz ea profundatio in ventre ⁊ fe. ⁊ tremor debilis ⁊ est debilitas in locutiõe ex liquefactione: ⁊ ista interficit vsqꝫ ad. xiiij. diem.

¶ Et Hip. qdẽ dixit. iã in qbusdã q̃ ad ipm referunt. i. in qbusdã que sibi iponunt: q᷑ forsan in aliquo libello ꝯsili qbusdã dictis q̄rti re. acu. aut ꝯsili libro de expimẽtis. ⁊ cã dci hui⁹ ẽ: q᷑ oĩa illa significãt caliditatẽ iflãmatã: vñ ex adustiõe fit vrina herbina: ⁊ ꝑꝑ siccitatẽ vẽter ꝓfundat ⁊ extenuat: ⁊ debilis tremor mẽbroꝝ a debilitate ⁊ resolõne v̄tutũ ⁊ d̄bilitas iterficit ad. 14. q᷑ ẽ t min⁹ acutoꝝ d̄ qb⁹ ẽ hec febris cũ icteritia. attñ posset iterficere añ ẜꝫ v̄tuť tenorẽ ⁊c.

¶ De signis icteritie citrine. Cap. 4^m.

S Cias ꝙ in pluribus icteritijs citrina ⁊ nigra tingitur vrina: ⁊ quanto vrina est plus citrina est acutior ⁊ magis significatiua sanitatꝭ epatis ⁊ virtutis eius.

¶ Ponit signa icteritie. Et p̄ ponit cõe signũ. Scd̄o signa ẜm vnamquãqꝫ causaꝝ. ibi (Et quãto.) ¶ Et hec in duas. Primo ponit signa icteritie citrine. Scd̄o nigre. ibi (Factã.) ¶ Pria in duas. Prio ponit diuersa signa in icteritia citrina ẜꝫ diuersitatẽ cãꝝ. Scd̄o ponit signũ quoddã sumptũ a pulsu. ibi (Et pulsus.) ¶ Pria in. d. nã icteriaꝝ est quedã cretica ⁊ quedã nõ cretica. Prio ḡ ponit signa icteritie nõ cretice. 2° cretice. ibi (Ei⁹ v̄o.) ¶ Pria i. d. Prio ponit signa icteritie facte a cã itrĩseca. 2° signa facte a cã extrĩseca. ibi (Venenosam.) ¶ Pria in. d. Primo ponit signũ quoddã cõe. Scd̄o exequtur. ibi (Facte aũt.) ¶ Considerandũ ꝙ qñ in icteritia vrina tingit significat expulsiue fortitudinẽ. Et iõ Aui. 1. cañ. fen. 2. de vrinis. In icteritia cõmendat vrinã cui⁹ tinctura eẽt tanta ꝙ posset tingere pannũ. Dixit aũt in pluribus: q᷑ qñqꝫ nõ tingit ꝑꝑ defectã eẽ expulsiuã epatis que ad vesicam ⁊ renes expellunt.

¶ Facta autem malitia complexionis calide in epate signa sunt signa nota siue sint signa illa cũ signis apostematum calidorum aut non: sicut cum non albescit cum ea egestio ea albedine quaꝫ habet in oppilatiua: immo quandoqꝫ tingitur plus ⁊ non sentitur grauitas que sentitur in oppilatiua ⁊ minoratur appetitus ⁊ multiplicatur sitis ⁊ exiccatur corpus ⁊ rubescit vrina ⁊ raro fit subito.

¶ Cãe icteritie oẽs reducũt: aut ad malitiã cõplonis calide cũ apãte vel sine. Aut ad oppilationẽ. Aut ad debilitatẽ v̄tutũ epis ⁊ fell. Hec. n. diuisio oẽs modos icteritie cõprehẽdit. Prio ḡ ponit signa icteritie citrine facte a mala cõplone calida. Scd̄o facte ab oppilatiõe. ibi (Ex oppilatiue.) Tertio a debilitate virtutũ. ibi (Et i illa.) ¶ Mala ḡ cõplō calida: aut ẽ in epate: aut felle; aut in toto corpore. Prio ḡ ponit signa p̄me icteritie. s. q̃ fit a mala calida cõplone epatis. Scd̄o ei⁹ q̃ fit a caliditate ⁊ iflãmatione fellis. ibi ⁊ si fuerit cã.) Tertio eius q̃ fit a caliditate in toto corpore. ibi (Veruz facta.) ¶ Cõsiderandũ in p̄ma pte ꝙ dicit: raro fit subito scilicet ista icteritia: sicut nec fit subito mala cõplō: ⁊ lꝫ fiat subito: nõ tñ subito ꝙ mã calida generetur: ⁊ ad extra expellat. vel raro fit subito. s. ariditas ⁊ siccitas corporis ⁊ reliqua signa siue accidẽtia.

¶ Et si fuerit cã vehemẽtie caliditatis egritudĩs cholera in felle ⁊ inflãmatio eius in ea tũc signa eius erunt assiduatio citrinitatis coloris corporis. Et nigredo faciei solius ⁊ albificatio lingue. Et arefactio ⁊ ꝯstrictio nature ꝓpterea ꝙ cholera vehemẽter exiccat fecẽ. Et albedo vrine ⁊ subtilitas eius in dispõnibus ꝑꝑ retentionẽ cholere in corpore absqꝫ expulsione: deide vehemẽtia citrinitatis eius: deinde nigredinis ⁊ grossities eius ⁊ vehemẽtia fetoris odoris eius in fine.

¶ Circa secũdã ptẽ ad verificationẽ signorũ cõsiderandũ ꝙ cũ cholera multiplicet in felle ⁊ inflãmat ꝓsupponit iflãmatio vehemẽs cũ cholera sit pura. Cũ ḡ a p̄n° epar multũ euacuet a cholera: ⁊ fel distet a pte gibbosa. apparet tũc in publico vrina alba. s. nõ sic tincta sicut tingit in oppilatiua. Simil'r etiã est subtilis q᷑ nõ miscet cholera. Et iõ et Aui. dixit in dispositionibus: q᷑ ẜꝫ p̄ncipiũ fit hoc. Albificat lingua: q᷑ ꝓpter nõ expelli choleram ad itestina flegma multiplicat in itestinis ⁊ stomacho. Cũ ergo ꝓcedit inflãmatio ⁊ icteritia denigrat facies sola vt septio ꝯtinet auctoritate Misich ca. 2. Huius aũt cã est duplex. Vna est q᷑ facies arescit ex forti caliditate iflãmata in corpore. Aresit aũt magis q̄ reliqua mẽbra ꝑꝑ sui raritatẽ. est. n. pars rara valde vt scd̄o de ꝓblematibus. 18. ꝓble. vel ꝓpter extenuationẽ. Scd̄a cã est. nã facies est pars humida valde. calidũ ãt agẽs in humidũ denigrat. Põt tertia cã assignari. nã cholera q̃ tẽdit ad faciẽ est subtilior ⁊ calidior magis apta inflãmationi. cũ ergo magis ferueat pars cholere ad faciez vadit ex iflãmatione ⁊ feruore liuescit. Cũ ergo additur amplius huiusmodi iflãmatio ⁊ cholera multiplicat citrinat vrina: ⁊ vlterius ex forti inflãmatiõe nigrescit ⁊ expulsiue vigore ꝑꝑ has cãs fetet. Nigredo faciei solius ⁊ albedo lingue. Dynus superfluitas cholerica que ex felle expellit est grossa: q᷑ subtilis ei⁹ ps deriuat ad vias vrinales. hec aũt supfluitas grossa precedẽs in sanguinẽ per venas facit colorẽ citrinũ in corpore q᷑ talis coloris ẽ: sꝫ in facie solũ denigrat: q᷑ facies est splendidior ⁊ lucidior ẜm naturã: ⁊ iõ q᷑ hec cholera est grossior obscurat faciẽ: ⁊ iõ fit color croceus tendẽs versus nigredinẽ. Et iõ vult dicere Aui. albificat lingua: q᷑ tenet cholera in felle ⁊ nõ vadit ad itestina ⁊ stomachũ: quare priuat tinctura a superficie stomachi ⁊ intestinoꝝ que est continua superficiei lingue. sed corpus aresit: q᷑ inflãmatur epar: q᷑ consumit sanguinez: ⁊ q᷑ cholera reddit sanguinem ineptum nutricationi.

¶ Verum facta a malitia complexionis calide in toto corpore est vt sit totum corpus calidi tactus ⁊ in ipso sit pruritus. Et sit appetitus paruus cũ acceptiõe grossi ⁊ dulcis. Et sit egestio ꝓxima ꝯsuete tẽdens ad lenitatem ⁊ similiter vrina. Et vt vene sentiant calide valde alterati coloris: ⁊ nõ sit cũ albedine egestiõis ⁊ gra-

nitate partiū epatis ⁊ fellis sicut est in dispōne oppila-
tiue: imo multotiens est egestio tincta ⁊ corpus lene: ⁊
non appropriatꝰ epar aliquo signoꝝ eius singulari ei: ⁊
nō fit subito sicut est quedā species oppilatiue.

¶ Appetitus paruus cū acceptione ⁊c. est paruus ad accipiēdū res
grossas ⁊ dulces: sꝫ est magnus ad accipiēdū acetosa magis. Als ⁊
melius incisione. i. inflāmatione. Egestio ꝓxima ꝯsuete. s. in colo-
re. Tendēs ad lenitatē. i. equalitatē in subam: ex bonitate digōnis:
non eniꝫ peccat stomachus ⁊ epar. Et nō fit subito. supple sicut est
illa que fit propter oppilationē vie ab epate ad chistim fellis.

¶ Qz si fuerit ꝓpter apostema calidum aut duruꝫ scies
signa eius ex eis que dicta sunt.

¶ Expedit se a signis icteritie facte ab apostematibus.

¶ Ex oppilatiue aūt signis insepabilibus sunt albifica-
tio egestionis in pluribus horis aut paucitas citrini-
tatis vrine in colore suo ⁊ grauedo in myrach in latere
dextro ⁊ dolor ⁊ inflatio apud cibū ⁊ pruritus in corpe
toto ⁊ lenitas somni sup latus sinistrū. Verū ex chole-
ra eius nō albificaꝰ cū ea egestio subito vehemēti de-
albatōe: albificaꝰ ergo egestio in primis: deide accidit
icteritia: ⁊ cuꝫ epatica non albificaꝰ egestio nisi grada-
tim. Fel enī trāsmittit illud qđ in ea est de cholera pau-
latiꝫ vsquequo erūpat ⁊ similiter albificaꝰ egestio pau-
latim vsquequo cōpleaꝰ albificatio eius ⁊ iam appeat
icteritia. Et qñ cadit oppilatio in meatu qui est in fel-
le ad intestina: ⁊ non est in operationibus epatis nocu-
mentum preteritum neqꝫ mora nisi postq̃ leditur eo
ex retentione cholere in ipso ⁊ non inuenit viā cum fel
sit plenum: tunc est amaritudo oris vehementior ⁊ si-
tis fortis. Et cholerica quidē plurimū cōmouet colicā
aut associaꝰ ei fm modū quem innuimus.

¶ Icteritia oppilatiua diuersificaꝰ: aut ex pte loci oppilatiōis: aut
ex pte causaꝝ. Prīo ponit signa ex pte loci. Scđo causaꝝ. ibi (Et il-
lā.) Primo ponit signa oppilatiua in gñali. Scđo in spāli. ibi (Et
cū epatica.) Hec aūt in duas. Primo ponit signa icteritie cuius
causa est oppilatio ab epate ad fel: lꝫ absolute ponat signa oppi-
latiue. Scđo ponit signa eiꝰ cuiꝰ cā est oppilatio a felle ad itestina.
ibi (Et qñ.) ¶ Illa lrā q̄ dicit veꝝ. pōt duplr exponi. Uno mō ꝙ. A.
velit loq de icteritia facta ex oppilatiōe pp multā cholerā in qua
nō subito albificaꝰ egō: qꝛ non subito oppilat. Uel posset referri ad
icteritiā factā ex oppilatiōe iter epar ⁊ fel. vt dicaꝰ. veꝝ ex chole-
ra. i. pp cholerā eiꝰ. s. chistis qñ ē oppilatio in via ab epate ad fel q̄
pōt dici epatica: qꝛ fit ex prohibitiōe eūonis ab epate ad fel. nō al-
bificaꝰ ⁊c. Et hoc declarat cū subdit. ⁊ ꝓ qꝛ epatica. s. icteritia fcā
ex oppilatione ab epate que pōt dici epatica: qꝛ fit ex ꝓhibitione
eūonis ab epate vt supponit. Fel. n. trāsmittit illud qđ est de cho-
lera ⁊c. in eo quousqꝫ erumpat tota illa cholera quam pōt trans-
mittere: lꝫ. n. inter epar ⁊ ipsum sit oppilatio: adhuc tñ in se chole-
rā hꝫ tantā qua aliquo tpe pōt sufficere: ⁊ qñqꝫ est amaritudo ve-
hementior q̄ꝫ qñ est oppilo in poro qui venit ad fel. ⁊ cā est: qꝛ cho-
lera pura multiplicaꝰ in felle ⁊ ipleꝰ: ex qua stomachus subiacēs
epati inficiꝰ plus q̄ꝫ ex illa q̄ dispartiꝰ p epar: cū oppilatio est in po-
ro ad fel. Et cholerica. i. icteritia cholerica.

¶ Et illam ex oppilatiuā cuius causa est frigus aut cō-
stipatio significant dicta preterita. Et ex sūma eaꝝ est
dispō corporis totius. Si aūt cā eius est humor gros-
sus significat ipsam regimen p̄cedens. Qz si eius causa
fuerit nascentia rei alicuius aut icarnatio significabit
ipsam assiduatio icteritie ⁊ assiduatio signoꝝ oppila-
tionis ⁊ paruitas iuuamenti administrationis aperiti-
uorum ex clysteribus ⁊ aliis.

¶ Ponit signa icteritie oppilatiue fm cās. ⁊ pꝫ.

¶ Et in illa in qua causa est debilitas virtutis expulsi-
ue epatis aut discretiue non est tinctura vrine vehe-
mens valde sicut est in oppilatiua in dispositione qua
sunt virtus discretiua: ⁊ expulsiua fortes ⁊ non albifi-
catur egestio pure ⁊ non sentiꝰ grauitas que est ex op-
pilatione ⁊ inuenitur in reliquis operationibus epatis
debilitas. Et quandoqꝫ associantur ei egestio sangui-
nolēta ⁊ signa debilitatis. Et illa in qua est causa de-
bilitas virtutū fellis est cum nausea vehementi ⁊ ama-
ritudine absqꝫ grauitate ⁊ est generatio eius paulatiꝫ.
Et tinctura in egestione est inter albedinem ⁊ citrini-
tatē: sed est in vrina fortis valde icteritia cum non est
illic debilitas virtutum epatis expulsiuarum.

¶ Ponit signa icteritie facte a debilitate epat. Scđo fellis. ibi (Et
illa.) Tertio quorūdā errorē remouet. ibi (Quidā.) ¶ In scđa par-
te dicit ꝙ icteritia in qua est debilitas virtutum. s. expulsiuaꝝ fel-
lis est cū nausea: ⁊ hoc pp expulsionē cholere ad stōchū. vel debi-
litatis virtutis fellis. s. attractiue est generatio paulatiꝫ: sicut pau-
latim cholera exuberans cum sanguine ad membra accedit. Et tin-
ctura in egestione ⁊c. nā ex debilitate expulsiue non vadit tātū de
cholera quātū deberet: tñ cū in felle nō fit oppilatio aliqd defluit
ad itestina: sꝫ in vrina est fortis valde icteritia. i. tinctura.

¶ Quidā aūt existimauerūt ꝙ in illa que est ex felle cū
rectificatione epatis vrina est fm colorēꝫ suuꝫ ⁊ dispo-
sitiones suas naturales: ⁊ hoc est impossibile. Epar
nāqꝫ sanum expellit choleram in primis ad fel. ꝙ si nō
fuerit tunc ad vrinā: ⁊ prohibet ipsaꝫ penetrare in san-
guinē quantum potest. Uerum quando multiplicatur
remanentia vrine albe cum icteritia aut parum tincte
est deterius: ⁊ magis timēdum ꝙ cadat habens eam
in hydropisim: quoniam significat ꝙ oppilatio est ex
frigore. Uenenosam autem significat morsus si est ab
animali: si est a veneno significant ipsam preterita sa-
nitas ⁊ bonitas humorum ⁊ aduentus ipsius subito
absqꝫ alteratione egestionis ad albedinem. Eius vo
que cretica est signa sunt quoniam ipsa fit in egritudi-
nibus acutis habentibus crises per eam: ⁊ sunt cum ea
signa alia crisiꝫ sicut nausea ⁊ subuersio stomachi ⁊ vo-
mitus cholericus ⁊ vehementia vigiliaꝝ ⁊ sitis ⁊ par-
uitas appetitus cibi ⁊ amaritudo oris ⁊ paruitas anhe-
litus ⁊ siccitas nature. Et creticam quidem significat
crisis tm̄: sed bonitas ⁊ malitia verificantur cum signi-
ficationibus significantibus vicinantibus quemad-
modū de eis dicemus in caplo suo. Et pulsus qdeꝫ in
icteritia citrina in pluribꝰ dispōnibꝰ est paruus pp de-
bilitatē virtutis sed est vehemēs qm̄ cholera est leuis
calida. Sed est durus ꝓpter vehemētiā siccitatis ⁊ nō
est pp illud velox: qm̄ virtus nō est cum illa fortitudi-
ne pp malitiā complexionis. Et cū icteritia qdem citri-
na multotiens egrediꝰ sudor citrinus.

¶ Deinceps vsqꝫ ad finem patet.

¶ De signis causarū icteritie nigre. Cap. 5m.

Factum quidē a splene solū significat ꝙ non
est citrina: deinde fit nigra. Citrina enim non
fit a splene oino. Licet nigra fiat qñqꝫ ab epa-
te. Uerū nigra splenetica vehemētioris est ni-
gredinis ⁊ separant ea signa duritiei splenis ⁊ magni-
tudo eius ⁊ dolores eius qui sunt in sinistro latere. Et
ꝙ qñqꝫ sunt egestio ⁊ vrina in ea nigre. Et qñqꝫ egre-
diꝰ in egestiōe fex nigra ⁊ hoc est signū forte. Et qñqꝫ
saluaꝰ vrina cum nō est in epate nocumentū si non ve-
nit ad ipm nocumētū aduētu supfluo. est enim tūc sa-
lus eiꝰ significatio ꝙ icteritia est splenetica. Et in hac
icteritia

icteritiã myrach qñqꝫ est extẽsuꝫ cũ dolore ⁊ grauedine ⁊ ƒm plurimũ nã est ↄstricta ⁊ qñqꝫ nõ est: ⁊ est digestio mala ⁊ est cũ ea malitia aĩe ⁊ tristitia ⁊ varietas sine cã. Et qñqꝫ egredit̃ cũ ea sudor niger. Et factam ꝑꝑ oppilationẽ in meatib⁹ signãt grauitas vehemẽs ⁊ difficultas dormiẽdi suꝑ lat⁹ sinistrum. Et cũ facta ꝑꝑ apostema calidũ durũ sũt signa ei⁹. Et cũ facta ꝑꝑ debilitatẽ nõ est grauitas. Et si fuerit debilitas epatis ẽt signãt ipaꝫ signa ei⁹. Et factaꝫ ex epate signãt ꝙ nocumẽta ꝓma apparẽt in epate ⁊ splẽ est saluus aut lesus nisi cũ eo nocumẽta fuerit epatꝭ faciẽtia meliaꝫ. Et nõ est nigredo pura sicut in splenetica ⁊ signat ipsam nocumẽtũ in vrina. Et si fuerit corruptio ex latẽ caliditatis ⁊ siccitatis erit nigredo ad citrinitatẽ declinis. Et si fuerit ex latẽ caliditatꝭ ⁊ hũiditatꝭ erit illic citrinitas cũ rubedine sic̃ citrinitas q̃daꝫ. Et si fuerit ex latẽ friditatꝭ ⁊ siccitatꝭ ⁊ frigus erit dñans erit ad viriditatẽ: aut siccitas dñans erit ad viriditatẽ. Et si fuerit ex latẽ fri. ⁊ hu. hũiditate vincẽte erit ad citrinitatẽ quãdã ⁊ fisticitatẽ. Et si fuerit friditas vincẽs erit ad viriditatẽ. Splenetice ṽo colorator vnus est.

¶ Ponit iã signa icteritie nigre. Et ꝑ signa splenetice. Scõo epatice. ibi (Et si fuerit.) ¶ Hec z⁹ hꝫ duas. Prio facit h̃. Scõo ↄclarat q̃dã. ibi (Et si fuerit.) ¶ Dixerat. A. ꝙ in epatica nõ est nigredo pura. Uult ↄclarare h̃. Et tu ↄsidera ṽificatiões difficiles q̃s omitto.

¶ De cura icteritie citrine. Cap. 6^m.

Scias ꝙ intẽtio in curatiõe icteritie ad duas res tẽdit: quarũ vna est vt remoueat̃ icteritia ipsa cũ eo qđ resoluit ipaꝫ acute ⁊ ab oculo cũ medicinis nostꝭ lauatiuis ⁊ cuꝫ colyrijs oculi ⁊ cũ medicis solõne educẽtib⁹ mãm faciẽtẽ icteritiã. Et scđa vertit̃ ad cãm ⁊ abscindit eã ⁊ est aut rectificatio cõplexionis aut ↄfortatio virtutis aut regimen apatis aut aptio oppilationis aut eũatio per flobothomiã basilice aut saluatelle aut venarũ que sunt sub lingua ex eo qđ narrauerũt qdã. Et si nõ fuerit illud tũc vẽtosatione supra locũ epatis sub spatula dextra: aut sub eo in spatio qđ est sub costis: aut eũatio que est cũ solõne vẽtris eũante mãm ⁊ eũatio cũ vomitu. Nã ipse est iuuatiuus in oĩ icteritia. Uerũ in curatiõe nocumẽti veneni abscissio cã est melius ꝙ opꝫ ꝓmittere quare opꝫ vt cũ ea occupatio fiat primo. Et icteritie qdẽ cuius cã est cõplexio calida in epate aut in corpore aut in felle ꝑꝑ aliquã cãrum ꝓter ebibita ⁊ comesta ⁊ que sunt ex ambobus cura est si est illic repletio sanguinea ⁊ cholerica cũ eũone amborꝫ in principio rei. Sanguis qdẽ per flõmiam sicut ex basilica: sed cholere per solutionẽ ventris cũ eis que sunt sicut myrabo. ⁊ fumusterre ⁊ sicut cũ scamo. in lacte acetoso coagulato: ⁊ ad vltimũ cũ soluentib⁹ choleram aut spẽbus aque casei factis fortib⁹ myrabo. ⁊ scamonea ⁊ similib⁹. Descriptio aque casei bona. ℞. lactis caprini lib. iij. ⁊ cartami q̃ꝫtuꝫ manu capi põt: terat̃ ⁊ dissoluat̃ digitis in lacte hora vna: deinde colet̃ ⁊ dimittat̃ vt lac coagulet̃ in nocte: deide colet̃ a caseitate sua ⁊ accipiat̃ aquositas ei⁹ ⁊ ꝓijciat̃ suꝑ ipsam aliqd mellis aut zuccbari aut salis idi põdus. ʒ. ij. Et si vis ipsaꝫ facẽ fortẽ pone in ea scamonee danicb. j. ⁊ bibat̃ ex ea ƒm mẽsurã que tolerat̃ trib⁹ dieb⁹. Et ex eis que ↄiũgunt mũdificationẽ icteritie cũ eductione mãe per solutionẽ ventris est vt sumant̃ aque foliorꝫ raffani. ʒ. j. cassie fistule. ʒ. ix. ⁊ semis atriplicis. ʒ. j. ⁊ aloes danicb j. ⁊ croci danicb. j. ⁊ hoc est rectius ei que est cũ apate calido in epate aut in meatibus ⁊ febricitat etiã.

¶ Ponit curã icteritie. Et ꝑ citrine. Scõo nigre. ibi (In illa qdeꝫ.) ¶ Hec ꝓma pars hꝫ tres. Prio ponit curã icteritie citrine facte a cã itriseca. Scõo facte ab extriseca vt veneno. ibi (Uenenose.) Tertio ponit in cõi cibaria conuenientia ictericis. ibi (Regimẽ.) ¶ Primo ponit curã nõ cretice. Scõo cretice. ibi (In icteritia ṽo cretica.) ¶ Primo ponit curã icteritie qua ĩtẽdim⁹ ad cãm. Scõo qua ĩtẽdimus ad morbũ. ibi (Curationes aũt icteritie.) ¶ Ad ꝓmi euidentiã ↄsiderandũ ꝙ sicut supra apparuit in signis icteritia fit aut ex mala cõplexione calida: aut ex debilitate: aut ex oppilatione: aut ex apate. Nõ ponit distictã curã eius que fit ab apate: sed simul permiscet cũ ponit curã icteritie citrine facte a mala cõplexione. Et cũ ponit curã oppilatiue: ꝓmo ergo ponit curã icteritie citrine facte a mala cõplexione calida. Scõo facte a đbilitate. ibi (Si aũt cã fuerit.) Tertio facte ab oppilatiõe. ibi (In oppilatiua ṽo.) ¶ Primo ponit curã huius icteritie qñ mala cõplexio est in felle ⁊ epate. Scõo qñ in toto corpore. ibi (Et qñ caliditas.) ¶ Primo ponit curã qñ mala cõplexio est in epate ⁊ felle. Scõo qñ est in felle. ibi (Et silr̃ si fuerit inflãmatio.) ¶ Prima in duas. Prio ponit curaꝫ qñ est in ꝓncipio. Scõo qñ digerit̃ mã. ibi (Cũqꝫ appet.) ¶ Diceret aliqs Aui. docet aloe exhiberi. supra aũt dixit ꝙ est inimicũ epati. ¶ Dõm ꝙ solũ datũ epati inimicat̃ ꝓpter superius dictã cãm: sed cõmistũ rebus ↄueniẽtib⁹ nõ. ¶ Uel dõm ꝙ lꝫ inimicet̃ epati in asclite: ꝓpter illud quod valde timetur de sanguinis emissione: non tamen sic inimicatur in alia epatis dispositione in qua tantus timor nõ est de sanguinis eductione.

¶ Et sit cib⁹ sicut aqua ordei ⁊ olera ⁊ ƒm ꝙ sciuisti in caplo apatũ epatis: qm̃ nõ est in ꝓlõgatione ƒmonis vtilitas. Cũqꝫ apparet maturatio experire ea in qbus est scamonea ⁊ aloes ⁊ similia. Postq̃ꝫ fregeris cũ eis que sunt sicut aqua cuscute ⁊ endiuie ⁊ reliquorꝫ ex illis que sciuisti: ⁊ ad sũmũ dũ nõ remouet̃ apostema ⁊ rectificat̃ dispõ nõ hẽas speꝫ in curatiõe ipsi⁹ icteritie. Sed si febris nõ est ⁊ virt⁹ sit fortis ⁊ illud est signãtio apatũ: deide est inflãmatio: tũc tibi iest admistrare almosofat ⁊ cibos infridatos de piscib⁹ ⁊ cibos ifridatos de carne vaccina ⁊ hedina ⁊ aquas fructuũ ⁊ succos eorꝫ ⁊ ꝓprie aquã granatorꝫ in ieiunio ⁊ acetosuꝫ de carne vaccina ⁊ acetosuꝫ de piscib⁹ ⁊ succos olerũ fridorꝫ. Plurima nãqꝫ istorꝫ q̃uis sint ex cibis: tñ iest eis ꝓprietas fortiorꝫ medicinarũ huius capituli in rectificãdo cõplexionẽ. Et ex curis huius dispositionis est illud quod. ℞. succi foliorum raffani ⁊ succi mori partes equales bibatur ex eo pondus. ʒ. xxx. nã in ipso intendit̃ etiã intẽtio ipsius icteritie.

¶ Circa scđam ꝑtẽ cõsidera ꝙ Aui. vult ꝙ illa cibaria dent̃ qñ est iflãmatio sola: ⁊ nõ est febris nec apostema nec virtus debilis. nã cũ illa sint cibaria grossa in apate ⁊ febre ⁊ debilitate virtutꝭ nocerẽt. Dicit ꝗ: sꝫ si febris nõ est ⁊ virt⁹ sit fortꝭ: ⁊ illud. i. vehemẽtia febris: ⁊ virtutꝭ debilitas cũ est: est signãtio apatis. supple ꝗ cum nõ sunt nõ est apostema. Deide est iflãmatio ⁊c̃. Almusosat. i. cibaria acetosa. Tãdẽ Aui. vult exhiberi succũ foliorꝫ raffani ⁊ succũ mori. i. corticũ mori. nã sunt aperitiue ⁊ diuretice: ⁊ iõ ẽt eũando cholerã per vias vrine est medicine intentio ad icteritiã ipsam.

¶ Et similiter si fuerit inflãmatio in felle: ⁊ cõfert istis lac asininũ decoctum cum pauco aceto ⁊ sumatur in potu aut succus absinthij cum aqua frigida. Et qñqꝫ cõfert vt cibet̃ infirmus pane azimo ⁊ sale trito ⁊ endiuia plurima. vij. diebus. Hoc eniꝫ lauat fel ⁊ remouet putrefactionem eius ⁊ ingrossat illud qđ est in ea. Et istis qdẽ nõ ↄcedit̃ vt bibat vinũ nisi plurime cõ-

mistū. Et vt nō ꝑueniat nisi ad illud qđ est leue ex carnibꝰ ⁊ ad ius carnis auis. Et oīs q̄ hꝫ icteritiā ex cā calida oꝫ vt deuitet vigilias ⁊ irā ⁊ motū plimū ⁊ balneū.

¶ Considerandum ꝙ cibari pane azimo cuꝫ sale ⁊ endiuia: tria iuuamenta affert. s. lauare. i. abstergere fel: ⁊ hoc virtute endiuie ⁊ etiā salis: ⁊ remouere putrefactionem per has easdem res: ⁊ ingrossat etiam choleraꝫ: ⁊ hoc virtute azimi panis: ex qua alteratione putredini ⁊ alterationi minus subijcitur.

¶ Et qñ caliditas est in toto corpore ⁊ ifrigidas epar ⁊ vesicā ifrigidas venas. Et ꝓprie qñ admistras balneationē cū aquis frigidis ⁊ tepidis in qbus decocte sunt medicine frigide ⁊ humide. Aqua vo frida actu ⁊ illa in qua sunt virtutes medicinarū ꝯstipātiū ꝓhibēt resolōnē icteritie. Et iā administranᵗ in curatiōe epatis ⁊ fellis calidoꝝ emplā sup ea. Et qñq3 danᵗ in potu trocisci de qbꝰ sūt tro. cōpositi ex semie citrulli ⁊ semine endiuie ⁊ semine lactuce ⁊ semie cucurbite ⁊ sandalis ⁊ spodio ⁊ ro. ru. assumptis equalibꝰ partibꝰ ꝓijcianᵗ sup oēs. ʒ. ij. ex eis kirat. j camphore ⁊ fiant inde trocisci ⁊ bibanᵗ. Et ego qdē iā exꝑtus sum iuuamentū eoꝝ ⁊ fac emplm̄ epati in eo qđ est in circuitu eiꝰ cū succis ifridatis sup niuē ⁊ duobꝰ sandalis ⁊ cāphora: ita vt sentiaᵗ ifridatio iterius. Ipm̄ eni remouet icteritiā ⁊ albificat vrinā in diebꝰ aliqbꝰ. Si aūt cā fuerit debilitas in epate ⁊ felle cureᵗ cuꝫ regimine ꝑdicto in debilitate epatis. Nā cura ipsius fellis est illa cura ēt. Ad regimē aūt apatis iam inuimus hoc ⁊ cōpleuimꝰ sermonē in caplō apostematis epatis.

¶ Ponit curam icteritie facte a mala complexione in toto: ⁊ dicit ꝙ quando hoc est: ⁊ infrigidas epar. i. partes epatis vt hypocundria ⁊ vesicam. i. femur: ⁊ per consequens totum ventrē: ⁊ in frigidas venas infrigidando extremitates ⁊ proprie quādo ⁊c. supple fit curatio. Reliqua patent.

¶ Tractatus quintus de vermibus. Cap. pᵐ.

Cum euadit materia ⁊ vestitur cõplexione necessaria est rectificatio quã tolerant figure ⁊ forme ⁊ nõ ꝓhibet̃ ei⁹ ꝑparatio in cõplemẽto nãli que pertinet ei ex factore potẽte: ⁊ propter hoc creati sunt vermes ⁊ musce ⁊ que cursu eorum currunt ex materijs putridis humidis: qm̃ ille materie cũ rectificat̃ illud qd̃ tolerant vt suscipiant de forma est aĩal vermiculare aut muscale.

¶ In pmo ⁊ scd̃o tracta. determinauit de fluxu ventris in tertio ⁊ quarto de colica ⁊ iliaca: in isto q̃nto trac. determinat de vermibus qui faciunt egritudinẽ in numero in intestinis. Et pmo determinat de vermib⁹ in gñali. Scd̃o in spãli. ibi (Longi.) ℣ Prio ostẽdit qũo gñant̃ aĩalia ex putrefactione. Scd̃o ponit mãs vermiuz in nobis. ibi (Et nõ est.) Tertio ponit cãs modoꝝ. ibi (Et tu q̃dez.) ℣ Primo ostẽdens modos gnõnis aĩaliũ ex putrefactione ĩplicat istũ modũ gnõnis vermiuz. Primo ponẽdo modos gnõnis ex putrefactione cãm mãlẽ formalẽ ⁊ efficientẽ. Scd̃o finalẽ. ibi (Nam illud.) ¶ Dicit pmo ꝙ qñ mã putrescit ⁊ recipit aliquã cõplexionem ꝑparantẽ ad aliquã formã: nõ ꝓhibet̃ q̃n ab actione fiat aliq̃ gñatio vermiũ. Itẽ cũ euadit. s. actũ putrefactionis: q2 ĩsurgit putredo in mã a calore ꝑter nãm. Itẽ vestit̃. i. ꝑparat̃. Itẽ cõplexionẽ. i. per cõplexionẽ. Itẽ rectificatio. s. per formã in illa mã. Item quã. s. rectificationẽ. Itẽ figure ⁊ forme. s. mã sit disposita. Itẽ ei⁹ sc3 mãe. Itẽ in cõpleto nãli. i. in fine suo nãli. Itez ei. s. ꝑparationi cõplete. Itẽ ex factore. s. agẽte. Itẽ potẽte. s. ex datore formaꝝ vt ponit Aui. 9° metaphꝭice cap. 5. Alr̃ potẽte. s. talẽ formã ĩtroducẽ. Itẽ illud. s. rectificatio quã tolerãt. Itẽ est aĩal. i. gñat̃ aĩal.

Dubᵐ pᵐ ¶ Hic caderet qd̃ vtrũ in eadem mã sit simul digõ ⁊ putrefactio. ℣ Et dõm ꝙ in eadez parte formali in qua sunt partes mãles põt simul esse digestio ⁊ putrefactio. Item q2 putredo fit in aliquibus partibus materialibus: ⁊ digestio in q̃busdã alijs partib⁹ mãlib⁹. Posset etiã teneri ꝙ in eadẽ parte sit ꝑcise vt ponit̃ in q̃one magna de tẽporibus morbi que est questio pulchra.

Dubᵐ 2ᵐ ¶ Caderet etiã dubiũ vtrũ sit idẽ calor in eadẽ parte mãe formalr̃ digerẽdi ⁊ putrefaciendi. Cõmentator. 12. metaphysi. cõmento. 13. vult ꝙ in mã aĩalis qd̃ gñat̃ per putrefactionẽ est virtus gñatiua sicut est in illis que gñant̃ ex semine: sed tñ est differẽtia: q2 in animali gñato ex semine vnũ gñat̃ ex alio: sed in illis que gñant̃ per putrefactionẽ talia gñant̃ ex putrefactione ⁊ non ex semine. Sed Auicẽ. 9° de aĩalibus cap. 3. posuit datores formarũ in aĩalib⁹ generatis ex putrefactione q2 vult ꝙ qñ mã putrefit ita ꝙ recipiat aliquã cõplexionẽ per digestionẽ: tũc dator formarũ ĩtroducit formã in mã. Sed tñ Auicẽ. errauit ibidẽ: q2 posuit ꝙ aĩal perfectuz vt homo põt etiã generari per putrefactionẽ.

¶ Nam illud melius est q̃3 vt ipse remaneant ꝯm putrefactionem puram. Et est cum hoc ꝙ ipsa saliũt super putrefactiones separatas in mũdo ⁊ cibantur eis propter cõmunitatem: ⁊ assumũt eas ab habitationibus hominum ⁊ ab aere continente eos.

¶ Hic ostẽdit qũo ex putrefactione gñat̃ aĩal: ⁊ ponit cãm finalez: ⁊ melius est ꝙ ista aĩalia gñentur ex putrefactione q̃3 remaneret putrefactio. Itẽ nã illud. s. genus aĩaliũ. Ex talibus mãeb⁹. s. putridis. Itẽ q2 ista aĩalia saliũt. i. se ꝯuertũt. Itẽ pp cõitatẽ. i. ꝯuenientiã. Item assumunt. i. remouẽt. Item eas. s. materias putridas.

¶ Et vermes q̃dẽ vẽtris sunt huius generis ⁊ non est eoꝝ gñatio ex oĩ humore: ipsi enĩ nõ gñant̃ a cholera ru. neq3 nigra: qm̃ vna eaꝝ est vehemẽtis caliditatis: quare nõ generat̃ ex ea vermis humidus: ĩmo est cõtraria cõplexioni eius. Et altera est frigida ⁊ sicca lõginqua a ꝓportionalitate aĩalis: sanguini v̂o custodia est attributa ⁊ mẽbra vehemẽter indigẽt eo ⁊ est proportionalis carni hominis ⁊ ossibus ei⁹ nõ vermi. Et nõ est etiaz ex eis que effundunt̃ ad intestina ⁊ remanent in eis ⁊ generat̃ ex eis vermis: neq3 etiam forma vermis ⁊ color ei⁹ significat ꝙ ipse fit ex materia sanguinea: ĩmo materia vermiũ est flegma quando calefit ⁊ putrefit ⁊ multiplicat̃ in ĩtestinis ⁊ remanet in eis. Et tu q̃dẽ scis res multitudinis generationis flegmatis. s. ex satietate nauseatiua ⁊ comestis ⁊ debilitate digestionis ꝓpter quãcũq3 cãm. s. ex cõplexione mẽbrorum frigida. Et ex cibis que generant ipsum sunt cibi lenes viscosi: sicut triticum ⁊ faseoli ⁊ fabe ⁊ ex receptione pulueris farine ⁊ cõmistione carnis crude ⁊ lactis ⁊ olerũ ⁊ fructuũ humidoꝝ ⁊ ablutione cuz aqua ca. post cibum: ⁊ similiter balneatio post comestionẽ ⁊ coitus post repletionem.

¶ Hic ponit materias vermiũ: ⁊ dicit ꝙ vermes nõ gñant̃ de quocũq3 humore ⁊c̃. ⁊ ponit aliquas causas: ⁊ in fine subdit ꝙ mã ex q̃ fiunt vermes est flegma. Itẽ vna istarũ. s. cholera rubea. Et altera. i. cholera nigra. Itẽ longinqua. s. a gñari per putrefactionem. Itẽ in eis. s. ĩtestinis. Et tu q̃dẽ. Hic ponit cãs mãeruz: de q̃bus fit genus vermiũ: ⁊ dicit ꝙ cã est multitudo flegmatis ⁊c̃. Itez res. i. cãs. Itẽ ipm̃. s. flegma. Itẽ lenes. i. humidi. Itez pulueris. i. pultis. Farine. s. comeste cũ aqua. Itẽ dicit cum aq̃ quãtũ ad aquã calidã actualiter. Item balnea. s. quãtũ ad aquã calidã nãliter.

¶ De spẽbus vermiũ que sunt tres. Cap. 2ᵐ.

Longi ⁊ lati ⁊ rotundi. Et lati sunt ascarides ⁊ parui.

¶ Hic spãliter determinat de vermib⁹. Et pmo quãtum ad spẽs ⁊ cãs. Scd̃o quãtuz ad signa. ibi (Signa.) Tertio ponit curaz. ibi (Intentio.) Primo ponit spẽs vermiũ. Scd̃o diuersitates specierũ. ibi (Et nõ diuersificat̃.) Tertio ponit accidentia. ibi (Et cũ habẽtib⁹.) Quarto ostẽdit q̃b⁹ corporib⁹ ⁊ in q̃bus tẽporib⁹ magis gñant̃ vermes. ibi (Et plurimũ.) Quinto docet significare in febribus per vermes. ibi (Et cũ egrediuntur.) ¶ Dicit primo ꝙ sunt quatuor species vermium. s. longi rotundi ⁊ parui ⁊ cucurbitini.

Dubium ¶ Esset qd: vtrū spēs vermiū sint q̄tuor.¶ Et vʒ ꝙ nō per Haly.9. theori.25.ca.qui ponit tres spēs.s.rotūdos cucurbitinos ⁊ ꝑuos. Idē vult Sera.ca.3.tertij ⁊ Oribasiꝰ 3ª pti.afoꝛ.illo afoꝛ.25.s.Senioribꝰ ꝟo.Idē vult Azarauius.¶ Cōtrariū tʒ Auic.qui ponit hic quatuoꝛ species.s.longos latos qui vocanť ascarides ⁊c.¶ Dōm ꝙ cucurbitini lati dicunť:qꝛ aut sunt cucurbitini:⁊ nō sunt longi: ⁊ tūc vocanť solū cucurbitini:⁊ sunt quatuoꝛ species:aut tales cucurbitini sunt adinuicē cōnexi:⁊ fit vnus longus:⁊ dicunť cucurbitini longi:⁊ istos ambos tangunt sub vna spē auctoꝛes.

¶ Et nō diuersificať eoꝝ gñatio nisi fʒ diuersitatē eiꝰ ex quo gñanť ⁊ diuersitatē illius in quo gñanť.

¶ Hic ponit diuersitatē in spēbꝰ vermiū.Et ꝑmo ꝑmittit.Secūdo exequiť.ibi(Diuersitas.)Tertio comparat.ibi(Et de eis.)¶ Dicit ꝑmo ꝙ vermes recipiunt diuersitatē:vel fm diuersitatem materie:vel fm diuersitatem loci.Item illius.s.loci.

¶ Diuersitas aūt eius ex quo gñanť est:qm̄ qdaʒ eoꝝ gñanť ab humiditate sup quā non ďfianť diuisio ⁊ separatio ex parte attractionis epatis:⁊ ex parte vehementie putrefactionis.Et qdam gñanť ab humiditate quā separauit ⁊ minoꝛauit ⁊ paruam fecit attractio epatis ꝯtinua ⁊ putrefactio ⁊ multitudo ꝯturbationis fecis.Et cū gñanť adiuuat ad hoc vt ipsi remaneant parui ꝙ fex extrahit eos anteq̄ʒ magnificenť ꝑꝑ vicinitatē eoꝝ ad exitū strictū.Et qdā gñanť ab humiditate iter duas humiditates media.Et illi qui fiunt ex humiditate in itestinis superioꝛibꝰ sunt ꝑꝑ humiditatē dictā in ꝑmis.Et q sunt ex humiditate i itestino recto sunt ꝑꝑ humiditatē dictā scd̄o.Et q sūt in monoculo ⁊ itestino colon sūt ꝓpter hūiditatē dictā tertio.

¶ Hic exequiť.Et ꝑmo ponit diuersitatē materierū.Scd̄o locoꝝ inuēs ēt diuersitatē mãerū.ibi(Et illi.)Tertio ostēdit qūo diuerse spēs vermiū generanť ex diuersitate mãerū ⁊ locoꝝ.ibi(Et lōgi.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ diuersitas est in mã:qꝛ qdā vermes gñanť ex humiditate ⁊c.Itē putrefactiōis.s.illius.Itē ꝯturbationis.i.malitie fecis.Itē ꝑꝑ vicinitatē.i.aptitudineʒ.Et illi q fiunt.Hic ponit diuersitatē locoꝝ in qbꝰ gñanť vermes:⁊ dicit ꝙ qdā gñanť in intestinis superioꝛibꝰ:⁊ isti gñanť ex humiditate ꝑma dicta.Nota qñ epar attrahit modicū de chilo:tūc remanet chilus in itestinis superioꝛibꝰ:⁊ ista est humiditas quā dicit eē ꝑmaʒ.Qñ.n.epar multū attrahit:tūc mã est modica que vadit ad itestina supple iferioꝛa:⁊ fiunt vermes parui:sed in itestinis medijs gñanť medio mō. Itē dictā scd̄o.s.in qua fit separatio ⁊ minoꝛatio mãe.

¶ Et longi sunt ꝓpter ꝑmā.Et qñqʒ ꝑueniūt ad sūmā que est vltra cubitū.Et rotūdi ⁊ lati sunt ꝓpter tertiā q̄ʒuis gñenť ēt in itestinis suꝑioꝛibus ⁊ ꝓꝑie grossi ⁊ maximi eoꝝ:⁊ foꝛtasse nō gñanť nisi in colon ⁊ monoculo:deinde spargūtur ex latere ad stōchū ⁊ ex latere ad anū:⁊ parui sunt ꝓpter secundā.

¶ Hic ostēdit qūo diuerse spēs vermiū gñanť ex diuersitate loci ⁊ mãe.Et ꝑmo facit hoc.Scd̄o declarat q̄ʒdā aliā spēm vermiū.ibi (Et isti lati.)¶ Dicit ꝑmo ꝙ isti longi fiunt ꝓpter ꝑmā.s.humiditatē.Nota ꝙ isti longi multā habēt mãm:⁊ ideo multa mã remanet ex modica attractione epatis.Itē ꝓpter tertiā.s.que dicitur media.Itē in itestinis superioꝛibꝰ.s.colon ⁊ monoculo.Itē ꝓpter scd̄am.s.humiditatē quā separauit ⁊ minoꝛauit attractio.s.epatis.

¶ Et isti lati ⁊ rotūdi sunt quasi gñenť ex ipsis viscositatibꝰ fixis in suꝑficie itestini quas cōpꝛehēdit pānicu lus mucosus velās eas quasi ipsi gñenť ex eo ⁊ in ipo putrefiant.Et de eis minus nociui sunt parui:qm̄ sūt parui ⁊ qm̄ sunt elōgati a pꝛincipijs:⁊ qm̄ sunt apti ad expellendū cū fece foꝛti spissa.Uerū ipsi si magnificātur ⁊ accidat eis vt remaneāt spatio aliquātulo ⁊ magnificanť in eo:tūc sunt deterioꝛes oībus:qm̄ ipsi sunt ex deterioꝛi mã.Deide lōgi.Nā ipsi nō sunt in malitia latoꝝ qm̄ mã eoꝝ.s.latoꝝ est vehementioꝛis putrefactionis.Et lati ⁊ parui plurimi exitus sunt ex ano ꝓpter vicinitatē ani ⁊ debilitatē:quare nō possunt figi in itestino fixione lōgoꝝ.Et sicut longi sunt vehemētioꝛis fixionis:sic parui sūt vehemētioꝛis expulsionis.

¶ Hic declarat quādā aliā spēm vermiū:⁊ pʒ.Et de eis.Hic cōparat istos vermes adinuicē in malitia:⁊ pʒ lfa.Item a ꝑncipijs.i.a ꝑncipalibus membꝛis.Item si magnificanť.i.crescāt.Itē longi.s. sunt minoꝛis malitie post paruos.

¶ Et cū habētibꝰ ꝟmes adest fe.accidētia sunt foꝛtia ⁊ maligna qm̄ fe.ꝯsumit cibū eoꝝ:q̄re mouenť ad querendū ipm ⁊ figunť in intestinis.Et qm̄ fe.nocet eis in suba ipoꝝ ⁊ affligit eos.Et qñq̄ʒ fe.addit in mã eoꝝ putrefactionē ⁊ acuitatē ⁊ afflictionē.Et qm̄ cholera cū effundiť ad eos in fe.ledit eos.Cū ḡ iuoluunť in itestinis ⁊ moꝛdicāt ea nocēt vehemēter.Et iā retulerūt qdā ꝙ viderūt eos ꝑfoꝛasse vētrē ⁊ exiuisse ex eo ⁊ illud apd̄ me maximū est.Et ꝑꝑ h̄ eleuanť ex eis vapores mali ad cerebꝛū ⁊ nocēt ei.Et qñqʒ est retētio eoꝝ in itestinis:⁊ ꝙ ipsi faciūt accidē putrefactionē cā fe.

¶ Hic ponit accidētia vermiū.Et ꝑmo facit hoc qñ est febꝛis.Secundo ponit accidētia cōia ꝯtingentia qñ vermes sunt in ventre. ibi(Et qñq̄ʒ generanť.)¶ Primo facit hoc.Scd̄o remouet dubiū. ibi(Et nō.)¶ Dicit ꝑmo ꝙ habentes vermes habēt febꝛes.Item in natura.s.materia ipsoꝝ.Itē retulerunt.s.Rasis.11.cōtinē.6.ca. Item pꝛopter hoc.s.quia cōmouentur.

¶ Et nō est eoꝝ dispō in h̄ ꝙ per ipsos sit iuuamētum in mūdificatione itestinoꝝ iuuamētū qd̄ fit per ꝟmes ⁊ similia eoꝝ in mūdificatione putrefactionis mundi: qm̄ in itestinis est mūdatoꝛiuʒ expulsiuū ex nã.Et qm̄ ꝓpoꝛtio eiꝰ qd̄ gñať ex istis putrefactionibꝰ in itestinis suꝑfluētibꝰ ab expulsione nãe:maioꝛ est ꝓpoꝛtione ꝟmiū ⁊ similiū ad aerē mūdi ⁊ terrā eius.Et qm̄ ex istis gñanť nocumēta alia quoꝝ opōnes sunt ex ꝓpoꝛtione eoꝝ indigētiū cibo ⁊ ex ꝯ̄rietate motus eoꝝ.Et ex hoc ꝙ faciūt accidē colicā.Et ex cōtrarietate qualitatis suꝑ quā figiť cōplexio coꝛpoꝛis ⁊ alijs.

¶ Hic remouet dubiū.s.vtrū sit iuuamētū in gnōne vermiū in ventre sicut ēt in aīalibꝰ gñatis per putrefactionē.Rñdit ꝙ nō:⁊ reddit cãm:⁊ pʒ.Itē ⁊ simile eoꝝ vt musce.¶ Nota ꝙ Auicē.vult ꝙ nō fiat tātū iuuamētū vermiū in intestinis quātū iuuamētū est in mūdo ex aīalibꝰ gñatis per putrefactionē:qꝛ vt visum est supꝛa: qñ vermes sunt in parua quātitate in intestinis:tunc vtilitas est magis.Itē ex natura.i.nãliter supple cū tñ non expelliť significať in intestinis debilitas expulsiue.Item ꝓpoꝛtio.i.similitudo.Iteʒ nota ꝙ aīalia generanť ex putrefactione in mundo:qꝛ nō remanet putredo in mūdo.simiľr talia aīalia comedūt superfluitates in mūdo.Itē indigentiuʒ cibo.supple ⁊ ideo exiccāt suꝑfluitates. Item qualitates.s.vermiū.Itē ⁊ alijs.s.malis q̄litatibꝰ:qꝛ habēt vapoꝛes malos qui vadētes ad cerebꝛū nocent.

¶ Et qñq̄ʒ generanť ꝑꝑ vermes ⁊ serpētes epilepsia ⁊ colica.Et qñq̄ʒ generať fames canina ꝓpterea qꝛ vehemēter rapiunt cibū.Et qñq̄ʒ generāt bolismū ⁊ casum virtutis oꝛis stōchi ꝓpter eleuationē suā ad ipm: ⁊ qꝛ infrigidant ipsum.Et qñq̄ʒ sequiť vtrasq̄ʒ dispositiones tremoꝛ coꝛdis maximus.

¶ Hic ponit accidētia quedā gñalia ꝯtingentia ex virtutibus:⁊ pʒ lfa.Item virtutis.s.appetitiue.Item infirmant ipsi.s.vehementer.Item vtrasq̄ʒ dispōnes:qꝛ intensum ⁊ remissum.

¶ Et plurimū generanť in etate infantie ⁊ pubertatis ⁊ in fine adolescentie.Et ascarides fm plurimū generanť in eis qui separanť ab etate infantie.Sed rotundoꝝ plurimū est in infantibꝰ deinde in adolescentibꝰ: ⁊ minoꝛať in senibꝰ cū tñ illud totū fit.Et ipsi qdē generanť in autūno plurimū q̄ʒ in reliqs tēpoꝛibꝰ ꝓpter ꝑmissionē assūptiōis fructuū ⁊ siliuʒ ⁊ putrefactionē:

⁊ ipsi cõmouent̄ i sero. Et plurimũ in hora somni: ⁊ labor qdẽ: ⁊ exercitiũ vehemẽs qñqꝫ solõne educit vermes. Et cũ egrediunt̄ ỽmes habẽtiũ feb. acutas viui nõ sunt vehemẽtis malitie. nã signãt sanitatẽ virtutꝫ ⁊ potẽtiã expulsionis ⁊ ꝓpe post ꝺclinationẽ. ⁊ si egrediunt̄ mortui sunt signũ malũ. Et ad sũmũ eoꝝ exitꝰ in febribꝰ cũ egestione nõ est signatio bona: ⁊ ꝓprie añ ꝺclinationẽ. verũ in dispõne feb. est melior. Uerꝝ eoꝝ exitus nõ in dispõne fe. cũ eis est sanguis est malus et indicat nocumẽtũ in corpe in itestinis: sed eoꝝ exitus cũ vomitu signat humores malos in stomacho.

☙ Hic ostendit in qbus tẽporibꝰ ⁊ in qbus corporibꝰ maxime generant̄ vermes in corpore: ⁊ pꝫ lr̃a. Itẽ rotũdoꝝ. i. lõgoꝝ. Itẽ minorat̄ in senibꝰ: qꝛ sunt exiccati. Itẽ hora somni ꝓpter retẽtionẽ caloris ad itra. Et cũ egrediunt̄. Hic docet signare in febribꝰ per exitũ vermiũ: ⁊ pꝫ lr̃a. Itẽ sanitatẽ. i. fortitudinẽ. Itẽ potentiã expulsionis: qꝛ qñ viuũt mag resistũt expulsioni: ⁊ iõ signat maiorẽ fortitudinẽ ꝙ̃ si expellant̄ mortui. Itẽ in dispõne. s. declinatiõis febrl.

☙ De signis. Cap. 3m.

SIgna qdẽ cõia sunt cursus salive ⁊ humiditas labioꝝ in nocte ⁊ eoꝝ exiccatio in die ꝓpterea ꝙ caliditas expandit̄ in die ⁊ coartatur in nocte: cũ ḡ spargit̄ caliditas attrahit̄ humiditas cũ ea: q̃re ỽmes icurrũt famẽ ⁊ attrahũt a stomacho: q̃re exiccat̄ supficies ꝯtinua ei ex supficie oris ⁊ labij ⁊ adiuuat eũ ad exiccãdũ labiũ aer exterior: q̃re laborat ifirmꝰ in humectãdo labiũ suũ cũ lingua sua.

☙ In ꝓcedẽtibꝰ determinauit Aui. de causis vermiũ ⁊ posuit spẽs eoꝝ: hic ponit signa. Et p̃mo signa cõia. Scd̃o spãlia. ibi (De signis aũt.) ⁋ Prima in quatuor: sicut q̃tuor signa ponit. 2a ibi (Et qñqꝫ.) 3a ibi (Et qñqꝫ accidit.) 4a ibi (Et qñqꝫ.) ☙ Dicit p̃o ꝙ qñ sunt vermes: saliua currit ad os infirmi habẽtis vermes: ⁊ in nocte apparet humiditas in labijs ⁊ nõ in die: ⁊ reddit cãm de hoc ⁊ patet. Nota ꝙ humiditas currit ꝓpter cõpassionẽ stomachi ad intestina ⁊c̃. Item attrahunt a stomacho. s. vermes.

☙ Et qñqꝫ accidit habentibꝰ vermes rixa ⁊ horribilitas locutionis ⁊ quasi ipse sit in forma irati malorum morũ. Et qñqꝫ perducunt ad alienationẽ ꝓpter illud qꝺ eleuat̄ de vaporibꝰ malis ⁊ accidunt eis accidẽtia karabitus: nisi ꝙ nõ colligunt pilos ⁊ nõ patiunt̄ sodam ⁊ nõ patiunt̄ tinnitũ auris. Et accidit eis stridor dentiũ ⁊ ꝓprie in nocte. Et sunt in pluribꝰ horis quasi masticent aliqd. Et quasi appetunt extrahere linguã. Et accidunt eis saltus in somno. Et tremor ⁊ clamor in ipso. Et agitatio forme. Et ira aduersus illũ qui euigilat eos. Et accidunt eis super cibũ nausea ⁊ tristitia. Et intersecat̄ vox eoꝝ. Et debilitat̄ pulsus ipsoꝝ. Et apud comestionẽ est quasi prostratus. Et est eoꝝ egestio vtplurimũ dura. Casus aũt appetitus ⁊ eiꝰ vehementia est s̄m ꝙ diximus in capitulo causarum.

☙ Hic ponit aliud signũ: ⁊ dicit ꝙ hñt rixã ⁊ sunt furiosi: ⁊ non vellẽt ꝙ alius loqueret̄: habẽt accidẽtia frenesis ⁊c̃. Item horribilitas. i. abominatio locutionis. Itẽ carabitus. i. frenesis. Itẽ nõ patiunt̄ sodã. s. tãtũ quãtũ hñt illi qui habẽt ex carabito. Itẽ nõ patiunt̄ tinnitũ auris: qꝛ talis vapor nõ est multũ mobilis. Itẽ quasi masticẽt aliqd ꝓp ascẽsum vermiũ. Itẽ agitatio forme. i. cõmotio situs de latere ad latus. Itẽ habẽt irã ꝯtra illos q custodiũt eos qꝛ isti dormiũt: ⁊ qñ vigilãt irascunt̄ ꝯtra illos. Itẽ apꝺ cõmotionẽ. i. apud excitationẽ a somno. Itẽ in cap̃. cãrũ. i. fen. 13. de casu appetitus: ⁊ in cap̃. ꝓcedẽti. ꝑte penul. vt pꝫ. Itẽ cum qua nõ sanant̄: qꝛ nõ curant̄ a nã. Itẽ quas diximus illic. s. epilepsiã ⁊ colicã. Itẽ cadunt. s. patientes. Itẽ torquent̄. i. contrahuntur.

☙ Et qñqꝫ accidit eis sitis cũ qua nõ satiant̄. Et simil'r qñqꝫ accidunt eis egritudines quas diximus illic. Et quãdo fortes fiunt dolor ⁊ egritudo cadunt aut spasmant̄ aut torquent̄ ac si essent epileptici.

☙ Hic ponit alias spẽs signoꝝ: ⁊ pꝫ lr̃a. Item eos. s. vermes.

☙ Et qñqꝫ accidit eis in hm̃oi hora vt euomant eos ⁊ diuersificant̄ colores eoꝝ ⁊ color oculoꝝ ipsoruꝫ. Et qñqꝫ remouet̄ color facierũ eoꝝ ⁊ oculoꝝ ipsoruꝫ. Et qñqꝫ redit. Et qñqꝫ inflant̄ aut tumescũt aut tendunt̄ vẽtres eoꝝ sicut hydropicoꝝ ⁊ quasi nõ sunt ventres eoꝝ nisi hydropicoruꝫ. Et qñqꝫ apostemant̄ testiculi eoꝝ ⁊ emittũt sudorẽ frigidũ cũ fetore vehemẽti.

☙ Hic ponit aliam maneriem signoꝝ. ⁊ pꝫ. Item apostemant̄ testiculi propter materiam ibi currentem.

☙ De signis aũt distinctionis eoꝝ quedã sunt cõis distinctionis ⁊ est exitꝰ illiꝰ spẽi ex egressione. i. ano: deinde lõgos signãt cõmotio oris stõchi ⁊ mordicatio ipsius cũ punctione eiꝰ qꝺ sequit̄ ip̃m ⁊ difficultas trãsglutiẽdi ⁊ casus appetitꝰ s̄m plurimũ ⁊ nocumẽtũ ex cibo ⁊ lubricitas. Et qñqꝫ nocẽt pulmoni ⁊ cordi per vicinitatẽ suã. Et qñqꝫ accidũt tussis sicca ⁊ tremor cordis ⁊ diuersitas pulsus: ⁊ sunt somnus ⁊ exiccatio non s̄m ordinẽ: ⁊ est pigritia ⁊ accidũt pruritꝰ ⁊ ituitꝰ ⁊ palpitatio ⁊ aptio oculi: ĩmo declinat ad clausionẽ oculi. Et accidit oculis eoꝝ vt rubeãt qñqꝫ: deinde alia vice obfuscent̄. Et qñqꝫ tendunt̄ ventres eoꝝ ⁊ fiunt sicut hydropici. Et qñqꝫ accidit eis fluxus vẽtris.

☙ Hic ponit signa in spãli. Et p̃mo põit signa vermiũ lõgoꝝ. Scd̃o latoꝝ ⁊ rotũdoꝝ. ibi (Cũ latis.) Tertio paruoꝝ. ibi (Paruos aũt.) ☙ Dicit p̃mo ꝙ signa distinctiua a signis cõibꝰ sunt ⁊c̃. Itẽ cõis distinctionis. i. quedã sunt signa oĩbus nota. Itẽ spẽs. s. vermiũ. Itẽ ex egressiõe: qꝛ s̄m ꝙ egrediunt̄. Itẽ faciũt globũ sicut anguille in aqua. Itẽ lubricitas. s. ꝓpter corruptionẽ digõnis. Iteꝫ tussis sicca: qꝛ humiditates descendunt ad partes in qbus est dolor. Item pruritus. s. nasi. Itẽ intuitus. s. malus sicut alicuius maniaci.

☙ Cũ latis aũt ⁊ rotundis appetitꝰ s̄m pl'm multiplicat̄ qm̃ s̄m pl'm elõgant̄ a stõcho: q̃re nõ nocẽt in eo ⁊ rapiũt cibũ ⁊ mouent̄ in tp̃e famis motu nocẽte ꝺbilitãte virtutẽ ⁊ mollificãte icidẽte in eo qꝺ seq̃t̄ vmbilicũ.

☙ Hic ponit signa vermium latoꝝ ⁊ rotundoꝝ: ⁊ dicit ꝙ isti habẽt appetitum caninum ⁊c̃.

☙ Paruos aũt significat pruritus ani ⁊ iseparabilitas cõmotionis apud ipsuꝫ. Et qñqꝫ adeo fit fortis donec accidit syncopis ⁊ inuenit habẽs eos cũ aggregat̄ in intestino suo grauitatẽ sub hypocũdrijs suis ⁊ dorso. Et ex eis que conferunt istis hominibꝰ est vt sorbeant aliquid aceti in tempore somni.

☙ Hic ponit signa paruoꝝ: ⁊ dicit ꝙ tales habent pruritum ⁊c̃.

☙ De cura. Cap. 4m.

INtentio que attẽdit̄ in curationibꝰ vermiuꝫ est vt ꝓhibeant̄ a mã gñante eos ex comestis ꝓdictis: ⁊ vt mũdificet̄ flegma aggregatũ in itestinis ex quo gñant̄: ⁊ vt interficiant̄ cũ medicinis que sunt venena in comparatione: ⁊ sunt amari saporis de qbꝰ q̃dã sũt calide ⁊ q̃dã fride quas dicemus: ⁊ medicine que operant̄ cũ ꝓprietate: deinde fluxu vẽtris educant̄ post interfectionẽ cũ nõ expellit os natura per se. Non enim oportet vt ꝓlonget̄ eoꝝ statio in ventre post mortẽ ⁊ exiccationẽ: ⁊ inferat vapor eoꝝ nocumentum venenosum.

☙ Hic põit curã. Primo in gñali. Scd̃o in spãli. ibi (Singulares.) ⁋ Primo ponit cañ. Scd̃o enumerat medicinas. ibi (Et medicie.) Tertio ponit cañ. ꝯsiderando accidẽtia. ibi (De curatione.) Quarto comparat medicinas adinuicẽ. ibi (Et medicine.)

¶ Dicit pmo q intentio dz fieri: vt phibeať generatio materie facientis vermes ⁊c. Item prohibeanť.s.egri. Itē in cōparatione.s. ad eos. Item ⁊ medicine.s.in necando eos.

¶ Et medicine qdē calide ad gradū ꝑuenietes tertiū sunt ꝯuenientiores in regimie eoꝝ hora oi nisi illic sit fe.aut apa. Amari.n.calidi cōpl'o ꝯtria ē eis cū cal'itate ⁊ est ꝯtria cū q̄litate illis ⁊ que ipsi magis diligunt sunt vnctuosum ⁊ dulce. Et iueniť ex ebibitis ⁊ enematibꝰ que aggregāt ꝓprietates tres. Suppositoria vo meliꝰ est vt ipsa exbāt q̄ȝ vt ipsa iterficiāt nisi q in recto est ex ꝑuis vermibꝰ. Qn̄qȝ.n.fiūt ex gn̄e vnctuosi dulcis vt trahať ad ipsa v̄mis ꝓpterea qꝛ diligūt ea: ⁊ egrediunť cū eis que exbunť. Et meliꝰ qdē curanť cū ebibitis hora vacuitatꝫ vētris. Et cū mittunť venena interficiētia eos in lacte ⁊ in fauū mellis ⁊ silibꝰ sunt ipsi ad sumēdū ex eo diligētes magis ⁊ est illud magis interficiens eos. Et qn̄qȝ sumit in potu hn̄s vermes sic lac duobꝰ diebꝰ: deide potat in die tertio in lacte medicinā iterficiētē eos. Et qn̄qȝ suggit an̄ eā fauū mellis. Cūqȝ iuenit odorē eiꝰ ꝑuenit ad suggēdū illud qd̄ deponiť ad ipm. Et qn̄ sequunť illud medicie sunt magis iterficiētes eos. Et qn̄ tu admistras medicias venenosas iterficiētes: tūc melius est vt linias stōchū cū stipticis ⁊ ꝓprie in qbꝰ est virtꝰ iterfectiua vermiū sic sumach ⁊ hypoqstidos ⁊ achacia dissoluta ī vino. Et simil'r capparis ⁊ anhetū in vino. Et si nō tolerant stipticitatē hoꝝ tūc lutū sigillatū in vino. Et cuȝ bibunť medicine faciētes ad vermes tunc oportebit vt stringanť nares vehemēter: ⁊ multipliceť extractio anhelitus ⁊ ītromissio eius quantū possibile est. naȝ rectius est vt nō ꝑmisceať anhelitui aliqd de odore earū.

¶ Hic enumerat eas: ⁊ ponit quatuor can̄.in administratiōe hoꝝ medicaminuȝ: pȝ lr̄a. Dicit ḡ q q̄dā sunt calide in tertio ḡdu: ⁊ iste sunt valde ꝯueniētes nisi sit feb.⁊c.pȝ lr̄a. Itē medicie calide amare. Itē ꝓprietates tres.s.cal'itatē amaritudinē ⁊ ꝓprietatē. Al'r.i. euāant mās ⁊ iterficiūt v̄mes ⁊ ipos educūt. Itē suppositoria ⁊c.i. sūt magꝫ apta trahē v̄mes q̄ȝ iterficē ipos. Cā est: qꝛ suppositoriū multū incitat v̄tutē expulsiuā. Itē ebibita magꝫ penetrāt qn̄ euacuatus est stōchꝰ q̄ȝ qn̄ est plenus: ⁊ iō dz dari stōcho ieiuno: ⁊ an̄ eā.s.tertiā diē. Al'r eā.s.medicinā iterficiētē v̄mes. Itē medicie.s. iterficiētes. Itē stōchꝰ dz liniri cū stipticis ⁊ ꝯforteť ne patiať ab illis itestinis in qbꝰ sunt v̄mes. Itē iquātū pol'e est.s.per os. Iteȝ aliqd de odore earū.s.vt mundificeť forti expiratione.

¶ Et de curatione ꝯtinua cū curatione vermiū est rectificatio appetitꝰ cū cadit. Et qn̄qȝ iueniť in empl'is ⁊ eis que bibunť qd̄ aggregat ad ꝯfortationē appetitus: ⁊ iterfectionē ⁊ extionēȝ eoꝝ: sic aloes cū absinthio ebibitis pillulis factis ex eis: ⁊ epithimate facto ex eis: ⁊ simil'r cuȝ robub acetosis. Et qn̄qȝ aggregať cū vermibꝰ fluxus vētris: quare necessariū est vt iterficianť tm̄: motꝰ nāqȝ extrahit eos. Et qn̄qȝ exigit dispositio vt iterficianť cū stipticis amaris vt aggregentur mors eoꝝ ⁊ retētio nāe.s.qn̄ aggreganť vermes et fluxus ventris ⁊ timeť casus appetitus. Et emplastrētur cū emplastris stipticis in qbus est iterfectio aliqua vermiū: ⁊ nō deijciunt virtutē: deide ipsi egrediuntur post illud: aut per expulsionē nāe: aut per medicinaȝ: aut suppositoria. Et quādoqȝ sunt cū eis apata in visceribus ⁊ est necessariū regimen subtile.

¶ Hic ponit can̄.curatiōis ꝯsiderādo ad accidētia: ⁊ dicit q si cadit appetitus tu debes ⁊c. Item cū robub.i.cū succis. Itē vt interficiať tm̄.s.preter hoc q exbibeať aliquod euacuatiuuȝ. Itē regimen subtile.s.vermium ⁊ a postematum.

¶ Et medicine que iterficiunt ascarides fortiores sunt eis que iterficiūt lōgos ⁊ ille que iterficiunt ascarides ⁊ rotūdos interficiunt etiā lōgos ⁊ causa in hoc est q ascarides sunt remotiores ab eis que bibuntur ⁊ sunt magis summersi in humiditatibus cōuenientibus eis. Et quandoqȝ sunt in chisti: ⁊ quoniam ipsi generati sunt a materia grossa ⁊ grossiore ⁊ spissiore ⁊ propinquiore ad cōplexionē calidaȝ ⁊ magis simili ei qd̄ est venenū quare nō patiť a suo simili dū nō superfluat.

¶ Hic cōparat istas medicinas: ⁊ dicit q medicine que interficiūt ascarides sunt fortiores q̄ȝ ille que interficiūt lōgos. Itē in kisti.i. in monoculo. Itē dū nō superfluat.s.venenū interficiens.

¶ De medicinis calidis interficientibus vermes ⁊ ꝓprie longos. Cap.5m.

Singulares quidē sunt sicut prassium ⁊ cordumeni de quibus sumatur auř.j. ⁊ sceba et lupini amari ⁊ cassia ⁊ calamentum ⁊ succus eius ⁊ grana aldemest: ⁊ costus amarus et epithimū ⁊ cartamum ⁊ mentha ⁊ cambil ⁊ cyminū et camepitheos ⁊ centaurea ⁊ pulegium ⁊ allium ꝓprie. Et quādoqȝ interficit ascarides semen feniculi ⁊ myrtus ⁊ origanum ⁊ fausel ⁊ absinthium ⁊ semen cauliuȝ ⁊ cortices algarab ⁊ radix enule exiccata d̄ qua bibātur.ʒ.iij. ⁊ cyminū assatum ⁊ abrotanuȝ ⁊ anisum: ⁊ semen apij ⁊ nasturtium forte est in capi.suo ⁊ nigella ⁊ semen atriplicis solutione educit eos cum mortificatione: ⁊ similiter volubilis ⁊ polypodium. Et melius quo educiť fluxu vētris post mortificationē est aloes. Et quando homo bibit de oleo potioneȝ ⁊ superfluit quātitatē que possibilis est in bibendo ipsuȝ interficit eos ⁊ extrahit ipsos: ⁊ ꝓprie oleū onfancinū ⁊ ipsum interficit latos etiā ⁊ interficit ꝓpter suā amaritudinē ⁊ extrahit ꝓpter viscositatē sui. Qꝛ si nō fuerit possibile bibetur ipsum vice vna. bibat ipsum vtendo potu post potum sumendo ex eo coclearia duo. Et similiter grana nil interficiunt serpentes extrahendo eos. Et quandoqȝ conferunt in latis.

¶ Hic ponit curā in spāli. Et pmo ponit medicinas ſm vnāquāqȝ spēm vermiū. Scd̄o clysteria.ibi(Clysterizeť.) Tertio emplastra. ibi(Emplastra.) Quarto cibationes.ibi(Cibꝰ qdē.) Quinto ponit curā casus ⁊ percussiōis sup myrach.ibi(Rectius.) ⁋ Primo ponit medicinas interficiētes longos. Scd̄o latos.ibi(Sunt.) Tertio paruos.ibi(Qn̄qȝ.) ⁋ Pr̄io ponit medicinas simplices. Scd̄o cōpositas.ibi(De cōpositis.) Prima patet. ¶ Itē cassia.s.lignea. Aldemest.i.lauri. Et cābil est terra rubea minuta de q̄ fit vnguentum: vt pȝ.z.can̄.ꝓprio.c. Itē fausel est auellana indica. Itē algarab est spēs salicis. Itē extrahit ꝓpter suā viscositatē: qꝛ facit lubrificare. Itē grana nil.est virzinū de quo tinguнť pāni.

¶ De cōpositis vo que interficiunt eos sunt que sunt sicut tyriaca magna. Et ille que aggregāt interfectionem ⁊ extractionē sunt sicut hiera pigra. Et sicut si sumatur sceba ⁊ absinthiū: amboꝝ ana.ʒ.j. ⁊ tertia pulpe colloquitide.ʒ.j. ⁊ quarta ⁊ salis indi danich.j. ⁊ sumatur in potu. Et quādoqȝ interficit eos potare cyminū ⁊ nitrum medatiȝ ⁊ fenu pon.duoꝝ auř. Et iterum nitri piperis cordumeni partes equales: ⁊ dosis eiꝰ sit vsqȝ ad.ʒ.j. ⁊.5. Et iterum piper ⁊ grana lauri cyminuȝ indum mastix conficianť cum melle ⁊ sit dosis eius in mane cocleariū.j. ⁊ in hora dormiēdi tātūdē. Aut enule ⁊ sceba ⁊ piperis ⁊ siraasi partes equales sumantur

in potu ex.i.ʒ.ꝛ.5.vsqꝫ ad.ʒ.iiij.ꝛ pill'e de absinthio educunt lōgos.lati aūt indigēt fortiori hoc.

¶ Hic ponit medicinas cōpositas.ꝛ pꝫ lr̄a. Itē sceba est spēs absinthij. Itē ꝛ sumat in potu.s.qđ ꝯuenit. Itē mediatim.i.tātū de vno quātū de reliquo. Itē cyminū indū.i.de illa ꝯtrata. Itē seraasi est tararacon:ꝛ est endiuia syluestris. Alij dicunt ꝙ ex filix.

¶ De medicis q̄ magis ꝓprie sūt ascaridū. Cap.6m.

Sunt kitran administratū in clysterib⁹ ꝛ epithimatib⁹ ꝛ alsiraos ꝛ medulla ei⁹ ꝛ alsirai ꝛ costus amarus ꝛ cortex radicis mori ꝛ succ⁹ ei⁹ ꝛ cābil ꝛ pulpa collogntide ꝛ aloes ꝛ alsiniar mirabile est in latis ꝛ cortex albelēgi ex arborib⁹ ꝛ existimo ꝙ est spēs edere ꝛ aliꝫ darachat. Et ex eis que extrahūt vermes sine nocumēto est vt bibanť.ʒ.iiij.succi enule recentis:est.n.mirabile valde. Et antiq qdē dixerūt ꝙ ireos extrahit ascarides. Et ex medicinis mirabilib⁹ in oib⁹ spēb⁹ vermiū sunt pili aialis nominati alcasim. Et alcalcadis est ex eis que interficiūt eos cū iuuamēto si fuerit illic flux⁹ vētris. Et iā diximus ad eos in antidotario decoctionē ei⁹ ꝛ cētauree. Et iterū bibat lac mulctū trib⁹ dieb⁹ in mane ꝛ cenet sup ipm alesfidabegi:deide sumanť.vj.auř.abrungi:ꝛ iiij.ʒ.siracasi ꝛ.iiij.cambil.ꝛ teranť ꝛ soluanť i aceto acetoso aut in syrupo acetoso ꝛ masticet aliqđ đ fauo mellis vt egrediant vermes:deide bibať ex eo quantitas quā necessariā faciūt existimatio ꝛ experimētū.

¶ Hic ponit medicinas cēuenientes vermib⁹ latis. Et primo ponit aliqs receptas. Scđo pōit medicias fridas.ibi(¶Medicie fride.) ¶ Item kitran.i.pix liquida. Item alsiraos.i.aloes. Itē alsirai.i.affodillus.alij dicūt ꝙ est filix. Item cambil est terra rubea. Iteꝫ alsiniar lactuca asini. Itē cortex albelengi.est arbor quedā. Itē alcalcadis est es vstū. Iteꝫ alfidabegi:est cibariū de pasta ꝛ zuccharo. Item abrungi est granum quoddam.

¶ Medicine aūt fride ꝛ pauce caliditatis sunt sicut semē coriādri cū bibiť tribus dieb⁹ cū rob ꝛ semē apij: est.n.forte valde iterficiēs oēm vermē ꝛ sumat cū syrupo acetoso aut lacte acetoso:aut bibať đcoctio ei⁹: ꝛ faufel ꝛ folia psici ꝛ succus eoꝝ ꝛ spina egyptiaca ꝛ sunt absqꝫ plurima caliditate ꝛ rub⁹ decoctio corticis arboris granati acetosi ꝛ muzi decoquanť in aqua nocte tota:deide coleť ꝛ bibať. Et sil'r aqua in qua decoquať radix ei⁹ ꝛ succ⁹ arnoglosse ꝯuenit ei q hꝫ v̄mes ꝛ fluxus vētris simul aut arnoglossa sicca. Et iterū sumach dissolutū in aqua est mirabile:ꝛ hypoqstidos ꝛ lutū sigillatū cū vino sunt ēt mirabilia:ꝛ magna mirabilis est ēt:ꝛ semē portulace cū ex eo multū sumiť interficit eos:ꝛ sil'r endiuia amara ꝛ lactuca amara ꝛ apiū aceto cōditū:ꝛ dꝛ ꝙ melon iterficit eos ꝛ sol'one educit ipos:ꝛ tribuli ꝓpinq sunt istis medicinis ꝛ ꝯsequiť ex virtute haꝝ ꝙ ipse trahūt latos ēt.s.illa que sunt sic̄ semē salic.ꝛ succus psici ꝛ coriādrū ꝛ endiuia amara ꝛ poliū ꝛ reliq̄:ꝛ ista aut bibunť cuꝫ lacte absqꝫ butyro aut cū aqua calida aut syrupo acetoso.

¶ Hic ponit medicinas frigidas:ꝛ pꝫ lr̄a. Itē est cū rob.i.cū succo. Item faufel est auellana indica. Itē magna est spēs luti.

¶ De regimine vermiū paruoꝝ. Cap.7m.

Quādoqꝫ iterficiūt eos suppositio salis ꝛ clysterizatio cū aq̄ cal'a ꝛ eradicāt mām eoꝝ:ꝛ fortius hoc est clystere in quo recipiunť centaurea cartamū hyssop⁹ rubea ꝛ pulpa collogntide qđ admistreť cal'm:ꝛ fortius illo est suppositoriū de alkitran:ꝛ clystere cū eo ꝛ ꝓp̄e cū oleo de chrysomillis amaro aut medulla psicorū amara:ꝛ sint iam decocte in ipso medicie iterficiētes:ꝛ qn̄qꝫ clysterizať ēt cū kitrā. Et ex eis qb⁹ fit suppositoriū sunt arthanita ꝛ buchormariē ꝛ cortices radicis sceba. Et ex eis que colligūt hos puos est vt mittať i anū caro piguis salita:ꝛ sit iā sup eā ligata fimbria fili.ipsi nāqꝫ aggreganť sup eā ꝓpterea qꝛ diligūt eā:deide extrahať post expectationē hore vnius super eam qn̄ possibile est ꝛ extrahať ꝛ itereť vsquequo mundificeť.

¶ Hic ponit medicinas ad vermes paruos:ꝛ ponit multas medicinas ꝛ patēt. Itē de alkitrā.i.de pice liqda. Itē artanita est spēs buchormarien.i.panis porcini. Itē sceba:est sticados arabicū.

¶ De clysterib⁹ acutis iterficiētib⁹ v̄mes. Cap.8m.

Clysterizenť cū decoctiōibus mediciaꝝ p̄dictaꝝ ad eos ꝛ qn̄qꝫ ponunť i eis solutiua sic̄ pulpa collogntide ꝛ turbith ꝛ aloes ꝛ cucu.asinin⁹ ꝭꝫ v̄tutē ꝛ horā. Et ē ꝯueniēs vt administreť in clysterib⁹ eoꝝ alkitrā.nā ꝯfert iuuamētū maximū:ꝛ custodiať tūc an⁹ ne ꝓueniat thenasmō cū suppositorijs faciētibus ad thenasmon:ꝛ stōch⁹ vt nō debiliteť cū potib⁹ ꝛ empl'is faciētib⁹ ad stōchū:ꝛ iaꝫ sciuisti oia illa. Et qn̄qꝫ ꝯfert clystē cū aqs salsis ꝛ aqs salitꝭ cū nitro ꝛ silib⁹ ꝛ ꝓp̄e cū kitrā. Et qn̄qꝫ ponunť in clysterib⁹ eoꝝ succ⁹ folioꝝ psici ꝛ đcoctio radicū mori ꝛ corticū granatoꝝ ꝛ ꝓprie cū fuerit caliditas.

¶ Hic ponit clysteria ad vermes:ꝛ ponit multa clysteria:ꝛ pꝫ lr̄a. Nota ꝙ ista clysteria fiunt maxime qn̄ vermes fiunt in intestinis inferiorib⁹. Itē ꝛ stomachus.s.custodiať ne debiliteť.

¶ De emplastris habētiū vermes. Cap.9m.

Emplastra ēt assumunť ex medicis similibus istis ꝛ ꝯfortanť cū eis que sunt sic̄ pulpa collogntide ꝛ fel vaccinuꝫ ꝛ succ⁹ cucu.asini. Et cū eis que sunt sic̄ kitrā ꝛ aloes. Et qn̄qꝫ fit empl'm cū aloe ꝛ absinthio:aut cū aloe rob cydoniorū ꝛ rob maloꝝ ꝛ iterficit ꝛ rumpit appetitū. Et qn̄ aggreganť oia est rectius empl'm bonū terať nigella cuꝫ aqua collogntide humide:aut decoctione pulpe ei⁹:ꝛ liniať sup ventrem ꝛ sumen. Et diciť ꝙ medulla cerui qn̄ emplastrať cū ea vmbilicus ꝯfert ad illud. Et similiter olea medicinarū p̄dictaꝝ cū eis liniť iuuāt ꝛ oleū camomillinū ꝛ absinthiū ꝓprie.

¶ Hic ponit emplastra ꝛ ponit multa. Et pꝫ lr̄a.

¶ De cibatione eoꝝ. Cap.10m.

Cibus qdē q necius est eis ꝭm oppositioneꝫ cāe:opꝫ vt sit calidus ꝛ sicc⁹ in quo nō sit viscositas:ꝛ sit in eo abstersio ex eis que abstergūt eos ꝛ attrahūt ipos. Et egrediunť in cibis eoꝝ aq̄ ciceris ꝛ folia caulis:ꝛ carnes colūbarū ēt sūt iuuatiue eis:ꝛ pot⁹ aque salse ꝯfert eis oib⁹. Et cuꝫ sunt flux⁹ vētris ꝛ caliditas cibam⁹ cū sorbitiōib⁹ acetosis cū sumach factꝭ:qm̄ est iterficiēs restrictiuū:ꝛ simil'r aq̄ granatoꝝ acetosoꝝ. Et qn̄ debilitat flux⁹ vētris necia sūt que nutriūt cū fortitudine. Qꝛ si nō digeranť ponanť ex gn̄e sorbitionū ꝛ aquarū carniū.

¶ Hic ponit cibaria. Et p̄mo hoc. Scđo ordinē cibandi.ibi(¶Hora aūt.) Tertio ostēdit qbus cibarijs debemus vti in paruis vermibus.ibi(Uerū.) Prima pꝫ. ¶ Item eos.s.qui sunt fixi adherētes. Item cum fortitudine.i.cum duritie.

¶ Hora aūt ꝛ ordo sūt qn̄ opꝫ vt ipsi nō egeāt cibo ꝛ

mordicent stomachum ⁊ fortasse faciunt cadere virtutem appetitiuā: imo cibentur ante motum eorū in hora quietis vt separet cibus eorum ⁊ cibētur cibo pauco. Et cū alleuiatur fluxus administrentur super ventrem emplastra stiptica ex eis que scis.

¶ Hic ponit horā cibatiōis: ⁊ vult q̄ tu des añq̄ habeāt famem vt vermes nō ascendant ⁊ faciant multa accidentia.

¶ Uerum in habentibus pauos vermes melius est vt eorū cibi sint ex genere illorū qui sunt boni chimi ⁊ velocis digōnis. nā virtus eorū fm semitā oppositiōis nō puenit ad eos oīno. Et cū sunt boni chimi oīno minorat chimus corruptus qui est materia eorum.

¶ Hic ponit cibaria puenientia hñtibus vermes paruos. ⁊ pz.

¶ De cura casus ⁊ piectiōis sup vētrē. Cap.II^m.

Rectius in omnibus illis est vt extrahat san. si possibile est ⁊ detur in potu post illud thuris ⁊ san. draconis ⁊ luti armeni karabe: omnium añ. ʒ. i. cum triplicato subtili. Et si fuerit sputum sang. aut fluxus eius per anū aut vomitus ipsius ponatur in ipsa kirat. i. opij. Et post hoc oportet vt tu consideres illud quod diximus in capitulo de prostrationibus in libro qui est post istum.

¶ Hic ponit curā casus ⁊ pcussiōis sup myrach. ⁊ pz lra. Itē vt extrahat sanguis: q2 in tali casu ⁊ pcussione nō est excusatio a flōmia ēt quāuis corpus sit mundū. Itē cū triplicato subtili. s. vino. Item kirat est pondus quatuor granorū ⁊c̄.

¶ Fen. xvij. de egritudinibus ani ⁊ est tracta. vnus.

¶ Sermo vl'is de egritudinibus ani. Cap.p^m.



Scias q̄ egritudines ani sunt difficiles ad sanandum propter ea que aggregātur in eo: quoniam est callis: ⁊ quia est inuersum penetrans ab inferiori vsq̄ superius: ⁊ q2 est vehementis sensus: ⁊ q2 est positus in inferiori.



In pcedēti fen. Aui. determinauit de egritudinibus intestinorū: hic determinat de egritudinibus ani. Primo ostēdit difficultatē curationis egritudinum ani. Scđo exequit. ibi (Scias q̄ multotiens.) Primo premittit difficultatē curatiōis egritudinū ani. Scđo reddit cās causarum. ibi (Qm̄ est.) Tertia ibi (Quare ergo.) ¶ Sed tu dices quare nō determinat de anathomia ani sicut fecit de anathomia aliorū mēbrorū in pncipio cuiuslibet fen. Dōm q̄ Aui. est excusatus ab anathomia ani p ea q̄ dicta sunt. i. cañ. fen. i. de anathomia musculorū. ⁊ p ea q̄ dicta sunt in pcedenti fen. i. c. in quo determinauit de anathomia itestinorū. ¶ Primo dicit q̄ egritudo q̄ sunt in ano sunt difficiles ad sanandū pp res q̄ in ipso pgregant. Qm̄. probat q̄ egritudo ani sunt difficiles ad sanādū: ⁊ assignat q̄tuor cās. Una est q2 anus est via supfluitatis. Scđa q2 anus hz penetrationē quādā. Tertia est q2 anus est multi sensus. Quarta q2 est in parte iferiori vsq̄ ad supius iuersat totū sicut iuersant itestina quando fiunt salicie. Nota q̄ intestinū rectū inuersat vt depuret a supfluitatibus. Sil'r ob hanc cām inuersantur intestina qñ fiunt salicie siue ceruelati. Et ista inuersatio est causa difficultatis cure egritudinum ani: q2 est causa q̄ medicina nō pōt stare super parte: ⁊ q2 vehemētis sensus est: iō cito ⁊ multum dolet.

¶ Quia ergo est callis puenit ad eum fex in oī hora ⁊ mouet ipsū ⁊ addit in dolore eius ⁊ diminuit eū a gente cū qua cōplet receptio iuuamēti medicinarum ⁊ nō pōt nā facere rectificatiōē. Et q2 est iuersus difficilis fit adherētia medicinarū ad ipsū. Et qm̄ est vehemētis sensus multiplicatur dolor eius ⁊ multitudo doloris attrahit. Et qm̄ est positus in iferiori facilis fit descensus supfluitatū ad ipsum ⁊ pprie cū obedit ad receptionem earū debilitas que est cū eo ex nocumento qđ est in ipso ex hemorroidibus.

¶ Reddit causas causarū. Et pmo ostēdit quare: q2 anus est via: sue egritudines difficulter sanant. Scđo ostēdit quare: q2 anus inuersus difficulter sanat. ibi (Et qm̄.) Tertio oñdit q2 est magni sensus iō est difficilis ad sanandū. ibi (Et qm̄.) Quarto quare: q2 est iferi⁹: ideo difficulter sanat. ibi (Et ipsum.) ¶ Dicit pmo q̄ q2 anus est via expulsionū: iō nō pōt medicamen stare in loco tali. i. via p quā expellit fex oī hora. s. sepe. Et q2 est. ostēdit q̄ q2 anus inuersat: iō sue egritudines difficulter sanant: ⁊ dicit q̄ q2 intestinū inuersat: sicut inuersat caliga quādo extrahitur: iō sue egritudines difficulter sanant. Et q2 est iuersus. i. exprimens post iuersationem q2 inuersat ⁊ postea fit expressio. Qm̄ est. reddit cām tertie cause. dicit q̄ q2 anus hz sensum multū ⁊ acutū: iō fit in ipso dolor q attrahit. Et quoniam. reddit cām quarte cause. ⁊ dicit q̄ anus est positus in parte inferiori: ideo est aptus recipere supfluitatē ⁊ stercora ⁊c̄. Ex hemorroidibus. sup. aut alijs passionibus.

¶ De hemorroidibus. Cap.2^m.



Scias q̄ multotiens existimat aliqs q̄ habeat hemorroides ⁊ non habet nisi vlcera in recto ⁊ in eis que sunt supra ipsum: oportet ergo vt consideretur illud.

¶ Hic determinat de egritudinibus ani: ⁊ octo facit sicut octo sunt egritudines ani de q̄bus determinat. Prio de hemorroidib⁹. Secūdo de apatibus. ibi (De illis.) Tertio de ragadijs. ibi (Ragadie.) Quarto de mollificatiōe. ibi (Qñq̄ fit.) Quinto de egressione ani. ibi (Qñq̄ fit.) Sexto de fistulis. ibi (Qñq̄ generat.) Septio de pruritu. ibi (Qñq̄ fit.) Octauo de vlcerib⁹ ani. ibi (Curet.) Prio notificat hemorroides. Scđo ponit curā. ibi (Opz.) Prio pmittit errorē quēdā in cura hemorroidarū. Scđo diuersitatē ipsarū. ibi (Et hemorroides.) Tertio oñdit mām a qua ipse generant. ibi (Et plurimū.) Quarto ponit cañ. in pstrictiōe ipsarū. ibi (Et nō opz.) Quito ponit colorē hñtiū ipsas. ibi (Et pl'm.) Nota q̄ hemorroida dr̄ ab hemor: qđ ē sanguis: ⁊ rois qđ est flux⁹: ⁊ iō hemorroida idē ē qđ fluxus sanguinis. ¶ Dicit p⁹ q̄ aliqui aliqñ credūt habere hemorroides ⁊ ipsi habent vlcera: ⁊ hoc considera.

¶ Et hemorroides q̄dem diuidunt per spēs diuisionis famose in verrucales ⁊ sunt deteriores earū: ⁊ i vueas: ⁊ in morales. Et verrucales sunt sil'es verrucis puis. Et vue sūt late rotūde purpurei coloris: aut ad purpureitatē decliues. Et morales sūt molles sanguinee. Et sunt de hemorroidib⁹ hemorroides q̄ sunt. q. vesice.

divisio hemorroidum

¶ Ponit pmo diuisionē vnā hemorroidarū. Scđo aliā. ibi (Diuiduntur.) Tertia ibi (Et diuiduntur.) Nota q̄ hemorroide sunt quedā vene que veniūt ad anum ad mundificandū corpus ⁊ euacuandū sanguinē mel'icum: ⁊ sicut in mulieribus sunt menstrua omni mēse: ita in aliq̄bus hōibus femineis sunt hemorroides oī mense. ¶ Dicit p⁹ q̄ sunt plures spēs hemorroidarū. s. verrucales vueales ⁊ morales: ⁊ quedā sunt sicut q̄dā vesicule. Uerruca est sicut porrus manuū ⁊ iste sunt facte in aliquib⁹. Hemorroides deteriores ipsarū. i. sunt peiores oībus. Dicit vuealis q2 similat ⁊c̄.

¶ Et diuidunt hemorroides diuisione alia in exterius natas ⁊ pfundas ⁊ sunt deteriores earū ⁊ pprie ille q̄ tendūt ad partē virge. Qñq̄ enim stringūt vrinā cū apatiōe: ⁊ nate exteri⁹ appentes sūt vne triū. De pfundis aūt q̄dā sunt sanguinee ⁊ q̄dā sunt nō sanguinee.

2a. divisio et summit a loco

¶ Ponit scđa diuersitatē ⁊ dicit q̄ quedā apparēt exteri⁹ ⁊ quedā nō apparēt exterius sed remanēt iterius ⁊ ille sunt peiores ⁊c̄. pz. Nota quedā vident circa anū ⁊ q̄dā nō bñ possunt videri nisi aperiant anus. Cū apate. i. apantur. Stringunt vrinam: q2 cōprimunt vesicā vne trium: q2 sunt verrucales morales vueales.

¶ Et diuiduntur hemorroides in apertas fluentes ⁊ currit qñq̄ res plurima pp aptionē venarū plurimarū: ⁊ in surdas cecas de q̄b⁹ nil currit. Et pl'm q̄dem generant hemorroides ex mel'ia ⁊ sang. melācholico ⁊ parū generant a flegmate: ⁊ cū generātur ab eo generantur q. ipse sint vesice ⁊. q. ipse sint vesice vētriū piscium. Et verrucales sunt ppingores ad hoc vt fiant de melācholia: ⁊ morales de sanguie: ⁊ vue iter istas ⁊ illas.

3a. divisio

Et nõ ē possibile vt accidāt hemorroides nisi aꝑiant orificia venaꝝ in ano ſꝫ ꝙ dixit Gal'. ⁊ ꝓꝓ hoc multiplicantur cuꝫ vento austrino ⁊ in regione austrina. Et nõ opꝫ ꝙ in hemorroidib⁹ apertis currētibus san. fluxus retineatur donec perueniat ad debilitatē ⁊ mollificationē genuū ⁊ cõprehēsioneꝫ syncopis ⁊ videatur san. nõ niger: ⁊ meli⁹ est vt extrahaꝛ paulatim ⁊ nõ subito. Et cū in mulieribus declinat san. hemorroidaruꝫ ad matricē ⁊ egrediꝛ in mēstruis iuuanꝛ eo. Et oportet vt fiat etiā illud arte ⁊ ꝓuocētur menstrua eaꝝ. Et plurimis quidē habentibus hemorroidas adest color ꝓprius eis ⁊ est citrinitas declinans ad viriditatem: ⁊ multotiēs accidit habētibus hemorroidas fluxus san. narium ⁊ remouentur hemorroides.

¶ Ponit aliā diuisionē: ⁊ dicit ꝙ quedā sunt currētes a qb⁹ sanguis emanat: ⁊ quedā sūt nõ currētes a qb⁹ sanguis nõ emanat. Et plm. ostēdit ex quo generanꝛ hemorroide. Et dicit ꝙ generanꝛ de sanguine melico: ⁊ verrucales magis generanꝛ a melia: sed vuealis ⁊ moralis magꝭ ex sanguie ⁊c. Dicit in melia. i. sanguie melico: q͛ nõ est sola melia: sed est sanguis melicus. Uñ fiant ex melia. i. a melia magis pura. Gal'. dixit hec sexta ꝑticula afo. in cõmē. illi⁹ afo. 12. s. hemorroidas sanare antiquas ⁊c. Et nõ opꝫ. dat cañ. ī restrictiõe hemorroidaꝝ: ⁊ dicit ꝙ si emanat sanguis non debes retinere nisi fiat debilitas ⁊c. Mollificanꝛ genua ꝓꝓ debilitatem. Et plurimis. Ponit colorē hñtiū hemorroides. Et dicit isti sunt citrini cū viriditate. Nota ꝙ membra citrinātur a cholera ⁊ melia in istis: q͛ cholera nõ bene seꝑatur a sanguine propter frigus epatis.

¶ De cura. Cap. 3[m].

Oportet vt in iceptiõe rectificeꝛ corpus ⁊ euacueꝛ san. malus ita vt flobothomeꝛ saphena ⁊ vena q̄ est a posteriori ꝑte calcanei. ⁊ vena almabit est fortior vtrisq͂ꝫ eaꝝ. ⁊ vētosatio ei⁹ qꝺ est inter vtrasq͂ꝫ spatulas ꝯfert ad eas ⁊ ad humores melicos. Et cureꝛ epar aut splen si oportuerit ꝓꝓ societatē eius qꝺ generaꝛ ex eo de san. malo.

¶ Ponit curā. Prīo in gñali. Scđo in spāli. ibi (Casus.) Tertio ponit regimen ⁊ dietaꝫ. ibi (Oportet.) Prīo ponit regimen in euõne ⁊ rectificatiõe sanguinis. Scđo ponit cañ. in medicis localibus. ibi (Amplius.) Tertio docet lenire ventrē. ibi (Amplius.) Quarto ponit cañ. in aperitione hemorroidaꝝ. ibi (Et opꝫ vt studiū.) Quinto ponit vtilitatē ⁊ nocumētū eaꝝ. ibi (Et scias.) Sexto ponit modos medicinaꝝ. ibi (Et medicine.) Dicit p̊ ꝙ tu debes īcipere rectificare corpus qñ vis euãre ⁊ debes flobothomare de saphena ⁊c. Ut in iceptione. s. curationis. Saphena est vena que est sub curuatura iter vtrasq͂ꝫ spatulas. Dõm ꝙ hoc debemus facere ꝓꝓ cõitatē spatulaꝝ cū ore stõchi: mõ ad os stõchi ascēdit multū de melācholia: ⁊ iõ fit vētosa vt diuertatur talis melia.

¶ Amplius si non fuerit dolor neq͂ꝫ apostema neq͂ꝫ inflatio non erit tunc plurima necessitas curationis earum. Nam earum curatio quandoq͂ꝫ perducit ad fistulam ⁊ ad ragadias.

¶ Ponit cañ. in medicinis localibus: ⁊ dicit ꝙ tu nõ debes ⁊c. Nec inflatio. s. in ano. Ragadias. s. ꝓꝓ medicinas exiccatiuas ⁊ constrictiuas. Et si nõ est dolor non cures ipsas.

¶ Amplius studiū impendaꝛ in lenificatione nature vt nõ noceat durities fecis ano ⁊ magnificetur labor. Et melius est vt sit illud cū solutiuis ⁊ lenitiuis q̄ sunt ex medicinis ex quibus iuuamētū afferꝛ hemorroidibus sicut pillule de bdellio ⁊ pillule ꝺ alfeluzabaragi ⁊ pillule amalei ⁊ pillule quas dicam.

¶ Ponit cañ. in lenificatiõe vētris: ⁊ dicit ꝙ debes lenire vētrē ⁊c. Nature. i. vētris. Pillule alfeluzabaragi ⁊c. sunt pillule que ponuntur in quinto cañ. quas dicam. s. infra.

¶ Et opꝫ vt studiū ipendaꝛ in apiēdo surdas ⁊ faciendo vt currat san. ex eis quātū pol'e est vsquequo debilitet ⁊ egrediaꝛ san. rubeus clarus in quo nõ sit nigredo. Q͛ si nõ sufficit sit regimē eius cū incisione hemorroidaꝝ ⁊ deiectiõe eaꝝ icidēdo: aut exiccādo eas: aut adurendo ipsas cū eis: ⁊ cū eis que faciunt illud.

¶ Ponit cañ. in aꝑtiõe: ⁊ dicit ꝙ debes euacuare qñ sunt surde ⁊c. Q͛ si nõ sufficit. s. regimen predictum de rectificatione.

¶ Et scias ꝙ in sanguine q currit ab hemorroidibus ⁊ ex ano est securitas ab herpete estiomeno ⁊ mania ⁊ melia ⁊ epilepsia melica ⁊ herisipila: ⁊ ab illis q̄ sūt sic miliū: ⁊ cācro ⁊ excoriatiõe ⁊ scabie ⁊ glabrie ⁊ lepra ⁊ pleuresi ⁊ ꝑipleumonia ⁊ phrenesi. Et qñ retineꝛ san. ex eis ꝯsuet⁹ timeꝛ aliqua haꝝ egritudinū: ⁊ timeꝛ hydropisis ꝓpter illud qꝺ accidit in epate de aꝑate malo ⁊ duro ⁊ corruptiõe cõpl'onis: ⁊ timeꝛ ptisis: ⁊ dolores pulmonis ꝓꝓ expulsionē sanguis mali ad ipm. Et qñ cursus facit accidere syncopim sumaꝛ sauich ordei cū spodio ⁊ luto ⁊ detur in potu ex calido paulatim.

¶ Ponit vtilitatē ⁊ nocumētū hemorroidaꝝ: ⁊ dicit ꝙ qñ qs hꝫ hemorroides euadit ⁊c. sed si retinenꝛ est timor ⁊c. Herisipila. s. ex melia ꝑ adustionē facta. Sicut miliū. i. sic aꝑa miliare vel formicale. Glabrie. i. tincha. Sauich. succus. Et luto. s. sigillato.

¶ Et medicine qdē q̄ ad hemorroidas ꝯueniūt: alie sūt aperiētes eas: alie consolidātes: ⁊ alie sunt constringētes san. ⁊ alie sunt incidētes eū: ⁊ alie sunt sedatiue doloris. Et sunt aut q̄ bibunꝛ aut suppositoria aut epithimata ⁊ empl'a ⁊ linimēta aut pulueres aut suffumigatiões aut aque in qbus sedatur dolor aut restrictiua: ⁊ oīa illa aut sunt singularia aut cõposita. Et scias ꝙ pillulaꝝ de bdellio iuuamētū in hemorroidib⁹ hñtib⁹ ꝑiodos appens est eis: ⁊ nõ sūt multi iuuamēti i eis q̄ sunt fixe nõ hñtes ꝑiodos. Et qñ aggreganꝛ ragadie ⁊ aꝑa curetur in primis aꝑa deinde hemorroides. Et oleū de chrysomillis in quo resolutum est bdelliuꝫ valet ad hemorroidas ⁊ ragadias.

¶ Ponit modos medicinaꝝ ⁊ ītētiones hñdas: ⁊ dicit ꝙ q̄daꝫ medicine sunt que cõueniunt hemorroidibus ⁊ sunt aꝑture q̄daꝫ ⁊c. Incidētes eū. i. faciētes eū fluere. Ragadie. i. fixure.

¶ De regimine incisionis hemorroidarum ⁊ adustionis earum. Cap. 4[m].

Casus hemorroidaꝝ qñq͂ꝫ fit cum incisione: ⁊ qñq͂ꝫ fit cū medicinis acutꝭ. Cū ergo sunt hemorroides plures numero: nõ opꝫ vt icidantur oēs simul: imo opꝫ vt audiaꝛ p̄ceptū Hip. ⁊ dimittaꝛ vna ex eis deinde cureñꝛ: imo rectius est vt cureñꝛ incidēdo vnā post vnā si toleraꝛ illud: ⁊ in fine rei dimittaꝛ vna ex qua currat sanguis corruptus cui⁹ exitus ex ea ꝯsuet⁹ est in nã. Et illud incisuꝫ si fuerit apparēs erit ei⁹ regimē facili⁹: ⁊ si fuerit ꝓfundū erit regimen ipsi⁹ difficili⁹. nã rectius est vt ligeꝛ radix eius cū filo sete aut lino aut pilo forti ⁊ dimittaꝛ: tunc si ceciderit ꝑ illud bonū erit: ⁊ si nõ expianꝛ suꝑ illud medicine incisiue: ⁊ si non: incidatur.

¶ Ponit curam in speciali. Primo ponit curā ⁊ regimē in incidendo ⁊ adurendo. Scđo in ꝓuocatione sanguinis. ibi (Opꝫ.) Tertio ponit medicinas que sunt fumigia ⁊ pulueres. ibi (Recti⁹.) Quarto ponit embrocas. ibi (De eis.) Quinto sedatiua doloris. ibi (Sumātur.) Sexto restrictiua sanguinis. ibi (De illis.) Primo p̄mittit. Scđo exequiꝛ. ibi (Cū aūt) Primo facit hoc. Scđo docet succurrere accidētibus. ibi (Succurraꝛ.) Primo ponit curā qñ apparēt extra. Scđo qñ sunt profunde. ibi (Profunda v̊o.) ¶ Dicit p̊ ꝙ qñ hemorroide sunt multe tu non debes icidere oēs ⁊c. Preceptum Hip. s. 6. ꝑticula afo. 12. afoꝛ. Et illud incisum. i. illud quod oꝫ icidi. Radix eius. s. hemorroide. Incidas. s. cum ferro.

¶ Profunda v̊o indiget vt extrahatur deinde incidatur. Extractio

Significatur ex vrina in quãtitate ⁊ subtilitate sua ⁊ colore suo. Et ex eo qd̃ admiscetur ei ex dispositione sitis ⁊ ex dispositione desiderij coitus ⁊ ex dispositione dorsi ⁊ dolorib⁹ eius. Et ex dispositione crurium. Et ex ipso dolore et est tactu. Et ex eo qd̃ ꝯuenit ⁊ qd̃ nõ cõuenit. Et egritudinibus quidem renũ associatur paucitas vrine. Et distinguit epatis egritudines que eis similantur ꝙ appetitus non omnino prostratus est.

¶ Ponit signa significantia egritudines vrine: ⁊ pꝫ. Significant̃. s. dispõnes renũ. Subtilitate sua. i. substantia. Paucitas vrine. Paucitas. s. vtplurimũ. Nõ oĩno ꝓstrat⁹ est. s. in egritudine renũ.

¶ Et ille qui mingit vrinã ꝑpter quã multotiẽs surgit ad mingendũ in renibus eius est egritudo.

¶ Ponit duos cañ. Scd̃a ibi (Et similiter.) ¶ Dicit primo ꝙ qñ aliquis multũ mingit ⁊c̃. ratio q2 est debilitas retentiue.

¶ Et similiter est in illo qui habet sedimen carnosum ⁊ capillosum ⁊ herbinum.

¶ Ponit alium cañ. ⁊ patet. Ista est sñia afoꝛ. 4. parti. Quib⁹ vrina grossa quasi carnium frusta.

¶ De signis caliditatis renũ. Cap. 4m.

Significat̃ caliditas renũ ex icẽsiõe vrine sicut sua rubedine ⁊ sua citrinitate: deide ex puatione piguedinis totius corpis: ⁊ ex caliditate tact⁹: ⁊ ex veloci accessu apatũ ⁊ maxime calidoꝝ: ⁊ multo desiderio coeũdi ⁊ siti nimia.

¶ In pcedẽtib⁹. A. posuit anathomiã renũ: ⁊ determinauit de egritudinib⁹ renũ in gñali: hic in spãli determinat de vniu'ib⁹ dispõnib⁹ renũ. Et facit qnq3 sicut qnq3 sunt egritudines vniu'es de q̃b⁹ determinat. Et pmo de malis cõplexionib⁹. Scd̃o de extenuatiõe renũ. ibi (Qñq3 accidit.) Tertio de debilitate renuꝫ. ibi (Debilitas renũ.) Quarto de vẽtositate. ibi (Generat̃.) Quinto de dolore. ibi (Fit.) / Primo determinat de malis cõpl'onib⁹ cal'a ⁊ frida q̃tuꝫ ad signa. Scd̃o q̃tũ ad curã. ibi (Signa.) ¶ Dicit pmo ꝙ cognoscimus caliditatẽ in renib⁹ per vrinã qñ vrina est incẽsa sicut cognoscimus extenuationẽ corporis per caliditatẽ que percipit̃ per tactũ ⁊c̃. Patet. ¶ Nota vt habet̃ pmo cañ. fen. 2. de colorib⁹ vrine. oĩs gradus citrinitatis vsq3 ad igneũ significat caliditatem: ⁊ ideo per vrinã citrinã igneã vel rubeã significat̃ caliditas. Priuatione piguedinis totius corporis: q2 pinguedo fit a frigido: caliditas aũt ꝯsumit ⁊ nõ dimittit fieri pinguedinẽ. Et desideriuꝫ coeũdi ꝑpter caliditatẽ pruritũ facientẽ: ⁊ sitis ꝑpter caliditatẽ.

¶ De cura. Cap. 5m.

Cura eoꝝ est exhibitio lactis asine in potu ⁊ caprarũ nutritaꝝ in domo ⁊ herbe ꝯuenientes fride: ⁊ det̃ ẽt lac de quo extctũ est butyrũ nisi timeat̃ vitiuꝫ lapidis: q si timeat̃ aqua cicerũ det̃ ⁊ oẽ ius ⁊ glutinũ ⁊ que cognita sunt. Et qñ clysterizat̃ cum aqua frigida ⁊ oleo se. alkekengi erit bonũ. Et similiter emplastra facta ex illis ⁊ vnctiones ex vnguẽtis frigidis. Et camphora est vtilis valde in cura caliditatis renũ. Et scias ꝙ sitis in hac complexione succedit que nõ sedat̃ ex potu aque frigide.

¶ Ponit curam. Primo male cõplexionis calide. Scd̃o frigide. ibi (Iuuamentũ.) ¶ Dicit pmo ꝙ debes exhibere lac ⁊c̃. Herbe frigide vt lactuca ⁊ hmõi. Glutinuꝫ. i. gelatia. Alchete. i. solatri. al's. i. melonis viridis. In hac cõplexione. s. calida. Non sedat̃ aqua frigida: q2 ipsa non attingit renes.

¶ De signis frigiditatis renũ. Cap. 6m.

Significat̃ friditas renum ex discoloratione vrine ⁊ totius corporis ⁊ paucitate coitus et ex debilitate renum similitudinẽ habẽtiũ cũ renibus senum. Et his quidem superueniunt egritudines frigide ⁊ nocentur a frigidis.

¶ Ponit signa male cõplexionis fride renũ ⁊ dicit ꝙ vrĩa est discolorata ⁊ corp⁹ est liuidũ albũ. Superueniũt egritudines. i. chronice. Nocet̃ a fridis: q2 oĩs imoderata discrasia ledit̃ a similib⁹.

¶ De cura. Cap. 7m.

Iuuamentũ illius est clystere ex vnguẽtis calidis adipũ ⁊ butyri vaccini ⁊ olei sisamini et olei baucie ⁊ alkekẽgi ⁊ amigdalaꝝ amararum ⁊ cartami ⁊ fenugreci ⁊ anheti ⁊ adipis dab ⁊ olei lauri ⁊ olei auellanaꝝ ⁊ phsticoꝝ ⁊ olei costini ꝑpe. Et qñq3 ꝓmiscent̃ aq̃ eoꝝ cũ oleo ſꝫ q̃titatẽ sufficiẽtẽ ad clystẽ faciẽdũ. Et sumant̃ iterũ empl'a medicinaꝝ calidaꝝ sũma quaꝝ ẽ aggregata. Et cyminũ est iuuatiuũ valde in cura friditatꝫ renũ ⁊ ꝓprie cũ medicinis mistũ sup quas dñium hꝫ. Et clystẽ cũ oleo costino est laudabile: ⁊ sequẽs est illd̃ in virtute albabre ⁊ alcadra ⁊ phistici ⁊ adeps caude arietũ qñ fit clystere cũ eo est vltimũ in calefaciẽdo renes ⁊ ꝯfortãdo.

¶ Ponit curam male cõplexionis frigide: ⁊ pꝫ. Adipuꝫ calidarum vt castrati ⁊ hmõi. Bucie. i. pastinace. Dab est animal simile lupo. Aque. i. decoctiones. Aggregata. s. in secũdo cañ. Ihedabegi. i. fe-

nugrecum.Alchedra est piper nigrum.

De extenuatiõe ⁊ vetustatiõe renũ. Cap.8m.

Qñdoqȝ accidit renib⁹ extenuatio ⁊ vetustatio que dicit̃ cedebul ⁊ diminuit̃ eius substãtia. Et qñqȝ nõ remanet piguedo sup malã cõplexionẽ ⁊ nimiũ coitũ ⁊ purgationẽ.

Hic determinat de extenuatiõe. Prio notificat ꝗtũ ad nomẽ ⁊ cãs. Scḋo ꝗtũ ad signa.ibi(Signa.)Tertio ponit curã.ibi(Juuamentũ eoꝝ.) Dicit ꝑmo ꝙ renes aliqñ vetustant̃ q₂ extenuant̃: vt pȝ de pane bene vetusto qui exiccat̃ ⁊ ꝯsumit̃. Adubub est scḋa spẽs ethice. Et nimiũ coitus.s.precedentem.

De signis. Cap.9m.

Signa sunt casus coitus ⁊ albedo vrine ⁊ frequenter vrinare ⁊ debilitas iliorum ⁊ dolor extensiuus in illo: ⁊ quandoqȝ erit cum illo grauitas corporis.

Ponit signa ⁊ dicit ꝙ hȝ gomorreã sepe ⁊ hmõi. Casus coitus.i. descensus seminis. Dolor extẽsiuus.s.qñ ibi generat̃ vẽtositas.

De cura. Cap.10m.

Juuamentũ eoꝝ est comedere medullas nucum cũ zucchabaro ⁊ nuces indas ⁊ auellanas cuȝ phisticis ⁊ papauere ⁊ cicere: ⁊ fabe ⁊ faseoli cõferunt: ⁊ adeps gallinarũ ⁊ anserum ⁊ renum hedoꝝ ⁊ panis calidus. Et misceant̃ cũ istis medicinis diuretica: ⁊ species cõfortatiue si sint materie effuse ad renes. spẽs eni virtutẽ mouent. Et quandoqȝ miscent̃ cũ illis sicut lalec.i.res que masticantur diu: ⁊ res viscose ⁊ que habent saporẽ de sen vt cõfortetur substantia carnis: ⁊ iuuat̃ cuȝ cibis in quibus sit lac vaccinũ admistũ: ⁊ lac decoctũ cum sua tertia aut quarta de tereniabin. Et quãdoqȝ accipiunt̃ renes et decoquunt̃ ⁊ ꝓijcit̃ puluis specierũ donec bene ꝑparent̃. Et res que impinguari faciunt ⁊ cõfortant sunt spẽs ⁊ tanguebil. Juuant etiã eos clysteria que facta sunt ex carnibus arietũ cuȝ oleis bonũ odorẽ habentibus specierũ. Et olea medullarũ que dicta sunt ⁊ vnguenta caude arietũ ꝓprie. Et si fiant renes pingues erit maximũ iuuamentũ: ⁊ similiter que sunt ei similia. Clystere bonũ. Capita agnoꝝ pinguiũ ponant̃ in olla cum aque kist.j.⁊.5.⁊ claudatur cuȝ luto forti ⁊ ponat̃ in furno spatio.xxiiij.horarũ quousqȝ separet̃ caro ab ossib⁹ per se ⁊ misceat̃ cũ eo butyrũ ⁊ zambac ⁊ paruȝ succi porroꝝ: ⁊ cũ decoquit̃ cũ illo corallus ⁊ ascek.s. tribulus ⁊ mugat ⁊ fenugrecũ ⁊ semẽ papaueris ipsi⁹ qḋ melius est valet plus. Et cũ necessariũ fuerit plus calefacere ponat̃ in eo oleũ alkerua ⁊ oleum costi: ⁊ si equale volueris facere ponat̃ oleũ cartami. Et iteruȝ si fiat clystere cũ lacte recẽter mulcto ꝯfert valde. Et si est necessaria calefactio ad ignẽ parũ fiat. Nos iam dicemus in antidotario clysteria alia ⁊ electuaria medicinarum valentia ad hoc.

Ponit multas medicias: ⁊ pȝ. Diuretica vt semina cõia frida. Si sint mãe effuse.i.debẽtes effundi. Mouet.i.confortat. Lalec.i.res que masticant̃ diu. De sen.i.rapa. Tereniabin.i.mãna. Medullarum.i.nucleoꝝ. Kist est põdus.xviij.ʒ. Zãbach est qḋdã oleum.al's est terbẽtina al's est gũma iuniperi. Ascek.i.tribuli. Mugat.i.ꝯsolida. Papauer triũ.s.albi nigri ⁊ rubei. Alcherua.i.de cataputia.

De debilitate renum. Cap.11m.

Debilitas renũ fit cã cõplexionis alicuius: cuius deterior est illa que cõfirmata est. Et fit qñqȝ ꝑꝑ extenuationẽ: ⁊ qñqȝ fit ꝑꝑ dilatationem meatuum ⁊ eorum aperitionẽȝ ⁊ mollificationẽ quã eoꝝ acqsiuit essentia: ⁊ est debilitas ꝓpria eis ambob⁹: ⁊ est illa cã cui⁹ deficiũt in colãda aquositate ab eo qḋ ei associat̃ vsqȝ ad renes: ⁊ qñqȝ sunt vene incolumes: ⁊ qñqȝ nõ sunt. ⁊ cã illius est sicut multitudo coitus ⁊ sicut multitudo stupefacientiuȝ: ⁊ multitudo vrine ⁊ statio in equis ⁊ ipsoꝝ equitatio absqȝ gradatione ⁊ ꝯsuetudine: ⁊ ꝓpter laborẽ aduenientẽȝ renibus: ⁊ ꝓpter percussionẽ: ⁊ huius quidem generis est ascellatio plurima ⁊ incessio precipue pedib⁹.

Determinat de debilitate renuȝ. Prio ponit cãs. Scḋo signa.ibi(Illa que est.)Tertio curã.ibi(Cuȝ rõ.) Dicit ꝑmo ꝙ debilitas renũ: vel fit a mala cõplexione: ⁊ illa est mala cã maxime qñ mala cõplexio est ꝯfirmata. Scḋa cã est extenuatio. Tertia est dilatatio meatuũ ⁊c. Ambob⁹.s.renib⁹. Qḋ ei associat̃.s.de sanguine. Cã illius.s.debilitatis ꝓpter caliditatẽ ⁊ mollitiẽ. Incessio.s.multa.

De signis. Cap.12m.

Illam que est causa cõplexionis significant signa cõplexionis. Et que est cã extenuationis significãt signa extenuationis. Et cũ illa que est ꝓpter dilatationẽ meatuũ ⁊ mollitiẽ carnis eoꝝ nõ est dolor nisi quãdoqȝ ⁊ minorat̃ cũ ea appetitus cibi ⁊ est vrina ante digõneȝ ⁊ aduentũ ad venas fm plurimũ aquosa. Cũ aũt cib⁹ ꝑuenit ad venas: tunc fm plurimuȝ fit exitus sang. ⁊ humiditatum grossarum cũ vrina. Et est plurimũ vrine eius sicut lotura carnis grosse: qm̃ ipse nutrit̃ cum eo qḋ currit ad ipm ⁊ nõ discernit̃ grossuȝ a subtili. Et accidit multotiens vt subsideat sanguineitas ⁊ apparet res similis spume maris. Et illud est quãdo vene sunt incolumes. Cũ ergo vene nõ sunt icolumes nõ discernit̃ aliquid: imo remanent cũ dispõne sua ꝓpter debilitateȝ digestiõis. Et comitant̃ qdẽ debilitatẽ renũ quocũqȝ modo sit ⁊ extenuationẽ eoꝝ paucitas vrine ⁊ defect⁹ in coitu ⁊ debilitas visus ⁊ dolor capitis.

Ponit signa ⁊ tria facit sicut triũ specierũ debilitatis renũ ponit signa. Primo excusat se a signis male cõplexionis. Scḋo excusat se a signis extenuatiõis.ibi(Et que.)Tertio ponit signa dilatationis meatuũ.ibi(Et cuȝ illa.) Dicit ꝑmo ꝙ debilitas ⁊c. De scḋo dicit ꝙ signa ⁊c. De tertio dicit ꝙ quãdo fit dilatatio in meatibus nõ est dolor nisi qñqȝ.s.cũ reciperẽt renes materiã. Et aduentũ.i. sanguis ad venas.s.ad epar. Ipse.s.ren. Vene.s.⁊ epar. Quocunqȝ modo.i.a quacũqȝ causa sit ⁊c.

De cura. Cap.13m.

Curatio ei⁹ que est ex cõplexione est cura cõplexionis in permutatione sui ⁊ eũone mãei si est. Et eius que est causa extenuationis cura est cura extenuationis.

Ponit curaȝ. Primo debilitatis facte a mala cõplexione. Scḋo ab extenuatione.ibi(Et eius qdẽ.)Tertio a dilatatione meatuuȝ. ibi(In ea.) Dicit ꝑmo ꝙ tu debes euacuare ⁊c.

Et in ea que est causa dilatatiõis ⁊ est debilitas vera: oportet vt sit intentio prohibendi causas dilatationis ⁊ conglutinandi ⁊ confortandi.

Ponit curã debilitatis prouenientis a dilatatione. Primo ponit intentiones habẽdas. Scḋo ponit curã iuxta intẽtiones.ibi(Et ꝓhibitio.) Dicit ꝑ ꝙ tres itẽtiões sũt hñde. Pria est ꝓhibitio ⁊c.

Et ꝓhibitio quidẽ causaꝝ dilatationis est dimissio mot⁹ ⁊ coitus ⁊ odire balneationẽ plurimã ⁊ declinare ad quietẽ ⁊ trãquillitatẽ ⁊ abhorrere diuretica.

Ponit curã. Prio per regimẽ qḋ hȝ ꝓhibere dilatationẽ. Scḋo per ꝯglutinatiua.ibi(Cõglutinatio.)Tertio per administrationeȝ ꝯfortantiũ.ibi(Cõfortãtia.) Dicit ꝑmo ꝙ debes ꝓhibere ⁊c.

¶ Conglutinatio vo fit cum glutinatiuis ⁊ stipticis et frigidis. Ex cibis quidem sicut sauicb ⁊ dactylis siccis ⁊ zarozis ⁊ cydonijs ⁊ cibo facto ex granatis cũ interiorib⁹ passularũ ⁊ cum adipe capraꝝ. Et eis que sugguntur ex congelatis factis ex eis que sunt sicut grana granatoꝝ ⁊ succi acetosi ⁊ muzi. Et acetũ bonuꝫ cum coriandro ⁊ ea que similia sunt eis. Et ex potib⁹ vinũ passum ponticum. Et ex medicinis vo sunt sicut succi stiptici permisti cum bolo armeno ⁊ gũmi. Et emplastra facta ex sauicb ⁊ casab ⁊ cydonijs ⁊ rosis ⁊ eis que currunt cursu eorum ⁊ vnguentis predictis ad debilitatem epatis ⁊ stomachi.

¶ Ponit medicinas perficientes scdam intentionẽ que est ꝯglutinatio: et pꝫ. ¶ Et stipticis frigidis sup. ⁊ cũ calidis sup. s. si debilitas esset ꝓpter vsum stupefacientiũ sicut sunt poma stiptica frigida sicut nespilla. Et ex eis. s. cibis. Et gũmi. s. arabico. Casab est arbocinus. Gũma est dragantum.

¶ Confortantia autem sunt ⁊ cibi ⁊ clysteria ⁊ confectiões impinguatiue dicte in capitulo extenuationis. Et oportet vt addantur in eis stiptica ⁊ ponantur in clysterib⁹ predictis sicut dactyli sicci ⁊ cydonia ⁊ administrentur in eis lac camellinum ⁊ ouinum. nã ipsa confortant renes aggregant eos ⁊ consolidant etiam. Et lacti quideꝫ ouino non est compar in egritudinibus renum propter debilitatem. Et proprie quando miscetur cum eo qđ est sicut bolus armenus. Et comedere renes cuꝫ reliquis cibis ⁊ permiscere cũ eis prohibentia est multi iuuamenti.

¶ Ponit ea que implent tertiam intentioneꝫ que erat confortatio ⁊ patet. In capitulo extenuationis. s. 4. cañ. fen. 7. Prohibẽtia. s. confortando eorum malitiam.

¶ De ventositate renum. Cap. 14m.

Generatur in renib⁹ vẽtositas grossa extendẽs eos ⁊ significãt qđ est vẽtositas dolor ⁊ tensio absqꝫ grauedine ⁊ nõ sunt signa lapidis. Et fit in eis mutatio quedaꝫ que minoratur cum est acuitas ⁊ ſm digestionẽ bonam.

¶ Hic determinat de ventositate renũ. Primo ponit causas. Secundo curam. ibi (Oportet.) Prima patet.

¶ De cura. Cap. 15m.

Oportet vt abstineat a cibis iſlatiuis ⁊ bibat diuretica resoluẽtia ventositates sicut semina ⁊ semẽ ruthe: ⁊ fagdÿ in aqua mellis aut in iulep ſm dispositionẽ ⁊ emplastretur cũ eis que sunt sicut cyminũ ⁊ calamentũ ⁊ anhetuꝫ ⁊ rutha sicca ⁊ vaporetur cum eis ⁊ inungatur cum costino ⁊ sambacino ⁊ similibus.

¶ Ponit curã: ⁊ pꝫ. Fagdy. i. agnus castus. Scđm dispõnem. s. calidam vel frigidam. Sambacino. s. oleo.

¶ De dolore renum ⁊ cura. Cap. 16m.

Fit ex apostemate aut vẽtositate aut lapide aut debilitate. Et quãdoqꝫ sequuntur dolores eoꝝ debilitas digestionis ⁊ casus appetitus ⁊ nausea. Et tu quidem iam sciuisti signa diuisionũ predictarũ ⁊ curationes earũ.

¶ Determinat de dolore renum. Primo ponit causas. Scđo curã. ibi (Cũqꝫ dolor.) Prima est clara. Predictarum. s. nausee debilitatis digestionis ⁊ casus appetitus.

¶ Cũqꝫ dolor fit vehemens: tũc superest tibi vti eis que sunt sicut philoniuꝫ ⁊ troci. stelle ⁊ ea que tramite isto ꝓcedũt tãdiu donec sedetur dolor: deinde curetur cũ ireos. Et tũc vehemẽter ꝯferũt ei qñ decoquuntur in eis medicine lenitiue ⁊ doloris sedatiue ſm ꝙ diximus in capitulo. Et opꝫ vt icipiat in administratiõe seminũ cuꝫ nõ iuenit excusationẽ ab eis in curatione renũ ⁊ vesice ⁊ ꝑcipue habẽtiũ vlcera. Verũ vti seminib⁹ cũ dolore timorosum est ꝑꝑ illud qđ accidit ⁊ descẽdit. Et studium in abstinendo iterum a narcoticis est magis necessarium: sit ergo ꝯtentus aqua tepida ⁊ sedatione absqꝫ lõgitudinem in administratione perducente ad stuporem ⁊ attractionem.

¶ Ponit aliquas medicinas. Partes patẽt. ¶ Dicit ꝑmo ⁊c. Et eis que tramite ꝓcedunt. s. in stupefactione: ⁊ tunc ponit aliud regimen: ⁊ pꝫ. In capitulis. s. in multis fen. Et opꝫ. Ponit aliã medicinã: ⁊ pꝫ. Et seminũ. i. cõium. Verũ. Ponit aliã medicinã. Qđ accidit. s. de nocumento. Descendit. s. a materia ⁊c.

¶ Tractatus secundus de apostematibus renum ⁊ solutione continuitatis.

¶ De apãtib⁹ calidis in renib⁹ ⁊ dubellati. Cap. pm.

Apostemata calida in renibus diuersificantur in materia. Quedã enim eoꝝ fiunt ex sang. grosso. Et quedam eorum fiunt ex sang. subtili cholerico.

¶ In ꝑcedẽtib⁹. A. determinauit de vniuersalibus iudicijs dispõnũ egritudinũ renũ. s. in ꝑcedẽti trac. In isto scđo trac. determinat de qbusdã alijs egritudinib⁹ renũ. Prio de apãtib⁹. Scđo de vlcerib⁹. ibi (Causa vlcerũ.) Tertio de scabie. ibi (De gñe.) Quarto de lapide. ibi (Cõicant renes.) Prio determinat de apãtib⁹ renũ calidis ⁊ fridis. Scđo de apãtibus duris. ibi (Qñqꝫ est.) Primo determinat de apãtib⁹ calidis. Scđo de fridis. ibi (Iꝑm ꝓuenit.) Primo determinat de apãtib⁹ calidis qꝫtũ ad cãs ⁊ diuersitates. Scđo qꝫtũ ad signa. ibi (Signũ.) Tertio qꝫtũ ad curã. ibi (Initiũ curationis.) Primo ponit diuersitates. Scđo ponit quedã iudicia siue cañ. ibi (Et oĩa.) Tertio põit cãs. ibi (Et cause.) Pria in tres sicut tres ponit diuersitates. 2a ibi (Et diuersificantur.) 3a ibi (Et rursus.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ apãta calida quedã fiunt ex sanguine quedã ex cholera ⁊c. ¶ Nota ꝙ nõ sunt plures materie calide qꝫ due. s. cholera ⁊ sang. ⁊ sic sunt duplicia apãta de materia cal'a quas materias ipse ponit. ¶ Nota ꝙ sanguis vadit per venas emulgentes ab epate ad renes.

¶ Et diuersificantur cã suoꝝ locoꝝ. Fiunt eniꝫ quedam ipsoꝝ in corpore renis. Et qdã accidũt ad latus ꝯcauitatis. Et qdã ipsoꝝ ad latus pãniculi velantis eos. Et iterũ quedã eoꝝ tendũt ad ꝑtẽ meatus emũctorij. Et quedã ipsoꝝ declinãt ad partẽ dorsi. Et quedã ad partes meatus qui est ad suꝑiora. Et iterũ qñqꝫ sũt in vnoquoqꝫ duoꝝ renũ. Et qñqꝫ sunt in rene vno.

¶ Ponit scđaꝫ diuersitatẽ ⁊ dicit ꝙ apostemata renũ diuersificãtur ex parte locoꝝ. Cõcauitas renũ est vbi decolatur vrina. Quedaꝫ tendit ad partes meatus. i. inferius versus poros vritides. Meatus qui est ad superiora. i. vene emulgentis.

¶ Et rursus qñqꝫ faciũt collectionẽ ⁊ qñqꝫ nõ faciunt collectionẽ. Et cũ collectionẽ faciũt aut rumpuntur qñ rumpuntur ad partẽ vesice ⁊ est melius oib⁹. Aut ad itestina expulsione facta a nã ab eis ad itestina sicut expellit nãm pleuresis in ossa lateris ad illud qđ apparet de corpore. Et qñqꝫ fit ſm semitam reditionis ad epar: deinde ad meseraicã: deinde ad itestina. Et expulsio que fit ad itestina quali tercũqꝫ fit est mala valde. Aut expellit ad spatium ꝯcauitatis ⁊ loca vacua ⁊ indiget ꝑforatione educente illud: aut nõ rumpuntur et remanẽt in eis: ⁊ hec etiã curantur cũ apertione.

¶ Ponit aliã diuersitatẽ ⁊ dicit ꝙ qdã apostemata faciũt cupũ ⁊c. Et aliqñ rumpuntur ⁊ aliqñ nõ faciũt collectionẽ. s. apostemata calida renuꝫ: ⁊ melius oibus qñ rumpuntur versus vesicam: tunc per vrinam expellitur sanies ad illud qđ apparet de corpore. s. extra.

¶ No. ꝙ aliqñ rumpit apostema versus epar: ⁊ tũc talis mã trãsmittitur ad epar: ⁊ postea ad meseraicas: ⁊ postea ad intestina. ¶ Qualitercũqʒ fiat. i. siue fiat per reditum ad epar: siue imediate est mala. s. per cõparationẽ ad transmissionem que fit ad vesicam ad loca vacua vt ad pectus vel ad ventrem. Cum aperitione. s. facta cum medicinis aperitiuis.

¶ Et oĩa qdẽ renũ apata velocia sunt ad hoc vt in lapidẽ ꝯuertant: ⁊ qũo nõ cũ ipsa sunt cã lapidis.

¶ Ponit iudicia siue canõ. pronosticos. Scõa ibi (Et tamẽ.) Tertia ibi (Et fortasse.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ oĩa apostemata renuʒ sunt causa velocis permutationis ad lapidem. Cum ipsum. s. apostema. als cum ipsa. s. apostemata vel loca renum.

¶ Et cũ apa calidũ est in rene ⁊ illud nõ sit vacuum a feb. deinde accidat cõmistio rõnis: tũc illud est cã cõmunitatis velaminis magnitudinis apatis ⁊ est mortale: ⁊ ꝓprie quãdo accidit significatio mala. nã illud est ꝓpter cõitatẽ malam. Qr si accidat significatio bona tũc expectat ruptura ad salutẽ.

¶ Ponit 2m iudiciũ ⁊ dicit ꝙ quando est apostema calidũ renibus ⁊ est feb. ⁊ fit permistio rõnis ⁊c. pʒ. A febre. s. forti. Permistio rationis. s. ꝓpter nocumentum cõmunicatuʒ cerebro. Velaminis. i. diaphragmatis. Signa mala. s. de signis indigestionis ⁊ alijs malis signis. De salute. i. salutifera.

¶ Et fortasse egredit in hmõi de pinguedine renis aliquid. Et fortasse egredit sicut pilus rubeus in longitudine vnius palmi ⁊ plus.

¶ Ponit 3m canõ. ⁊ dicit ꝙ aliqñ egreditur de pinguedine ⁊c. In huiusmodi. s. apostematibꝰ calidis. ¶ Nota ꝙ quãdo est apostema calidũ descendit sanguis simul cũ aquositate ⁊ fit adustio in ipso: ⁊ qr talis materia est longa: ideo cõtinuat cũ adustione.

¶ Et cãe qdẽ apatis sunt repletio in toto corpore: aut in mẽbris cõicantibꝰ eis: aut ꝓpter quãtitatẽ sang. aut qualitatẽ eiꝰ: aut excoriationẽ lapidis: aut retentionẽ vrine apud renes extendentẽ ⁊ alia: repletio nãqʒ hec apat renes. Et apatibꝰ qdẽ calidis in renibꝰ velociter aduenit iduratio: ⁊ tũc apparẽt signa idurationis. Et facit qñqʒ icurrẽ apata strictura lũbaris in medio.

¶ Ponit cãs apostematũ calidoꝝ renũ: ⁊ pʒ. Lapidis. i. factũ a lapide: qr lapis excoriauit. Retinetur vrina. s. qñ est oppilatio in poris euritidibus. Et alia. s. ꝓpter casum vel percussionem. Als ⁊ alia. i. ꝓpter aliã repletionẽ. Accidit velocior induratio: qr ibi est caliditas magna adurens. Lumbaris. i. brachery.

¶ De signis. Cap. 2m.

Signũ apatis calidi in renibꝰ est feb. iseparabilis que hʒ remissiões ⁊ cõmotiões inordinatas quasi sint ꝑncipia qrtane. Et pulsus non hʒ miorationẽ in iceptiõe paroxismoꝝ eiꝰ quã hʒ in iceptiõe reliquarũ feb. ⁊ est feb. eiꝰ cũ frigore extremitatũ ꝓpe manuũ ⁊ pedũ. Et fit illic horripilatio cõmiscẽs inflãmationẽ ⁊ sensibilitas extẽsionis ⁊ grauitatis apud partẽ renis semꝑ ⁊ nocumẽtũ ab oĩ diuretico acuto salso ⁊ acetoso: aut iflãmatio ſm mãm.

¶ Declarat de signis apatũ calidoꝝ renũ. Primo ponit signa absolute apatis calidi. Scõo ponit signa loci apostematis. ibi (Et dolor.) Tertio ponit signũ ab vrina. ibi (Urina.) Quarto ponit signa loci in dextrũ ⁊ sinistrũ. ibi (Et scit.) Quinto ponit signa apatis saniati. ibi (Cũqʒ apostema.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ qñ apostema calidum fit in renibꝰ hõ hʒ feb. ꝯtinuã ⁊c. ¶ Nota ꝙ nõ semꝑ est feb. iseparabilis: sed vtplurimũ hʒ remissiones ⁊ cõmotiones. s. ꝑꝑ vapores putridos acutos sepe cõicatos musculis spondiliũ. Nõ hʒ minorationẽ in inceptione paroxismoꝝ: qr nõ suffocat calidũ nãle. Cuʒ frigore extremitatũ ꝓpter cãm dictã. s. qr calor retrahit ad intra cõmiscens. Inflãmationẽ. s. propter mãm que mota suffocat. Aut inflãmatio ꝓpter vel ſm mãm. s. magis calidã.

¶ Et dolor q cõmouet ⁊ sedat ⁊ ꝓprie si fuerit aldubellati. Et dolor q magis qetꝰ est: est cũ fit apostema in corpore renis. Cũ aũt est apud pãniculũ ⁊ apõ suspẽsoriũ magnificat dolor ⁊ fit fortꝭ ⁊ ꝓhibet erectionẽ ⁊ tussim ⁊ sternutationẽ ⁊ debilitatẽ ꝑparatiõis eiꝰ in quo nõ est ꝯfirmatũ sup locũ suũ: ⁊ qñ resupinat est dolor leuior qʒ sit cũ iacet sup vẽtrẽ: ꝓpterea qr suspẽdit renẽ: ⁊ est eiꝰ ꝑparatio leuior ipsi. Et qñqʒ fit fortꝭ feb. huiꝰ egritudinis ꝑꝑ magnitudinẽ apatis ⁊ ꝑducit ad cõmistionẽ sensus ꝓpter cõitatem velaminis ⁊ ad vomitũ cholere ꝓpter cõmunitatẽ stõchi ad epar. Et qñqʒ ꝯtinuat dolor faciei ⁊ oculi ⁊ retinet vẽter propterea ꝙ coarctat materiã in intestinis.

¶ Ponit signũ sumptũ a loco apatis: ⁊ pʒ. Nota ꝙ qñ apa est apud suspẽsoriũ cui suspẽdunt renes fit extẽsio ⁊ aggrauatio: ⁊ ẽt qr est maxime sensibilis talis pãniculus: hinc est ꝙ fit dolor. Fit sternutatio ꝑꝑ nocumentũ cõmunicatũ a diaphragante ipsi cerebro per neruũ reuersiuũ. ¶ Nota ꝙ non quiescũt anteqʒ sint fixi super lectum: qr fit minor dolor. ¶ Dubellati. s. minime qescit nec cõmouet: qr nã adiuuat ad expulsionẽ. Et debilitatẽ ꝑparationis. s. eoꝝ super lectum quãdo homo stat supinus renes stant appodiati ad dorsum ⁊ nõ fit tantus dolor. Suspendit ren. s. accubitus sup ventrem. Preparatio eius. s. iacendi sup dorso. Fortis. i. difficilis. Velaminis. i. diaphragmatis. Ad vomitũ cholere. s. ꝓpter materias inde euaporantes. Materia. i. apostema.

¶ Urina ṽo est alba deinde fit citrina ignea nõ ꝑmista: deinde fit rubea. Et quãdo aqua perseuerat alba indicat duritiẽ futurã aut ꝯuersionez aldubellati. Et ad vltimũ quãdo vrina in hac egritudine est alba viscosa ⁊ perseuerat ſm hoc est significatio mala. Et qñ rubet aqua ⁊ residet in ea sedimen laudabile: tũc obedit apostema digestioni absqʒ cõuersione ad rẽ aliaʒ. Et quãdo pertransit apostema maturationẽ in ꝑmis diebus ⁊ remanet vrina clara tenuis: tunc apostema est in via faciẽdi collectionẽ aut via indurationis.

¶ Ponit signũ sumptũ ab vrina: ⁊ pʒ. Urina est alba. i. remisse tincta. s. ꝓpter mãm que penetrat in subam renũ ad locũ apostemosum: ⁊ iõ remanet aquositas pura nõ permista. i. nõ habẽs multaʒ permistionẽ humoꝝ. cã est qr mã est cruda circa ꝑncipiũ. Perseuerat alba. s. stante apate. Signa mala: qr significatur ꝙ humores trahunt ab apostemate ⁊ ipm magnificant. Ad diẽ illã. s. malaʒ. s. vt ad duritiẽ vel ad collectionẽ sanguinosam.

¶ Et scit ꝙ apostema est in corpore renis: aut prope pãniculũ ſm ꝙ diximus in eis que ꝑterierũt. Et scitur ꝙ apostema est in rene dextro aut sinistro: qm̃ iacere sup latus eiꝰ facilius est qʒ iacere sup oppositũ sibi ꝓpter suspẽsionẽ suã. Et iterum qr si ꝓtendit dolor ad ꝑtes epatis: tũc apostema est in dextro: ⁊ si extenditur ad partẽ vesice tunc apostema est in sinistro: ⁊ si sunt signa oĩa simul tũc apostema est in ambobꝰ simul.

¶ Ponit signa loci qñ apostema est in dextro vel in sinistro ⁊ dicit ꝙ cognoscit ad accubitũ: qr facilius est iacere sup latus apatũ qʒ nõ apatũ. Similr si est in rene dextro ⁊c. Sup latus. s. apatis si extendit ad sinistrũ fit nocumentuʒ in vesica: qr magis sibi cõicat qʒ ren dextruʒ. ¶ Nota ꝙ in aliqbus apatibus difficilius est iacere super latus infirmũ qʒ super sanũ vt in pleuresi ⁊ peripleumonia: sed si est apostema in renibus tũc minorat dolor qñ iacet sup latꝰ apostemosum: qr tunc ren appodiat ⁊ minorat dolor.

¶ Cũqʒ apostema fit aldubellati magnificat grauitas valde ⁊ sentit grauitas quasi sphera grauata in vẽtre ⁊ accidit inflatio in locis vacuis ⁊ accidẽtia fiunt fortia ⁊ sentit punctura vehemẽs in vẽtre. Cũqʒ apostema qdẽ est in sinistro: tũc sentit sup iguina duo ⁊ magnificat dolor in lacerto dorsi in toto isto. Et qñ maturat alleuiat feb. ⁊ augmẽtat horripilatio ⁊ igrossat vrina ⁊ multiplicat in ea sedimẽ bonũ. Et qñ rumpit apostema remouent feb. ⁊ rigor oĩno. Et si sanies est

alba lenis nō fetida ⁊ egrediẽ cū vrina: tunc adeo bonum est ꝙ melius esse nō pōt. Et simil'r si est sanguis ⁊ pus album ⁊ id quod est diuersum ab hoc est deterius ſm diuersitatem sui.

¶ Ponit signa apatū renū qñ saniant: ⁊ pz. Fit dubellati. i. apostema saniosum. Sphera aggrauatiua. i. sicut lapis rotundus aggrauans. In locis vacuis. i. circa ilia. Sunt accidentia fortia. s. in principio. Sentitur. s. dolor. Duo. s. dexter ⁊ sinister. In toto isto. s. apostemate. Annuntiatur. s. oppilatio.

¶ De cura. Cap. 3m

Nitiū curationis est abscissio cāe per flōmiā ex basilica si san. est vincens. Et qñq3 est tibi necessariū vt ꝯsequaris id faciēdo flōmiam ex curuatura poplitis: ⁊ si nō apparet vena illa: tūc fiat ex saphena. Et per sol'onē vētris ēt si sunt cū san. illic hu. acuti calidi cū clysteribꝰ lenibꝰ factis de mucilaginibus q̄ztū pol'e est. Et illud qđ melius soluit est aqua casei ⁊ cassia fistu. Et in aqua qdem casei est declinatio mãei ad itestina ⁊ ablutio ⁊ abstersio ⁊ infrigidatio ⁊ maturatio ⁊ rectificatio in vlceribꝰ. Et in cassia fistula est solutio etiā ⁊ maturatio cū facilitate. Et aqua zucchari ⁊ mellis plurime cōmistiōis est huius ordinis. Et si est possibile vt hu. temperet: deinde solutione educat post est melius. Et opz ne solutio sit laboriosa fortis ⁊ magnificet nocumentu3 ꝓpter hu. plurimū effusum ad intestina vicina renibꝰ. Et aqua qdem ordei est ex eis quibus est adherendū in ea. Et oportet vt nullo modo dimittas.

¶ In p̄cedentibus Aui. determinauit de apostematibus renū q̄ztū ad cās diuersitates ⁊ signa: hic q̄ztū ad curā. Et p̄mo ponit curam apatū calidoꝝ qñ nōdū venerūt ad saniationē. Scđo qñ venerūt ad saniationē. ibi (Cura aūt.) Primo ponit curā intēdēdo ad egritudinē. Scđo intēdendo ad accidētia. ibi (Et si illic.) Primo ponit res ꝯueniētes ad apata calida renū. Scđo ꝓhibet res incōueniētes. ibi (Et nō des.) Tertio reuertit ad ponēdū curā ſm tēpora. ibi (Et opz.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ intētio curatiua est remotio cāe que remouet aliqñ per flōmiā si expedit vel per euacuationē cōuenientem ⁊c. Plurime cōmistionis. s. cum aqua.

¶ Et nō des in potu semina ⁊ pillulas que ex eis fiunt ⁊ ꝓprie corpore nō mūdificato. hu. n. effundunt tunc ad renes: donec cū verificat maturatio ꝓuoces.

¶ Prohibet res incōueniētes. Primo facit hoc. Scđo ꝯcludit qđdam correlariū. ibi (Et pp illud.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ tu nō debes dare in potu diuretica ⁊c. Semina. s. diuretica. Pillulas. s. fortiter euacuatiuas. Cum verificat maturatio collectionis. i. nō des ista diuretica nisi facta maturatione materiei ⁊c.

¶ Et ꝓpter illud opz vt ꝓhibeas potū aque q̄ztū possibile est. s. in hora simili huic hore q̄zuis sit ꝯueniens ſm equalē modū curatio ad mundificandū.

¶ Cōcludit correlariū. Primo facit h̄. Scđo ꝓbat qđda3 qđ dixit. ibi (Nā si aq̄.) Tertio ostēdit qual'r est vtendū aq̄ aliqñ qñ est necessitas. ibi (Et si necia.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ tu debes ꝓhibere ⁊c. q̄ztū pol'e est in hora simili huic hore. i. in hora principij de qua dixit in p̄ncipio capituli qđ initiū ⁊c. operat ꝯtriu3 q2 ipedit eo ꝙ mā d3 moueri ad intestina ⁊ aqua mouet ad renes. Scđm equale3 modum. i. cum medicina equali.

¶ Nam si aqua sit ꝯueniēs: ꝓpterea q2 infrigidat ⁊ humectat apata calida: verūtamē cū est taliter ꝙ ipellit ꝓuocationē ⁊ coartat versus eos ea que sūt effusa ad latus huius partis apatis ⁊ ad ꝯtrariu3 vie suo motu: tūc nocumētū est supra eius iuuamētum cā qualitatis sue. Et cū hoc associant cū ea ipsi hu. ad renes quoru3 descēsus ad eos fit facilis per ꝯueniētiam aque. Q2 si necessaria fuerit: tunc opz vt in potu det aqua dulcis frida: que suggendo per cottū vel per aliđ sumat. Et opz ne ita sit frigida vt ꝓhibeas maturationē: ⁊ abstineat a carne ⁊ dulcibꝰ. Aqua v̄o calida nocet eis. Et simil'r oē calidū actu qđ fortis est caliditatis. Et penitus aqua plurima nō euat quin laborare faciat renes suo icessu ⁊ motu. Et nō est vlceribꝰ ⁊ apatibus aliqd ꝯgruū sicut quies. Et balnea qdē nō ꝯueniunt eis nisi post declinationē apostematū calidoꝝ.

¶ Probat ꝙ nō ꝯferat aqua frigida. ⁊ arguit sic. Illud qđ h3 figere materiā ⁊ ꝓhibet ea3 euacuari ab extra nocet: sed aqua frida est hmōi: g̃ ⁊c. Maior est nota. Minor ponit in lr̃a. Qđ expellit. i. remouet ꝓuocationē. Eos. s. renes. Coartat: q2 figit mā3 in loco. Q2 si necessaria. Hic ostēdit modū dandi aquā frigidā qñ nō possumꝰ facere sine dando ipsam: ⁊ pz. Q2 si necessaria fuerit ⁊c. s. aqua frigida ꝓpter inflāmationē ⁊c. Aqua v̄o calida. s. nāliter vel etiā artificialiter. Et penitus alias ad vltimū.

¶ Et opz vt administret in primis ex eis que bibūtur. Et ex epithimatibꝰ ⁊ clysteribꝰ ⁊ alijs illud qđ est iuuatiuū: deide admisceat ei de eis que sunt abstersiua mollificātia ⁊ maturātia aliqd ſm magnitudinē apostematis ⁊ eiꝰ paruitatē: deide administrent abstersiua ⁊ mollificatiua. Et opz vt administrent de abstersiuis ⁊ mollificatiuis ea in qbꝰ nō existat mordicatio. Si v̄o necessaria supsūt fortiora mordicationē habētia ꝓpter magnitudinē apatis: tūc rectius est vt in eis vincat qđ mordicationē nō h3. Et simil'r si est illic humor viscosus euacuet. Et opz vt frangat cū cibis qui sunt de genere sorbitionū ꝯuenientibꝰ renibꝰ ⁊ apostematibꝰ: verūtamē sint de sūma eoꝝ que mordicationem nō habēt: qm̄ ipsi eis nutriunt. Et opz vt cognoscatur dispositio hu. in subtilitate grossitudine sua ⁊ in substantia sua an sint de genere corrupti aut sani aut hu. alterius: ⁊ in sua summa an sit multꝰ ⁊ paucus: ita vt opponant illi cū qualitate medicie aut cū quātitate eiꝰ. Et cū potes curare cū eo qđ est minoris acuitatis nō intendas ad aliud qđ sit acutius.

¶ Hic ꝓgredit ad ponendū curā ſm tēpora. Primo ponit curam breuiter. Scđo distinguit. ibi (Cūq3 apostema.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ tu debes administrare patet. Illud qđ est iuuatiuū: q2 infrigidatiuu3 ⁊ repercussiuū. Et frangat. s. malitia materie. Ipsi. s. renes nutriūtur eis. s. que non habent mordicationem.

¶ Cūq3 apostema integre maturat cuius cognitio est in vrina: tūc in potu dent diuretica sicut semina ⁊ pillule eoꝝ in aqua ordei ⁊ similibꝰ. Et ante illud nō detur in potu diuretica: ⁊ ꝓprie qñ humo. corporis sunt mali. Et qñq3 facit accidere sumere in potu illa grauitatem: sed nō cures inde: qm̄ potare illa ipsa remouet illud. Et p̄ma qdē qbꝰ fit curatio in rectificatione apostemat3 ⁊ in sol'one hu. mali sunt clysteria ⁊ potiones. Clysteria eni sunt magis ꝓuenientia ad ista cū fixione virtutis sue. Et cū hoc ipsa nō faciūt descēdere aliqd desup sicut descēdere faciūt ea que bibunt ⁊ ꝓprie solutiua. Et opz vt sit clystere lene p̄dictū in capl'o colice vt sit clystere facile nō coartās neq3 horribile ⁊ faciat lesionē ⁊ noceat. Et cassia fistula qdē est res congrua in curationibꝰ renū. nā cū ipsa ponit in clysteribus ⁊ eis que bibūtur euacuat sine labore ⁊ associat.

¶ Ponit curā apatū calidoꝝ renū distinctim. Primo ponit curam qñ appet maturatio. Scđo ostēdit a qbus est icipiēdū in cura. ibi (Et p̄ma.) Tertio ostēdit qd est fiendū corpore mūdificato. ibi (Et cū scis.) Quarto ponit res iuuātes in p̄ncipio ⁊ processu quando apostema est ex lapide. ibi (Et res.) Quinta ibi (Et illud quod fit.) ¶ Dicit p̄o ꝙ qñ apostema maturat qđ cognoscit per vrina3 ⁊c.

Integrẽ maturaꝛ sic.s.quando materia est educibilis per vrinaꝫ. Cognoscitur ex vrina:q2 in ipsa est pus ⁊ est in superiori parte. Ipsa.s.diuretica. Remouent illud.s.grauitatem inductam. Et pma. Ostẽdit a quibus est incipiendum in cura:⁊ patet. Et potiones.s. lenitiue. Ad ipsa.s.loca apostemata. Cũ fixione virtutis sue.i.non debilitando virtutem. Et associa.s.alia iuuamenta:al's associat.s. illam rem quã educit:ita ꝙ ista nõ remanet in ventre.

¶ Et cum scis ꝙ corpus est mundum ⁊ apostema est paruum:tunc fortasse sufficit tibi dare in potu aquam mellis aut aquã zuccbari plurime cõmistionis.nã absterstio ambarũ ⁊ earuꝫ incisio ⁊ subtiliatio fortasse resoluet ipsum sine mordicatione.

¶ Ostendit quid fiendum corpore euacuato. Ambaruꝫ.s.aqua zuccbari ⁊ mellis. Ipsum.s.apostema.

¶ Et res iuuatiue in principio sunt aqua ordei cũ oleo rosato aut oleo aliquo ⁊ succus salicis ⁊ succi frigidi ⁊ emplastra cũ subtiliatiuis ⁊ sumere in potu mucilaginem psilij. Et fortasse datur in potu lac. At si est inflatio opꝫ vt sit lac fm ꝙ narrauimus. Et post illud tũc administra clysteria ex altea ⁊ maluis ⁊ semine lini cum aliquo frigidoꝝ ⁊ oleo rosato. Et opꝫ vt administres emplastra ex farina ordei ⁊ sint cuꝫ ea viole ⁊ fabe. Et in fine dimitte frigida ⁊ adde fenugre.⁊ camomillaꝫ ⁊ similia ⁊ sit oleũ sisaminũ ⁊ oleũ de chartamo. Et emplastretur deforis cũ eo qd̓ est maturatiuũ ⁊ vehementioris calefactionis. Et ex illo est vt emplastrentur cum pãno lineo infuso in oleis calefactis ⁊ illis in qbus est virtꝰ anbeti ⁊ altee:⁊ sumantur emplastra ex farina tritici ⁊ aqua mellis decocti ⁊ ex folijs fenugreci ⁊ caulis ⁊ radice lilij ⁊ anbeto ⁊ altea ⁊ camomilla que appropriata sunt cũ lenitiuis. Et fortasse necessariũ est causa doloris vt ponatur in eis aliqd de papauere:⁊ cortices mandragore sunt conuenientes ad illud.

¶ Ponit res iuuantes in principio ⁊ in processu ⁊ posset diuidi in tot partes quot medicinas ponit:legatur tota simul. Cuꝫ subtiliatiuis.s.mistis cũ lenitiuis frigidis. Et post illud q2.s.in augmento. Et in fine eius q2.s.in statu vel declinatione.

¶ Et illud qd̓ fit ex apãte ꝓpter lapidem opꝫ vt regatur regimine illius loci cũ eo qd̓ dicemꝰ. Et nõ est nisi regimẽ doloris cũ cõmouetur ⁊ ꝓprie apud vesicã pp magnitudinẽ lapidis in ea aut excoriationis asperitatẽ:⁊ quãdoqꝫ sedatur cum bal.⁊ tina. Cũqꝫ superfluit ⁊ mollificat redit dolor vehemens post horam. Et embroce facte ex camomilla ⁊ melliloto ⁊ altea et ex furfure sunt iuuatiue valde.

¶ Ponit curã specialiter qñ apostema est ꝓpter lapidẽ:q2.s.propter lapidẽ sunt renes debilitati ⁊ est factũ apostema illius loci.i. ꝙ dicitur in illo loco.s.infra ca.de cura lapidis. Post horã:q2.s.plus attrahitur de mã ꝓpter balneũ.

¶ Et si est illic retẽtio aliqua nãe:tũc illud qd̓ rectius est/est extractio fecis cum colyrio aut clystere nõ magno qd̓ coarctet aut dolorẽ faciat:imo magis diligo vt colyriuꝫ in lenificatione nãe sit lenitatis plurime ⁊ sedet dolorẽ:⁊ nõ est via ad administrãdũ solutiuuꝫ: qm̃ dolorẽ facit ⁊ nocet per id qd̓ descẽdere facit desuper. Clystere aũt cũ in eo ponuntur adipes ⁊ vnctuosa ⁊ ꝯfortatur eiꝰ mollificatio ⁊ ꝯfortatur eiꝰ ꝓuocatio facit cũ solone lenificationẽ ⁊ frangit dolorẽ.

¶ Intẽdit ad accidẽs. Primo ad stipticitatẽ vẽtris. Scd̓o ad dolorem.ibi(Et opꝫ.) Prĩo facit h̓. Scd̓o ponit empl'a.ibi(Et ex emplastris.) Prima pꝫ. Retẽtio nãe.i.stipticitas vẽtris. Cũ colyrio.i. cũ suppositorio. Desup.i.a parte superiori versus renes.

¶ Et ex emplastris fortibus in maturãdo aldubellati accidẽte in renibꝰ sunt ficus elixate cũ aqua mellis:⁊ si necessariũ est vt ꝯfortetur cũ mezereon ⁊ ireos fiat. Et ex potionibus expertis est illud qd̓ recipit seminis lini pondus.ij.aur.amili aur.j.⁊ est.ij.dosis. Et qñ cõpletur maturatio tunc administrentur diuretica que bibantur ⁊ ex qbus fiat clystere. Et ex emplastris quideꝫ est emplastrum factum ex camepitheos ⁊ polio ⁊ prassio et petrosillino ⁊ squinanto ⁊ spica.

¶ Ponit emplastra ⁊ pꝫ. Emplastris.i.maturatiuis.

¶ Et opꝫ vt tu assidue vtaris in dispõne doloris ⁊ sedatione suspẽsorijs eius sedatiuis que diximus multotiens. Et qñ est clystere extrahens feces sedãs dolorẽ per hoc ꝙ facit descendere illud qd̓ cõprimebat ꝓpterea ꝙ lenit. Et si nõ facit illud necessariuꝫ est vt alleuietur sicut cũ flõmia ⁊ vẽtosis positis cuꝫ facilitate inter chatim ⁊ dorsum. Deĩde fiat scalpellatio ⁊ vaporetur locus cũ lana ĩfusa in oleo calido in quo decocta sunt sicut altea ⁊ abrotanuꝫ ⁊ camomilla. Et necessariũ est vt emplastretur cũ eis que sunt sicut semen lini ⁊ similia. Et qñqꝫ necessariũ est tibi vt emplastretur cum eis que sunt sicut polium ⁊ olibanũ ⁊ herbus ⁊ cera ⁊ oleũ de lilio. Et qñqꝫ est tibi necessariũ vt ponas medicamen penetratiuũ:ita vt ponas vẽtosas ⁊ scalpelles leuiter:deĩde vapores cũ vaporatione p̄dicta. Et fortasse necessariuꝫ est tibi vt tribuas in potu semina diuretica frida cũ paucis calidoꝝ subtiliũ ⁊ aliq̃ narcoticoꝝ:sicut anisuꝫ cũ herbo ⁊ opio ⁊ sicut philoniũ. Ipm eni est melius medicamẽ in hm̃oi loco.

¶ Docet succurrere dolori ⁊ ponit medicinas:⁊ pꝫ. Suspensorijs eius sedatiuis.i.debes applicare medicias sedatiuas doloris. Ut alleuietur.s.dolor. In hoc loco.s.in sedatione doloris.

¶ Cura autem proprie aldubellati cum sciueris ꝙ necessarium est vt collectionem faciat est:quoniam opꝫ vt tu adiuues cum maturatiuis que diximus. Et addas in eis virtutẽ cum eis que sunt sicut gluten albotin ⁊ vrtica ⁊ absinthiũ ⁊ ireos ⁊ farina herbi. Et qñqꝫ ponũtur in eis ea que sunt sicut radix vitis albe ⁊ mezereon ⁊ fimus columbinus. Et quandoqꝫ sufficit in ea decoctio ficuum cũ melle. Et opꝫ vt vtaris in clysteribus ⁊ in potibus eis que maturant cũ fortitudine ⁊ administres vaporationes p̄dictas confortatas cũ eis quibus oportet eas confortari.

¶ Ponit curã qñ iã apã est saniatũ. Et p̄ facit hoc. Scd̓o ponit curã malitie cõplonis que cõplicatur.ibi(Et multotiens.) ¶ Dicit p̄ ꝙ qñ apostema venit ad rupturã vel exiturã ⁊c. virtutẽ.s.aptionis.

¶ Et multotiens quidẽ est cã tarditatis maturationis malitia cõplexionis calide inflãmate. Cũqꝫ equatur maturatio ⁊ illud fit cum eis que sunt sicut genera lactis ebibita ⁊ clysterizata ⁊ reddita ad maturationem faciendã super res frigidas natura calidas per accidẽs sicut est aqua calida in qua fiat encatisma:tunc si non rumpitur administra rupturã facientia ⁊ clysteria acuta vsquequo ꝑuenias ad illud in quo ponuntur elleborus ⁊ sicidis ⁊ alia. Et illud qd̓ exterius est rege cũ vaporationibꝰ ⁊ emplastris deforis ⁊ adhibe diuretica fortia:sicut est acorus ⁊ semen agni casti. Et eis quidem vtrisqꝫ est proprietas in hoc prouocant cũ virtute laboriosa. Deinde administra ea que incarnant de medicinis preparatis ad vlcera renũ ⁊ ego dicã ea.

¶ Ponit curaꝫ qñ cum exitura est mala cõplexio:⁊ pꝫ. Et sicidis.i.

cucurbita agrestis. Deinde administra. s. facta apertione.

¶ De apãte flegmatico in rene. Cap. 4m.

Ipsum enim provenit a causis facientibus ꝑvenire flegma.

¶ Determinat de apostematibus flegmaticis in renibus. Primo ponit causas. Secundo signa, ibi (Signa.) Tertio curam. ibi (Est cum.) Prima patet.

¶ De signis. Cap. 5m.

Sunt gravitas ꝛ tẽsio ꝛ minoratio in operationib⁹ renũ ꝛ nõ est illic inflatio. Et qñq3 est cũ eo mollities in facie ꝛ oculis ꝛ in reliquo corpore: ꝛ est sperma valde humidũ fridum tenue cũ defectu signoꝝ que sunt ꝓpria duro.

¶ In secunda dicit ꝙ est gravitas ꝛ tensio ꝛc.

¶ De cura. Cap. 6m.

Est cũ empl'is calefaciẽtib⁹ ꝛ cuȝ diureticis ꝛ mũdificativis. Et opȝ vt ponaṫ in ea fiducia plurima in lauro ꝛ folijs ei⁹ ꝛ oleo ipsi⁹ ꝛ in rutha ꝛ in hmõi: ꝛ administrenṫ clysteria.

¶ In tertia parte ponit curam ꝛ patet.

¶ De apostemate duro in renibus. Cap. 7m.

Quãdoq3 est icipiẽs ꝛ pl'm ei⁹ est post egritudinẽ acutã cui⁹ qdẽ cã est incipiẽs: ꝛ pl'm ei⁹ est mã melica currens ad eũ: aut est lapideitas ex apãte calido ꝓpter frigus qđ ꝯvertit ipm in lapidẽ: aut calorẽ igrossantem ipm: que ambo sunt cã in hoc ne ꝓveniat maturatio. Maturatio eniȝ est sequẽs caliditatẽ tendentẽ ad equalitatẽ.

¶ Hic determinat de apãtib⁹ duris renũ. Primo ponit cãs. Scđo signa. ibi (Significat.) Tertio curã. ibi (Cõsidera.) ¶ Prima pars est clara. Propter frigus. s. medicinarũ approximatarum. Ambe cãe. s. caliditas grossities ꝛ frigus ꝯvertens ad lapideitatẽ.

¶ De signis. Cap. 8m.

Significat ꝙ apostema duruȝ est in renib⁹ gravitas vehemẽs cũ qua nõ est dolor de quo sit curãdũ: nisi in facto post apã calm. In ipo eni qñq3 cõmoveṫ dolor. Et de signis duri est paucitas pyridũ ꝛ stupor ãbaꝝ ꝛ stupor ãchaꝝ. Et qñq3 stupescũt ãbo crura: verũtñ ipa ãbo nõ euãnt a debilitate. Et accidit in oib⁹ istis mẽbris iferiorib⁹ arefactio ꝛ extenuatio. Et vrina est subtilis pauca in q̃ntitate: ꝓpea q2 ipsi ãbo parũ aq̃sitatis attrahũt ꝑꝑ debilitatẽ virtuꝶ ꝛ debilitatẽ expulsionis eoꝝ ãboꝝ ꝛ est ꝓuata digõne tenuis: ꝛ cã in h̃ ẽ oppil'o. ipa. n. ꝓhibet qđ turbidũ ẽ penetrare. Et pl'm ei⁹ qđ tenue est: imo oppil'o qñq3 captivat vrinã ꝛ debilitas ꝓhibet virtuteȝ digerẽ. Et qñq3 ꝓvenit ex ea cõmotio ꝛ multotiẽs ꝓducit ad hydropisim ꝑꝑ oppilationẽ vie aq̃sitaꝶ san. ꝛ reditionẽ ei⁹ ad corp⁹. Et ꝑꝑ ill'd opȝ in h3 egritudine vt assidue fiat ei⁹ ꝓvocatio.

¶ Ponit signa ꝛ dicit ꝛc. Paucitas piridũ. i. tenuitas ꝛ ꝑcauitas ossium anchaꝝ qui ingrediunṫ vertebra. Ambarũ. s. pyridũ. Virtutis. s. attractive. Ipsa eni est oppilatio. Turbidũ. i. grossuȝ. Captivat. i. aufert. Cõmotio. i. antecessio.

¶ De cura. Cap. 9m.

Considera radices que sunt in curatioib⁹ duritiei epatꝭ ꝛ medicinas. nã ille eedeȝ sunt via curationis duritiei renuȝ. Et si necessaria est flõmia ꝑꝑ multitudinẽ san. melãcholici fiat. Et ꝯfert ei qñq3 potare semina in qb⁹ est lenificatio ꝛ resol'o sicut se. almaru ꝛ se. lini ꝛ se. altee ꝛ fenugrecuȝ ꝛ cartamũ de qb⁹ fiant pulveres q sicci manib⁹ in os ꝓijciant ꝛ misceanṫ cũ eis diuretica ꝭm necessitatẽ et nõ sit superfluitas in medicis q̃obreȝ retineaṫ grossum ꝛ ꝯvertaṫ in lapidẽ: imo ꝯsidera vrinã ei⁹: ꝛ quotiens ingrossaṫ ꝑuoca cũ equalitate ꝛ quotiẽs stat matura. Et de signis maturitatis est ꝙ multiplicaṫ vrina. Et ꝯferũt ei inunctiones ꝛ vaporationes cũ eis que sunt sicut oleũ de costo ꝛ oleũ nardinũ ꝛ sambacinũ ꝛ oleuȝ camomillinũ ꝛ oleũ anbetinũ ꝛ oleũ laurinũ. Et de emplastris sũt emplastra facta ex camomilla ꝛ mellilotho ꝛ se. lini. Et qñq3 necessaria sunt ea que sunt sicut bdellũ ꝛ ãmoniacũ ꝛ serapinũ ꝛ adeps vrsi ꝛ adeps leonis ꝛ medulla vaccina ꝛ cervina ꝛ alia de qb⁹ fiant emplastra ꝛ vnguẽta ꝛ administrenṫ. Et qñq3 necessariũ est vt dissolvanṫ ea que sunt sicut bdelliũ ꝛ ãmoniacuȝ in decoctiõe diureticoꝝ. Et simil'r camomilla ꝛ tribuli ꝛ mellilotũ ꝛ polypodiũ ꝛ deṫ ex eis in potu.

¶ Ponit curã per flõmiã: ꝛ per illa que sumuntur per os. 2ª ibi (Et ꝯferũt.) 3ª ibi (Et qñq3.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ debes curare sicut ꝛc. Almaru. i. maruby. In medicinis. s. calidis ꝛ resolutivis. Et cõferũt. Ponit curam per ista que sumuntur per os ꝛc.

¶ De vlceribus renũ. Cap. 10m.

Cause vlcerũ sunt ipsemet cause reliquoꝝ vlceruȝ: ꝛ sunt cause separationis ꝯtinuitatis: deinde aptio. Et illud qñq3 fit a scissura vene ꝛ eruptione eius: ꝛ ipsius icisione ꝑꝑ cãs notas: ꝛ fiunt ꝑꝑ aldubellati que rumpunṫ ꝛ fiunt ꝑꝑ lapidẽ q egrediṫ. Et qñq3 fiunt ꝑꝑ humores cholericos excoriantes: aut viscosos excoriationẽ faciẽtes ꝑ eradicationẽ suã: ꝛ ex adherẽtia sua cũ labore.

¶ In ꝓcedẽtib⁹. A. determinauit de apãtib⁹ renuȝ: hic de vlcerib⁹. Primo q̃tũ ad cãs ꝛ diversitates. Scđo q̃tuȝ ad signa. ibi (Signa vlcerũ.) Tertio q̃tũ ad curã. ibi (Primũ qđ.) ¶ Primo ponit cãs. Scđo diversitates ꝛ cõpat vlcera renũ ad alias dispõnes. ibi (Et vlcera.) Tertio ponit quãdã aliã dispõnẽ sive diversitateȝ. ibi (Et qñq3.) Quarto ponit quẽdã cañ. ibi (Et multotiens.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ cause vlcerum renum sunt eedem cause que faciunt vlcera in alijs membris ꝛc. Deinde apertio. s. venarũ sive aperianṫ vene in orificijs sive in corpulentia. Et illud. s. aptio vene. Dubellati. i. apã saniatũ. Fiunt ꝓpter lapidẽ: q2 lapis excoriat ꝛ vlcerat. ¶ Nota vt habeṫ. 16. fen vlt. trac. ca. de thenasmone. aliqñ flegmata viscosa adherent intestino recto sic ꝙ virtus nõ pôt ipsa expellere: ꝛ ideo putrefiunt taliter fit corrosio: ita est de renibus: q2 ꝓpter adherẽtiã aliquoꝝ humoꝝ viscosoꝝ adherentiũ fiunt vlcera.

¶ Et vlcera qdẽ renũ sunt minoris malitie q̃ vlcera vesice ꝛ q̃ vlcera meatuũ iter vtraq3 ꝛ q̃ vlcera meatuũ iter duo emictoria. Et cã in h̃ est ꝙ vlcera mẽbri nervosi difficilioris sũt sanatiõis q̃ vlcera mẽbri carnosi. Et plurimũ qdẽ accidũt vlcera in meatib⁹ ꝑꝑ gnõnem mãe cholerice excoriationẽ faciẽtis: aut ꝑꝑ lapidem faciẽtem accidere excoriationẽ.

¶ Cõparat vlcera renũ ad alia vlcera. Scđo cõparat cãs. ibi (Cãe in h̃.) ¶ Dicit ꝑ ꝙ vlcera renũ nõ sũt tãte malitie quãte sunt vlcera vesice ꝛ poroꝝ euritides. Inter vtraq3. i. iter renes ꝛ vesicã. Dispositio meatuũ. i. venarũ emulgẽtiũ. Et cã. Assignat rõnẽ eoꝝ que dixit ꝛ dicit ꝙ vlcus vesice est peius q̃ vlcus renũ: q2 vlcus in mẽbro nervoso est peius ꝛc. ꝛ subdit ꝙ ista vlcera fiunt ꝛc. Mẽbri nervosi. s. sicut vesica. In meatib⁹. i. in poris euritidibus.

¶ Et qñq3 fiunt ista vlcera corrosiva: ꝛ qñq3 nõ fiunt.

¶ Ponit q̃dã diversitatẽ: ꝛ dicit ꝙ vlcera sunt aliqñ corrosiva ꝛc.

¶ Et multotiẽs qdẽ ꝓveniũt ex vlceribus renũ fistule que nullo mõ sananṫ quãvis sint de illis que cessant a cursu suo cũ mũdificatiõe corpis ꝛ curanṫ cuȝ est eius repletio. Ex illa võ que est bone mãei nõ ꝓvenit ma-

gnus

gn⁹ timor:neqꝫ ēt timeť ex ea nisi dilatatio ⁊ corrosio. Jlla aūt que est male materiei facit accidere dilatatione ⁊ ꝑducit ad ꝑditionē. Et ille cuius ren disrūpiť moritur. Et multotiens est aliqd ex capite apātis decliue ad exteriora:quare rumpitur ad exteriora.

¶ Ponit quēdā cañ. ꝓnosticū:⁊ dicit ꝙ aliqñ in renib⁹ vel in ꝑtib⁹ illoꝝ ꝯtingūt fistule ex vlcerib⁹ renū ⁊c̃. Fistule.s. in renibus vel in ꝑtib⁹ illoꝝ. A cursu suo.s. puris vł saniei feculēte. Et curāt.i.euāant. Cum est eius repletio scilꝫ puris feculēti. Dilatatio scilꝫ superius. Et corrosio scilꝫ paulatine facta. Male materiei scilꝫ putride corrosiue. Dilatationē.i. disruptionē scilꝫ totalem. Quando dicit male materie tangit afo.18. particule.6. Uesicam incisam ⁊c̃.

¶ De signis. Cap.11m.

SIgna vlcerū renuꝫ sunt ꝙ egrediunť in vrina sanies ⁊ ꝑtes capillares ⁊ frusta rubea carnosa. Et in locis renū qñqꝫ sentit hñs ea dolorē. Et qñqꝫ antecedit ea mictus sang. aut aldubellati renū:aut dolor ex eradicatiōe lapidis. Et qñqꝫ significat ipsaꝫ ꝑcussio eueniens aut casus. Cum aꝑtiōe aūt nō fit dolor:⁊ significāt ipsaꝫ assiduatio mictus san. paulatim. Mictus enī sang. cū est ex eruptiōe aldubellati:aut fixura vene desuꝑ: possibile est vt sit assiduus duob⁹ diebus aut trib⁹. Si aūt illud fit plus tūc fit ꝑꝑ apertionē aut ꝑꝑ vlcus in renibus aut vesica. Nā cū ꝓlōgať ⁊ est illic alteratio coloris aut cōmistio virus tunc nō est nisi vlcus in renibus aut vesica: ⁊ ille mictus sang. debilitat:quoniam quāuis illud qđ de eo ꝓuenit oī hora sit parum:tñ frequentia perducit ad hoc vt euacueť summa plurima.

¶ Ponit signa. Primo vlcerū renū absolute. Scđo signa distinguētia iter vlcera renū ⁊ vesice. ibi(Et dr̃ia.) Tertio ponit signa vlceꝝ malignoꝝ. ibi(Et significať.) ¶ Dicit p° ꝙ qñ vlcera sunt in renib⁹ in vrina appet sanies ⁊c̃. Sanies ⁊ ꝑtes capillares. Jste est afforismus.76. quarte ꝑticu. Quibus in vrina grossa sic̃ frusta carniū ⁊c̃. Et qñqꝫ sentit.s. cum est vlcus non apertum vel quando rumpiť vena.s. in medio. Antecedit ea ex eradicatione.s. ex exitu. Cum aꝑtione vene.s. orificiorum venaruꝫ. Nō fit dolor:quia ibi non est solutio continuitatis nec forte mala complexio. Jpsaꝫ.s. apertionē. Al's ipsa.s. vlcera renum. Desuper.i. in mēbris superioribus. Et ille mictus.s. paulatine factus.

¶ Et differētia quidē inter vlcera renuꝫ ⁊ vesice est ꝙ vlcera renū sunt cū facilitate vrine ⁊ vlcera vesice sunt cū difficultate vrine. Et cortices in vlceribus renū sūt rubei. Et in vlcerib⁹ vesice sūt albi:aut magis grossi si sunt in vesica ipsa:aut ꝑui tenues si sunt in meatibus.

¶ Ponit signa distinguētia iter vlcera renū ⁊ vesice ⁊ legať simul. Dicit ḡ ꝙ in vlceribus renū homo faciliter mingit sed in vlceribus vesice mingit cū difficultate. Scđa dr̃ia est:q2 in vlceribus renuꝫ: homo mingit cortices ru. in vlceribus vo vesice albos. Cū facilitate vrine.s. in actu mingendi. Sūt rubei:q2 fit vlceratio in carne q2 in renibus. Jn meatibus.i. in poris euritidibus.

¶ Et cognosciť ēt differētia per locuꝫ doloris. nam locus doloris in eis diuersificať ex vlceribus meatuū in medio ⁊ in meatu nerui post collectionē. Et qñqꝫ associať dolor in vlcerib⁹ vesice cui est cōmotio omni hora sicut parturiētis. Et significať qñqꝫ differētia quesita ex hoc ꝙ dolor in vlceribus vesice est difficilior: qm̃ membrum est mēbrum neruosum fortis sensus:⁊ mictus sang. frequens quāuis sit de significationibus vtriusqꝫ rei:est tñ in vesica minoris quātitatis ⁊ minoris permistionis cū vrina. Et quādo mingūt patiētes vlcera renū ⁊ vesice sang. post mictū saniei:tūc significatur inde corrosio. Et significať qñqꝫ difficultas vlcerū in renibus ⁊ malignitas eoꝝ per paucitatem recepționis rectificationis ⁊ longitudinem temporis ⁊ multitudinem fecis ⁊ colorem malum viridem in eo quod mingitur ex vehementia fetoris.

¶ Similiter cognosciť dr̃ia ex loco doloris. Diuersificať.s. ꝫm loca vlcerū.i. inter renes ⁊ caudaꝫ. Jn meatu nerui.s. sentiť dolor ⁊ est neruus vadens ad virgam. hoc ponit Rasis.10. ꝯtiētis p̃mo.c. Si vlcera sunt in vesica ꝑ neruum virge qui est ꝯcauus pōt venire sanies ad virgā ⁊ exire. Dr̃ia quesita.i. que queritur īter vlcera renū ⁊ vesice. Post collectionē.s. vrine. Utriusqꝫ rei.s. vlcerum renum ⁊ vesice. Et significať. Ponit signa vlcerum malignorum pꝫ. Fecis idest materie feculente ⁊ virulente.

¶ De cura. Cap.12m.

¶ Mictus vo san. similis loture carnis fit aut propter debilitatem digestionis ⁊ discretionem in renib⁹ aut ꝓpter debilitatē earū in epate. Mictus vo san. permisti cum humoribus grossis fit plurimū ꝓpter debilitatem renuꝫ. Et similiter mictus rei similis capillis. Nā fortasse est causa eius debilitas digestionis renuꝫ. Et fortasse est causa eius debilitas digestionis venaruꝫ. Et quādoqꝫ est longa valde quasi duab⁹ palmis. Et quādoqꝫ est ad albedinem decliuis. Et quādoqꝫ ad rubedinē ⁊ nō ꝓlongaꝛ nisi causa sue generationis in inuolutionibus venarū renum aut alioꝝ. Et ex cibis grossis ⁊ generibus lactis ⁊ granis sicut fabis ⁊ similibus. Et non est in eius mictu de timore ſm ꝙ terretur cor per exitum eius ⁊ facit timere.

¶ Hic ponit causas mictus sanguinis similis loture carnis recentis: ⁊ pꝫ. Et discretionis. i. separationis: q꞉ nō bene separant renes sanguinē ab aquositate earum. s. virtutis digestiue ⁊ separatiue ⁊ discretiue per debilitatē renū: q꞉ renes nutriunꛈ sanguine grosso. Et similiter declarat cās mict⁹ rei similis capillis: ⁊ pꝫ. Debilitas digōnis renū. s. ꝯiuncta cū mala cōplexione calida. Lōga. s. illa res que est similis capillis. Ad albedinē. s. qn̄ erūt a mā flegmatica. Et nō ꝓlongaꝛ. s. pilus. Aliarū. s. venarū. hoc habeꝛ 4ª parti. afoꝛ. illo afoꝛ. 76. s. Quibus in vrinis apparent sicut carniuꝫ frusta ⁊c̄. pꝫ hoc Gal. ibi in cōmen. Cor. s. patientis.

¶ Mictus aūt puris ⁊ mictus san. permisti puris qn̄qꝫ fit ꝓpter eruptionē aldubellet in mēbris superiorib⁹ pulmonis ⁊ pectoris ⁊ epatis quēadmodū sciuisti totum in loco suo: aut ꝓpter apostema eruptū in membris vrine aut ꝓpter vlcera in eis habentia pruritum aut non habentia pruritum.

¶ Hic ponit cau̅. mict⁹ saniei ⁊ dicit ꝙ fit per rupturaꝫ apatis saniati ⁊c̄. Dubellet. i. apatis saniati. In suo loco. i. fen. 13. ⁊. 14. Urine vo. Ponit causas mictus diuersarum rerum que fiunt in tempore crisis: ⁊ pꝫ. Grossoꝝ. s. congregatorum.

¶ Urine vo grosse minguntꛈ aut cā mundificationis ⁊ crisis ⁊ expulsionis quā sequiꛈ alleuiatio. Et quādoqꝫ fiunt ꝓpter multitudinē humoꝝ grossoꝝ. ꝓpter debilitatē digestionis. Urine vo pingues facilis exitus significant liquefactionē adipis. Et opꝫ vt redeam⁹ in caplo distinctionis ad sermonē nostrū in vrina.

¶ Hic ponit duas cau̅. Scdm ibi (Inqt Hippo.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ aliquando vrina appet oleaginea pinguis ⁊ significat liquefactionem ⁊c̄. In capitulo distinctionis. s. ad hoc distinguendum. s. ꝑmo cau̅. fen. 2. doctrina de vrinis.

¶ Inquit Hippo. cū mingiꛈ san. sine dolore ⁊ est paucus in horis qbusdā nō est malū in eo. Cū aūt perseuerat: tunc fortasse accidet feb. ⁊ mictus puris.

¶ Ponit scdm cau̅. ⁊ pꝫ. Inqt Hippo. s. in lib. epidimiarum. Et est paucus: ⁊ si nō debilitat nō est malus: q꞉ pōt esse expulsio cretica.

¶ De signis. Cap. 21m.

Mictum sanguinis puri qui est propter repletionēꝫ ⁊ causas compares ei significāt cause sue ⁊ signa causaruꝫ eius de illis que sciuisti. Et ille qui est propter apertionē venaruꝫ fit sine dolore ⁊ est mūdus sincerus. Uerū sanguis apertionis fit paulatim ⁊ sang. eruptionis ⁊ fixionis fit plurimus. Et in vesica quidem apertio ⁊ eruptio cū qua currat sanguis plurimus fit in renibus. Uesice enim aduenit aquositas colata. Sanguinem vo nutrimenti recipit ex venis paruis in quibus venit ad eam nutrimentum tn̄: quare non est in ea sang. exuberans. Et ad renes quidē venit san. plurimus cū aquositate. Colatur ergo apud eos aquositas ⁊ aduenīt ei vene magne ex quibus membra alia nutrimentum sumunt quare est sang. illoruꝫ plus qꝫ ille quo indigent quare est plurimus. Et vene eoꝝ sunt nō minute ⁊ neqꝫ sunt boni situs equalis. Uene vo vesice sunt ꝯseruate non exposite scissioni ⁊ eruptioni cū situ suo.

¶ Hic Aui. facit qnqꝫ. Primo ponit signa mict⁹ sanguis puri. Secundo ponit signa mictus sanguīs cū vlcere. ibi (Et sanguis.) Tertio ponit signa mictus saniei. ibi (Locus aūt.) Quarto mictus cretici. ibi (Et cuꝫ illa.) Quinto mictus facti a repletione. ibi (Et illa.) ꝟ Primo ponit signa mictus sanguinis qn̄ non est multus. Scdo qn̄ est multus. ibi Quare est plurimus.) ꝟ Primo facit hoc. Scdo cōparat mictū sanguinis renū ⁊ vesice adinuicē. ibi (Et in vesica.) ¶ Dicit ꝑmo mictus sanguinis puri ꝙ cognosciꛈ per cās suas ⁊ per signa: q꞉ qn̄ est vena aperta est sine dolore ⁊c̄. Fit sine dolore: q꞉ vena non sentit. Apertionis. s. venarū. Paulatim. i. paucus. Et

in vesica.cōparat ad mictū sanguinis veniētis a renib⁹:⁊ pꝫ.Non fit.s.vel raro fit.Apud eos.s.renes.Nō minute.s.vene que vadūt ad vesicā.Conciliator aūt intelligit de arterijs.

¶ Et sang.quidem vlcerum est cuꝫ dolore quodam ⁊ si est corrosio est paulatim ad nigredinem decliuis:⁊ quādoq̈ꝫ est cum eo fetor ⁊ fit plurimū eius post egritudines ⁊ multotiens sunt cum eo cortices ⁊ sanies ⁊ pus ⁊ resoluit illud exitus sang.puri ⁊ sicut sciuisti ex signis vlcerum ⁊ signis ei⁹ qđ egredit̃ ex eis.Significant v̄o liquefactiuum liquefactio:⁊ qđ illud qđ mingitur de sang.est tenue sicut adustū:ac si ip̄m sit abrasio libri.Illum autē qui est propter tenuitatē san.corporis significat illud qđ egredit̃ ex flobotbomia existens valde tenue:⁊ nō associat̃ aliud signū.

¶ Ponit signa mict⁹ sanguīs cū vlcere:⁊ pꝫ.Cū colore qdā.s.ꝓꝑ vlcus.Itē qn̄ est corrosio stat ibi sanguis ⁊ putrescit.Post egritudines.s.p̄cedētes.Ex qb⁹ fit postea vulnus.s.corrosiuuꝫ.Resoluit.s.iterū soluit.Aliud.i.mictū sanguīs ex vlcē corrosiuo.Puri.s.post saniē.Sciuisti.s.cap̄.de vlcerib⁹ renū.Egredit̃ ex eis.s.de mā̄ corrosiua.Significat illud.s.ꝙ significet debilitationē renū.

¶ Locus autem saniei ⁊ doloris cognoscit̃ etiam per dolorē si fuerit dolor ⁊ cognoscit̃ per signa egritudinum in quibuscunq̈ꝫ membris existant sicut per signa apostematis aut aldubellati aut vlceris aut repletionis ⁊ cognoscitur ex via cōmistionis.nam quāto magis est altior tanto est vehementioris permistionis et quanto plus est inferior tāto est vehementioris separationis illo.Et illum quidē qui fit propter causas vicinas virge antecedit vrina ⁊ elōgatus a virga postponitur ab vrina aut permiscet̃ ei vehemēter.

¶ Ponit signa mictus saniei:⁊ pꝫ.Cōmistionis.s.saniei cum vrina.Altior.s.locus vlceris ⁊ saniei.Nota ꝙ quādo vrina exit a longis vijs cum sanie:tunc est valde permista:sed quādo venit cū sanie a partibus ꝓpings:tunc nō est sic vrina turbulenta vel permista.Ab vrina.s.ab epate veniente aut a renibus vel vesica.

¶ Similis autē loture carnis est significatiuus debilitatis renū aut epatis.Illa quidē que est ex renib⁹ est vehementioris albedinis ⁊ ad grossitudinē declinās:⁊ epatica est magis trahens ad rubedinē ⁊ subtilior ⁊ similior sanguini.Et significant apostema illius ⁊ saniei vrinā signa apostemat̄ nota ꝯm mēbrū vnūq̈đq̈ꝫ ⁊ comitantiā febris.Et ille qui est purulētus egrediēs ab apostemate est plurimus subito ⁊ non perducit ad excoriationem ⁊ vlcerationē ⁊ nocumentuꝫ:⁊ ille qui est ex vlceribus est paucus ⁊ separatur:⁊ quandoqꝫ corrumpit incessum suum cum sanie ⁊ pus.

¶ Ponit signa qn̄ vrina est sicut lotura carnis recētis ⁊c̄.Similis aūt.s.vrina.Nota ꝙ epar nō deficit in attractione sua nec in trās missione aquositatis cū sanguine:sed renes p̄nt deficere a transmissione sanguinis:⁊ ideo qn̄ nocumentū est in epate est vrina mista ex sanguine ⁊ aq̄sitate:⁊ ideo est multū rubea:sed si est ex reb⁹ est vrina alba ⁊ nō rubea.Apostema illius.s.epat̄ vel renū.Ille.s.mict⁹.Et vlcerationē.silr̄ qn̄ venit a renibus vel vesica.Ex vlceribus.s.renū vel vesice.Separat̃.i.interpolat̃.Incessum.i.viā.

¶ Et cum illa que de istis expulsionibus est cretica est alleuiatio ⁊ fortitudo ⁊ subito est.

¶ Ponit signa mictus cretici ⁊ dicit ꝙ est cū ea alleuiatio ⁊c̄.

¶ Et illa que fit causa repletionis aut cā̄ dimissionis exercitij aut abscissionis membri qn̄q̈ꝫ hꝫ periodos.

¶ Ponit signa mictus qui fit causa repletionis:⁊ patet.

¶ De curatione. Cap̄.22m.

Facti quideꝫ a repletione ⁊ que cū ea dicunt̃ iam sciuisti curationes in principijs vniuersalibus ⁊ que sunt postea.De facto v̄o ab vlcerib⁹ iam sciuisti ꝙ curatio eius est curatio vlcerū ⁊ corrosionis.Et iam ostēdi tibi oīa illā in loco suo.Et cura debilitatis digōnis in renibus ⁊ epate ⁊ liquefactiōis ⁊ tenuitatis humoꝝ totū est ex illis que sciuisti.

¶ Primo excusat se a cura quorūdam mictuū.Scđo ponit curam mict⁹ sanguinis.ibi(Et curatio.)// Primo facit hoc.Scđo ponit cañ.ibi(Et scias.)¶ Dicit primo ꝙ quādo fit a repletione iam dicta ⁊c̄.Sciuisti.s.de eo in principijs vniuersalibus.i.4.fen primi cañ.In loco suo.i.fen.18.⁊.19.

¶ Et scias ꝙ cretici ⁊ eius qui est ꝯm semitā expulsionis nō est retentio necessaria.Cum ergo indiges flobothomia:tunc magis confert saphene q̄ꝫ basilice ⁊ subtilia cibum post flobothomiaꝫ ⁊ non approximes stipticis sicut est cibus factus cuꝫ sumach nisi postq̄ꝫ vrina significat mundificationē.Stiptica enim cōgelant qđ inuiscatum est ⁊ constringunt quare quādoq̈ꝫ reuertitur aquositas ad posteriora ⁊ in eo est timor ⁊ similiter acetosa.Mictus autem capillorum indiget vt in ipso administrent̃ subtiliatiua incisiua ex diureticis ⁊ medicinis ad lapidem ⁊ vt sit cibus humectans humectatione abundanti.

¶ Ponit cañ.⁊ dicit ꝙ si fit cretice nō debes restringē:qm̄ tu errares q: retineres creticū mictū.Saphene q: diuertit ⁊ eūat mag̃.

¶ Et curatio quā nunc oportet me dicere est curatio mictus sang.⁊ causa separationis continuitatis in venis.Et curationes quidem cōmunes inter illū qui est causa vesice ⁊ renum sunt infrigidatio ⁊ cōstrictio cū medicinis quarum plures diximus in capitulo fluxus sang.menstrui cum stupefacientibus vt faciant penetrare medicinas:⁊ vt tu antecedas cum attractione sang.ad posteriora cum ventosis.⁊ flobothomia subtili pauca ex basilica ⁊ acceptione ciboruꝫ ingrossantium sang.⁊ infrigidantium ipsuꝫ ⁊ quiete ⁊ tranquillitate ⁊ constrictione membrorum extremorum:⁊ opꝫ vt dimittat coitum omnino.

¶ Ponit curaꝫ mictus sanguinis.Primo per medicinas.Secūdo per cibos.ibi(De cibis.)Primo ponit curam mictus sanguinis a renibus.Scđo a vesica.ibi(Illud v̄o.)Primo premittit intentionem.Secūdo ponit medicinas.ibi(Et oportet.)Prima pꝫ.// Sanguinis menstrui.s.fen.z.cum stupefacientibus sup.⁊ aliquātulum diureticis vt faciant penetrare medicinas.

¶ Et opꝫ vt administres tinas in quib⁹ decocta sunt stiptica ⁊ ex lentib⁹ excorticat̄ ⁊ ex corticib⁹ granatoꝝ ⁊ cydonijs ⁊ piris ⁊ gallis ⁊ virga pastoris ⁊ similib⁹.

¶ Hic ponit medicinas ⁊ sunt duas.Partes patebūt.Dicit de prima ꝙ debes administrare tinas ⁊c̄.

¶ Et de medicinis fortibus in retentione eius sunt halascec ⁊ seratura ⁊ ligni alnabach ⁊ radix centauree maioris ⁊ grana peonie.

¶ Ponit scđam:⁊ pꝫ.Halascec.i.tribuli.Alnabach ē lignū citrinū.

¶ Et de epithimatib⁹ radices raffani ⁊ silique nabatie ⁊ silique spine ⁊ sumach ⁊ radix pruni syluestris ⁊ corticū granatoꝝ de qb⁹ fiat epithima cū aqua ribes aut acreste ⁊ succi ro.⁊ semperuiua sola est epithima bonū ⁊ ꝓprie radix ei⁹ cū dragagāto ⁊ aliquo succoꝝ stipticoꝝ:⁊ ex linimētis in dorso ⁊ pectine sunt myrra ⁊ attrimentū ⁊ galle ⁊ charte combuste ⁊ achacia.

¶ Hic ponit aliā:⁊ pꝫ.Siliq̄ nabatie sūt stratiue ligni hn̄tis spinas.

¶ Et de illis que bibuntur est tro.qui.℞.balaustiaruꝫ ⁊ sang.draco.amborum ana.ʒ.j.

¶ Ponit aliam:⁊ patet.

¶ Et de fortib⁹ ⁊ que necessaria sunt in mictu sang.ex

vesica facto est tro.hmõi.℞.aluminis iameni ⁊ balau stiaꝝ ⁊ san.dra.oium añ.ʒ.j.dragagãti.ʒ.ij.⁊ gũmi.ʒ.ß. detur in potu in vino põtico dulci ⁊ succo portulace.

¶ Ponit aliam: ⁊ patet.

¶ Et qd̃ est sub illo ⁊ magis incolume est illud qd̃.℞. dragagãti ⁊ se.papa.⁊ terre sigillate ⁊ succi barbe hircine ⁊ gũmi prunoꝝ nig.⁊ karabe: oiuꝫ ptes equales: ⁊ dosis eius sit a duabus.ʒ.vsq̃ ad.iij.

¶ Ponit aliam.

¶ Et iterũ radicis sempuiue ⁊ karabe: amboꝝ añ.ps j.folij pars.ß.aluminis iameni sextã partis vnius: boliar.pars.j.⁊.ß.⁊ dosis eius est vsq̃ ad aureũ medium in quibusdam succis stipticis.

¶ Ponit aliam. In quibusdam succis.s.stipticis.

¶ Et quãdoq̃ ponunt in eis stupefaciẽtia sicut ẽ hec dscriptio.℞.croci ⁊ granoꝝ albarmel ⁊ granoꝝ malue syluestris ⁊ opij: oium añ.ʒ.ij.amigdalas mũdatas iij.⁊.ß.numero de quo sumant ad nucis magnitudinẽ. Et iteꝝ corticis radicũ mãdragore assati ⁊ anisi assati ⁊ granoꝝ pini assatoꝝ: oium ana.ʒ.iij.papaueris ni.ʒ.xij.ꝯficiant cũ vino de quo sumat põdus.ʒ.ij. Et iterum suffuf cornu ceruini adusti ⁊ dragaganti partes sumant equales ⁊ fiat suffuf cũ rob myrti.

¶ Ponit aliam. Albarmel granoꝝ.i.cicuta ꝫm aliquos.

¶ Et iterum medicamen qd̃ antiqui laudauerunt est semi.almugat mũdati grana.xxx.grana pini.xij.numero: amigdale amare excorticate.vij.numero: semi.malue.ʒ.iij.sit dosis eius.ʒ.j.in ieiunio.

¶ Ponit aliam. Almugat.i.granati syluestris.

¶ Illud v̾o qd̃ vesice ꝓpriũ est: est vt ponant medicine que ebibunt fortiores ⁊ diuretica in ea fortiora iterũ.

¶ Hic ponit curam mictus sanguinis venientis a vesica. Primo premittit. Scd̃o ponit medicinas.ibi(Et de illis.) Prima pꝫ.

¶ Et de illis q̃bus iuuamentuꝫ fit iterũ est vt empl'et cũ spongia infusa in aceto que ponat in oibus lateribus eius ⁊ in duob⁹ emunctorijs ⁊ alijs. Et vt administrent medicine in ea iniecte cũ succis sicut est succ⁹ arnoglosse ⁊ succus albatat ⁊ succus portu.

¶ Ponit medicinas: ⁊ patent. Littera prima patet. Succus albatat.i.dactylicorum maturorum.

¶ Et de medicinis troc.anbeti p̃dictus ⁊ troci.de stupefacientibus predictis est cornu ceruinũ adustum ⁊ karabe ⁊ semẽ canabis ⁊ gũmi ⁊ galle ⁊ succus barbe hircine ⁊ balaustie ⁊ aliquãtulum anbeti ⁊ plumbum adustum ablutum ⁊ virtus de stupefacientibus opiatis ⁊ que cum iusquiamo sunt confecta.

¶ Ponit aliam: ⁊ patet.

¶ Et de regimine retentionis cursus san.vesice est positio ventosarũ super ilia ⁊ anchas ⁊ pectinem. Illud enim retinet sang. Deinde adhibeatur regimen ei⁹ qd̃ inuiscatur ꝫm q̃ dictum est.

¶ Ponit tertiam medicinam: ⁊ patet.

¶ Et de cibis est panis tritus in lacte etiã ex quo butyrum est extractũ ⁊ cibus cõditus cuꝫ granatis ⁊ cibus factus cum sumach. Et si virtus fuerit debilis cõfortetur cum iure stipticoꝝ cõfortato cũ carne cõtrita: ⁊ cibet cum alesfidabegi ⁊ ex cubegi ⁊ perdicibus masculis ⁊ turturibus cum aceto cõditis ⁊ cũ aqua acreste ⁊ granoꝝ granatoꝝ ⁊ lacte decocto ⁊ similibus illis. Et si nõ fuerit excusatio a vino ꝓpter casuꝫ virtutis aut vehemẽtiã desiderij: tunc det ponticũ grossuꝫ nigrũ. Cũq̃ sanat ille qui mingit san.aut saniẽ: tũc bibat illud qd̃ est permistũ aut abstergat ⁊ ꝓuocet ⁊ nõ retineat vrina oino ⁊ redeat egritudo.

¶ Hic ponit regimen per cibos: ⁊ patet. Cum iure stipticorum vt sumach ⁊ huiusmodi. Fidabegi.i.taphea. Non retinetur vrina.s. propter medicinas stipticas que precesserunt ⁊c̃.

¶ Fen 20ª de dispositionibus generationis masculorum que est duorum tractatuum.

¶ Tractatus p̃mus de vniuersalib⁹ ⁊ appetitu coeũdi.

¶ De anathomia testiculoꝝ ⁊ vasoꝝ spmatꝫ. Cap.p̃m.

Sublimis deus creauit duos testiculos sicut sciuisti qui sunt membra principalia in quibus generat sperma ex humiditate dlata ad eos in venis q̃ est quasi superfluitas cibi quarti in corpore toto. Et est san.magis digest⁹ ⁊ magis subtilis. Cõmouet eni in eis per spiritum.

Postq̃ Auicẽ.determinauit de dispositionib⁹ membrorum animatoꝝ a p̃ma fen vsq̃ ad nonã exclusiue ⁊ dispositionib⁹ membroꝝ spiritualiũ a nona vsq̃ ad decimãtertiã exclusiue: ⁊ de dispositionib⁹ membroꝝ recipientiũ superfluitates p̃me ⁊ secunde digestionis.i.de intestinis renib⁹ ⁊ vesica: nunc determinat de dispositionib⁹ mẽbroꝝ generationis. Primo facit hoc. Scd̃o vt cõpleat determinatio tota egritudinũ a capite vsq̃ ad pedes determinat de dispositiõib⁹ mẽbroꝝ extrĩsecoꝝ.ibi in p̃ncipio fen.22.(Opꝫ vt scias.) Primo determinat de dispõnibus mẽbroꝝ que sunt instrumenta generationis in masculo. Scd̃o in femina.ibi in principio fen.21.(Dico q̃ ĩstrumẽtũ gñõnis mulierũ.) Primo determinat de anathomia testiculoꝝ ⁊ de causis seminis ⁊ de signis significantibus super cõplexiones nãles ipsoꝝ. Scd̃o spãliter determinat de dispositionib⁹.ibi(Cã aũt est.) Primo facit hoc. Scd̃o d̾terminat de iuuamẽtis ⁊ nocumẽtis emissionis semis ⁊ de hora eius.ibi(Coitus bonus.) Primo ponit anathomiã ⁊ cãm erectionis ⁊ seminis. Scd̃o ponit signa cõplexionũ.ibi(Signa cõplexionis.) Primo ponit anathomiã instrumentoꝝ gñõnis. Scd̃o ponit cãs erectionis virge.ibi(Erectio.) Tertio cãs seminis.ibi(Sperma.) Primo ponit anathomiã testiculoꝝ quãtũ ad operationes eoꝝ. Scd̃o q̃ꝛtuꝫ ad colligantiã.ibi(Et in meatib⁹.) Tertio quãtũ ad modũ sube.ibi(Et testiculi.) Quarto quantũ ad ortũ.ibi(Et meatus.) ¶ Dicit p̃o q̃ deus creauit duos testiculos qui sunt mẽbra p̃ncipalia ad generationẽ. Sciuisti.s.p̃mo cañ.fen p̃ma cap̃.de mẽbris. Utrũ aũt testiculi sint membra principalia nõ est hic disputandũ cuꝫ simus in practica. In venis.i.per venas. Quarti.i.qui quarta digestione digerit. In corpore toto.i.ad corpus totũ distribuit. Nota vt habetur p̃mo de generatione animaliũ.al's cap̃.23.fuit opinio aliquoꝝ q̃ semen est superfluitas vltimi alimenti distributi per totuꝫ: ita q̃ aliquid conuertitur in nutrimentũ membri ⁊ aliquid remanet qd̃ est superfluum quãti ⁊ nõ qualis: ⁊ hoc reingredit venas ⁊ venit descẽdendo per vasa vsq̃ ad testiculos in quibus dearticulat. Sed ꝫm ph̃m ibidem.al's cap̃.6.nõ est necesse q̃ fiat talis ingressio: imo vult q̃ testiculi nõ sunt necessarij ad generationẽ: sed tãtuꝫ vasa seminaria vt semen bene egrediat: ⁊ ideo in castratione nõ egredit semen. Et ex hoc ꝓbat ph̃s q̃ testiculi nõ sunt necessarij ad generationẽ. Modo quicquid fit illud qd̃ ingredit vasa seminaria vocat semen. Si aũt nõ teneret q̃ semen esset sic sed q̃ esset distributũ a corde: tũc debemus dicere q̃ prima digestio seminis est in stomacho. Secũda in epate. Tertia in corde. Quarta in testiculis. Sed prima opinio est magis vera. Et est.s.illa humiditas: vnde spma generat. Nota q̃ ista humiditas de qua debet fieri semẽ est valde subtilis ꝓpter multã permistionẽ spirituum: q2 sunt ibi tres spiritus.s.naturalis vitalis ⁊ animalis: vt pꝫ nono de animalibus ab Auicen. Mouet.i.permutat semen a sua natura. In eis.s.spermaticis. Per spiritũ.i.per spirituũ admistionẽ: ⁊ ex hoc reddit subtilis. Aliter tenendo q̃ spirit⁹ est forma in semine qui est mouens semen ad generationẽ.i.ad diuersas figurationes ⁊ lineationes membroꝝ etiam põt teneri.

¶ Et in meatibus qui veniunt ad duo oua est de ve-

nis pulsatilibus ⁊ quietis plurimũ ramificatis ex vena pulsatili ⁊ vena quieta que sunt due radices ramificatione plurimoꝝ anfractuũ ⁊ inuolutionũ: que tãdiu ramificant donec incisio tua quã in vna illarum duarũ facis sit similis icisioni tue quã facis in pluribꝰ venis ꝓpter multitudinẽ orificioꝝ que apparet.

℄ Hic notificat mẽbra q̃tũ ad colligantiã. Primo facit hoc. Scðo resumẽdo opõnẽ testiculoꝝ facit hoc q̃tũ ad opõnẽ. ibi (Deinde.) ℄ Dicit p̃mo ꝙ ad vasa testiculoꝝ veniũt vene ⁊ arterie ⁊c. Et in meatibꝰ. s. dydymi. Ad duo oua. i. ad duos testiculos. Est plurimũ de venis pulsatilibus. i. de arterijs. Et quietis. i. de venis non pulsatilibus. Ex vena pulsatili. i. ex arteria ascendente. Et vena quieta. i. vena descendente.

℄ Deinde effundit ab eis in vasis spermatis que dicemus ad virgam ⁊ proijcit in cõmistione cum muliere que est coitus naturalis ad matricẽ cui obuiat matricis orificiũ cum apertione ⁊ attractione vltima cũ cõueniunt duo pares simul.

℄ Hic resumit operationem testiculoꝝ. Dicit ⁊c. Ab eis. s. testiculis. Effundit. s. semen. In vasis. i. per vasa spermatica. Et ꝓijcit ad matricem in cõmistione. i. in coniunctione cum muliere. Cui. s. spermati ꝓiecto. Duo pares. s. masculus ⁊ femella.

℄ Et testiculi quidẽ duo creati sunt ⁊ est substãtia oui ex mẽbro glãdoso albe carnis que est res magis similis carni mamille: ⁊ assimilat san. q effundit in ipso cuꝫ colore suo: quare albificat ⁊ ꝓprie ꝓpter illud qđ cõmouet in ipso de aereitate ⁊ ꝓpter spiritũ.

℄ Notificat testiculos per anathomiã q̃tũ ad modũ sube ⁊ quãtũ ad numerũ: ⁊ pꝫ. Oui. i. testiculi. ℄ Nota ꝙ tres sunt cãe dealbationis semis. Una est caro alba testiculoruꝫ: qr alterat ⁊ assimilat in colore contentũ in ipsis sicut facit stõchus qñ fit kilus: ⁊ etiã epar qr agens est potens super passum: ⁊ ista est opi. medicoꝝ: qr phs vult ꝙ semen mutat in colore in vasis seminalibus. Scða cã est permistio aeris: qr res albescit ex permistiõe aeris. Tertia cã est ꝑmisto spirituũ qui sunt valde subtiles ⁊ clari.

℄ Et meatus quideꝫ in quo veniũt vene ad testiculos est ex syphac maiore qđ est super femur. Sed pãniculi qui tegit arterias ⁊ venas veniẽtes ad testiculos origo est ex syphac maiore: sicut sciuisti i loco suo. Et similiter continuat etiã cũ pãniculo nuche ⁊ descẽdit sup illud qđ descẽdit de venis ⁊ suspensorijs in partibus iguinũ ad duos testiculos quare generat ex eo meatus inter penetrans: ⁊ pãniculi tegentis illđ qđ penetrat in barbachi inguinis generatio est ex eo.

℄ Hic notificat testiculos per anathomiã q̃tũ ad ortũ. Prio hoc. Scðo remittit nos. ibi (Et tu qdẽ.) ℄ Dicit p̃mo ꝙ iste vie per q̃s veniunt vene ad testiculos oriunt a maiori syphac ⁊c. ℄ Nota ꝙ oẽs pãniculi supra diaphragma oriunt a pleura que est pãniculus regens costas a parte iteriori: ⁊ ita oẽs pãniculi ifra diaphragma oriunt a syphac q est pãniculus cooperiẽs ventrẽ ⁊ itestina. Nõ ipse dicit ꝙ illi pãniculi q veniũt ad vias gnõnis oriunt a syphac. In quo. i. per quẽ. In loco suo. i. p̃mo cañ. fen. i. ca. de mẽbris. Nõ ꝙ pãniculi coopiẽtes arterias ⁊ venas oriunt a maiori syphac. i. syphac qđ est in parte superiori. s. dydymus ⁊ alij pãniculi oriunt a syphac iferiori. Cõtinuat. s. syphac maius mediãte dydymo cuꝫ pãniculo nuche. i. cum dydymo. Et descendit. s. meatꝰ. Meatus. s. duplex. Penetrans scilicet ad testiculos. In barbachi. i. in meatu. Ex eo scilicet syphac.

℄ Et tu iam sciuisti in anathomia venarũ ꝙ ad ouum sinistrũ venit vena alia ab illa que venit ad dextrũ cũ nutrimẽto. Et ꝙ illa que venit ad dextrũ effundit ad ip̃m sang. magis digestũ ⁊ magis mũdificatũ ab aquositate. Et ouũ quidẽ dextrũ in pluribus hominibꝰ est fortius q̃ꝫ sinistrũ nisi in illo qui est in iudicio lassitudinis. Uasa aũt spermatis incipiũt sicut barbachi existẽte in vnoquoqꝫ ouo barbachi vno quasi ipse sit separatus ex eo nõ ab ipso generatus: lꝫ sit contingens adherens ⁊ dilatat vnũqđqꝫ eoꝝ ⁊ ꝓprie ouũ dilatatione que hꝫ quãtitatem sensatam: deinde incipit cõstringi quãuis ramificent ꝓprie in mulieribꝰ vice altera apꝰ statum suũ ⁊ ista vasa ascẽdunt in primis: deinde declinant ad collum vesice sub meatu vrine.

℄ Remittit nos ad locũ aliuꝫ ⁊ dicit ꝙ tu sciuisti alibi ꝙ venit alia vena ad testiculũ dextrũ ⁊ alia ad sinistrũ ⁊c. In iudicio. i. in dispositione. Lassitudinis. i. debilitatis. Nota ꝙ nãliter homines sunt fortiores in dextro testiculo q̃ꝫ in sinistro. Aliqñ tamẽ cõtingit ꝙ cor magis exufflat sup sinistrũ ⁊ epar nõ est multũ calidũ ⁊ splen est calidũ. In talibus testiculus sinister est fortior: ⁊ ideo dicit lassitudinis: ita habet. 14. de vtilitate particularũ. 7. ca. Uasa enim. Ponit anathomiã vasoꝝ spermatis: ⁊ pꝫ. Nota ꝙ a renibꝰ descẽdunt quatuor vasa quoꝝ duo vocant pori euritides ⁊ alia duo vasa seminalia: sed vasa seminalia vadunt ad testiculos ⁊ pori euritides vadũt ad vesicã. Barbachi. i. meatꝰ. s. dydymꝰ. Ipse. s. meatus. Ab eo. s. a substãtia testiculi. Nõ ex ipso. s. testiculo. Generatꝰ qr nõ igredit eius substantiã. Unũqđqꝫ eoꝝ. s. meatuũ. Ramificentur. s. vasa spermatica. Sub meatu vrine. i. poro euritide.

℄ Uirga v̾o est membrũ instrumentale generatum ex membris singularibꝰ ligamẽtalibꝰ ⁊ neruosis ⁊ venosis ⁊ carnosis. Et principium originis eius est corpus ortũ ex carne pectinis ⁊ ligamentale plurime cõcauitatis late quãuis sit generatũ in pluribꝰ dispositionibus coopertũ: ⁊ ideo ꝙ ipsum repletur ventositate fit erectio. Et currunt sub hoc corpore arterie plures dilatate supra hoc qđ cõuenit quãtitati huius membri. Et adueniunt ei nerui ex spõdilibus caude: lꝫ nõ plurimũ sint submersi in substãtia eiꝰ. Et ipsi nõ sunt nisi nerui quoꝝ substãtia est ligamẽtalis priuati sensu. Et nerui ex quibus erigit apud Galenũ alij sunt a neruis mollificatiuis ex quibus mollificatur. Et tu quidẽ iaꝫ sciuisti lacertos proprios virge in capitulo lacertorũ. Et in virga sunt meatus tres. s. meatus vrine ⁊ meatꝰ spermatis ⁊ meatus alguadi.

℄ Ponit anathomiã virge. Primo quantũ ad modũ substãtie. Secundo quãtũ ad operationẽ. ibi (Et scias.) ¶ Primo facit hoc. Secũdo ponit regimẽ virge. ibi (Et p̃ncipiũ.) Tertio remittit nos. ibi (Et tu qdẽ.) ℄ Dicit p̃mo ꝙ virga est membrũ instrumentale ad generationẽ ⁊c. Et p̃ncipiũ ponit originem ⁊ dicit ꝙ descendit ab osse pectinis ⁊c. ex carne als osse pectinis ꝯm Rasim. Cooptum. s. carne. Ex spondilibꝰ caude. i. qui sunt in cauda. s. alchatiꝫ. In substantia eius. s. virge. Nota ꝙ isti nerui sunt priuati sensu. s. acuto. nã quidã nerui veniũt ad caput virge ⁊ isti sunt acutissimi sensus. ⁊ quidã veniunt ad alias partes virge: ⁊ isti nõ sunt ita acuti sensus. Apud Gal. s. in libro de motibꝰ liquidis ca. 3. distin. 2. Et tu q̃dem. Remittit nos ad locũ aliũ: ⁊ pꝫ. In cap̃. lacertoꝝ. s. p̃mo cañ. fen. i. de anathomia lacertoꝝ. Alguadi est humor q egredit cũ aliquis tangit mulierẽ: talis meatꝰ nõ est manifestꝰ per anathomiã.

℄ Et scias ꝙ virge aduenit virtus erectionis ⁊ vẽtositas a corde ⁊ aduenit ei sensus ex cerebro ⁊ nucha: ⁊ aduenit ei sang. equalis ⁊ desiderium ex epate ⁊ desiderium naturale: quandoqꝫ fit ei causa renuꝫ: ⁊ apud me principium eius est ex corde.

℄ Notificat virgã per anathomiã q̃tũ ad operationem eius: ⁊ pꝫ. Equalis. i. tẽperatus. Desideriũ nãliter. i. coadunatiuũ. nã vt habetur in libro vniuersali: in hoc est differẽtia inter phos ⁊ medicos: qr phi volunt ꝙ oẽs sensus ⁊ ois appetitus veniãt a corde. Medici aũt nõ sic: vt pꝫ in libris vniuersalibus. Et in hoc Aui. insequit Aristo. vt pꝫ in toto libro suo de aĩalibus: ⁊ maxime in nono.

℄ De causis erectionis. Cap. 2m.

Erectio accidit qñqꝫ ꝓpter tẽsionẽ cãne cõcaue ⁊ que sequunt eã dilatate ⁊ ꝓlõgate ꝓꝑ illud qđ effundit ad ipsaꝫ de vẽtositate forti quaꝫ defert spiritus desideratiuus spissus cũ

quo incedit

quo incedit san. plurimus ⁊ spiritus grossus. Et ꝓpter illud accidit cum somnus est ex calefactione arteriaꝝ que sunt in mēbris spermatis ⁊ attractione ventositatis ⁊ spūs ⁊ san. ad ipsam vt erigat.

¶ In ꝑcedētib⁹ Aui. determinauit de anathomia testiculoꝝ ⁊ vasorū seminaliū: h̄ determiat de cāis erectiōis vge: ⁊ ponit q̄tuor cās. Scd̄a ibi (Et de illis.) Tertia ibi (Et vsus.) Quarta ibi (Et cā qdē.) ¶ Dicit primo ꝙ tensio q̄ accidit in neruo ligamentali virge ⁊c̄. Lāne cōcaue. i. nerui ligamentalis virge que sequunt eaȝ sicut lacerti virge. Spiritus desideratiuus. i. appetitus. Spissus. i. multum vaporosus non aereus. Ad ipsam. s. virgam. ¶ Nota ꝙ arterie vbicunqȝ sint mouent dilatatiue ⁊ cōstrictiue. Quando ergo arterie q̄ sunt in virga que sunt magne mouentur magno motu ⁊ attrahunt multum de aere propter qd̄ fit extensio nerui ⁊ per ꝯn̄s erectio.

¶ Et de illis q̄ adiuuāt ad hanc erectionē est omne in quo est humiditas extranea ꝑparata ad hoc vt cōuertat in vētositatē ⁊ est non facile. non. n. potest digestio prima conuertere eam in vētositatem ⁊ finire illud qd̄ ex ea resoluit in vētositatem resolutione veloci: imo figitur vsqȝ ad digestionē tertiā. Illic enī inflat. Et vsus coitus ꝯfortat hoc mēbrum ⁊ facit ipsum lacertosuȝ ⁊ ingrossat ipsum ⁊ dimissio eius liquefacit ⁊ arefacit. Operatio nāqȝ quemadmodum dixit Hip. ingrossat ⁊ operationis eius dimissio liquefacit. Et causa quidem desiderij ⁊ motus ei⁹ aut est meditatiua aut est ꝓpter multitudinē ventositatis in sang. ex quo generat sperma ⁊ ex quo nutrit instrumētum virge: quare inflatur ⁊ erigitur ⁊ fit ꝓpter illud quod mouetur ex desiderio ꝓpter preparationem membri ad illud: quoniam tensio facit accidere mordicationem. Et iterum cum congregatur sperma in membris coitus ⁊ multiplicat inquisitio separationis eius mouentur materie in ipsis. Et quandoqȝ fit erectio ꝑꝑ mordicationem māe stantis in glandulis positis in duobus lateribus orificij vesice: aut materiei tenuis subtilis venientis ad eam ex renibus sicut fit propter motuȝ spermatis ipsius cum acuit ⁊ multiplicatur ⁊ mordicat.

¶ Ponit aliam ⁊ dicit ꝙ res faciētes ventositatē faciūt erectioneȝ vt sunt legumina. Nō facile. s. in resolutiōe vētositatis. Eā. i. illā humiditatē. s. in ventositate. Resolutione. i. cōsumptione. Et vsus coitus. Ponit aliā cām ⁊ dicit ꝙ vsus coitus facit ad erectionē. Facit ipsum lacertosum quātū ad substantiaȝ. Ingrossat. i. magnificat. s. quantū ad meatū. Arefacit. i. extenuat. Operatio. i. motus. Hip. s. tertio epidimiaꝝ. Liquefacit. i. attenuat. Et cā quideȝ. Ponit quartam cām ⁊ dicit ꝙ alia cā ē meditatiua vl' magna vētositas reclusa vel augmētatio sanguinis ⁊c̄. Meditatiua. i. imaginatiua. Et fit s. erectio. Qd̄ mouet. s. virga. Ex desiderio ꝑꝑ ꝑparationeȝ mēbri. Ad illud. s. ad actū coit⁹. Sepatiōis. i. expulsiōis. In ipsis. s. mēbris coit⁹ mouent māe ⁊ trahunt vapores ⁊ sanguis ⁊ fit erectio.

¶ De causis spermatis. Cap. 3m.

Sperma est supfluitas digōnis q̄rte que fit cū dispartit cib⁹ in mēbris resudādo a venis tertia digōne iā expleta: ⁊ est de sūma humiditatis ꝓxime coagulationi ex qua nutriunt mēbra dura vtpote vene ⁊ arterie ⁊ simlia illis.

¶ Hic determinat de causis seminis. Prio notificat ꝙ est semen. Scd̄o determinat vtrū semē igrediat ꝑ mā embriōis. ibi (Et apd̄ Gal.) Tertio a quo mēbro decidit semē. ibi (Et Hip. qdē.) Prio notificat semen. Scd̄o remouet dubiū. ibi (Et qn̄qȝ reperit.) ¶ Dicit ꝑ° ꝙ semen est superfluitas. 4. digōnis. Que scilȝ superfluitas. In mēbris. s. ⁊ corde. Et similia. vt nerui ⁊ chorde.

¶ Et quandoqȝ reperitur de ea plurimuȝ retentum in venis ad qd̄ iaȝ precessit digestio quarta ⁊ remansit vt nutriantur ipso vene aut peruenit ad membra homogenea ⁊ nutriant ea preter qd̄ necessaria sit magna alteratio illius ⁊ ꝓpter illud ꝓuenit sperma ex eo.

¶ Remouet dubiū istud: vtrū oīs humiditas veniat ad semē. Respōdet ꝙ nō: qꝛ aliqn̄ est aliqua humiditas in venis que est silis semini: ⁊ tn̄ nō est semē. Digestio quarta. s. venarū. Et ꝓpter illud. s. ex superfluo alimēti. Prouenit sperma. i. humiditas similis spermati. ¶ Nota ꝙ sicut alia mēbra q̄ȝ sint vene nutriunt ex sanguine transmutando in secūdas humiditates: ita etiaȝ nutriuntur vene ex tali humiditate que est alterata a vena sic ꝙ vadens ad mēbra conuertitur absqȝ resistentia.

¶ Et apud Gal. quidem ⁊ medicos masculo ⁊ femine simul sunt duo semina de quibus ambobus dicit nomen spermatis nō cōmunitate nominis tm̄: sȝ vniuoce. Et in vnoquoqȝ duorum se. est virtus formādi ⁊ iformādi simul. Verū factū masculinū est fortius in virtute a qua est iceptio formationis iussu dei. Et se. femininū est plurimū in virtute a qua est principiū iformationis. Et sperma qdē masculi expellit ꝓpe matricē etiā: quare deglutit ipsum os matricis attractione vehemēti: ⁊ sperma quidem mulieris expellitur intra matriceȝ eius in vasis ⁊ venis ad locum conceptionis.

¶ Ostēdit: vtrū semē ingrediat pro mā fetus. Prio ponit opinionē Gal. Scd̄o phoꝝ. ibi (Sapiētū vo.) ¶ Dicit ꝑ° ꝙ apud Gal. ⁊ apud alios medicos masculus ⁊ femella habēt semina ⁊ in vtroqȝ semine est virtus actiua ⁊ passiua: ergo semē masculi virtuteȝ hȝ passiuā ⁊c̄. Apud Gal. s. in libro de spermate noue translationis. Nō tm̄ cōitate nois. i. non equoce. Formandi. s. actiue. Iussu dei. i. precepto dei. Informatiōis. s. passiue. Intra mr̄icem. s. apud ipsos medicos. ¶ Nota ꝙ opinio Gal. est ꝙ tam semē viri q̄ȝ mulieris sint necessaria ad generationem: certe credo ꝙ sit verū: ⁊ iō ꝑm eum si solū esset sperma viri in matrice nō posset fieri generatio nisi etiā sit ibi sperma femelle. ⁊ vult Gal. ꝙ mulieres hn̄t vasa seminalia que veniunt ad matricē ⁊ effundunt ibi sperma.

¶ Sapientum vo medicorum cum intentio comprehēditur est cōprehensio ꝙ in spermate masculi est principium formatiōis. Et ꝙ in spermate femine est principiū informationis in re propria. Virtus enim formatiua in spermate masculi itendit informādo ad similitudinē eius a quo separatū est nisi sit aliqd quod ipediat ⁊ ꝓhibeat. Et virtus iformatiua in spermate mulieris intendit separatiȝ in recipiendo formaȝ ad hoc ꝙ recipiat eam ꝑm similitudinem eius a quo separatum est. Et nomen quidē spermatis cuȝ de eis duobus dicitur est per cōmunitatem nominis vt componatur intentio aggregans rem distractam in intentione. Nam in intentione qua nominatur expulsio viri spermatica nō nominatur expulsio femine spermatica. Et vere quidem. Nam sperma viri est calidum digestum spissum. Et sperma femie est genus san. mēstrui digestū parūper ⁊ ꝯuersum parū: ⁊ nō elongat a virtute sanguinea elongatione spermatis viri. Et ꝓpter hoc assimilauerunt ipsum philosophi antecedentes menstruo.

¶ Ponit opinionē phoꝝ. Prio ostendit ꝙ semē viri est effectiuuȝ embrionis. Scd̄o ostendit ꝙ hoc nomen sperma dicit equoce de semine viri ⁊ mulieris ⁊ nō vniuoce. ibi (Et nomē.) Tertio ostēdit ꝙ semen viri nō est cā materialis passiua. ibi (Et dixerūt.) Quarto remittit nos. ibi (Cognitio vo.) ¶ Dicit ꝑmo ꝙ apud veridicos q sunt philosophi nō est ꝑmo modo: imo semē viri hȝ cām actiuam nullo mō passiuā: ⁊ semē mulieris hȝ virtutē passiuā ⁊ nō actiuam. Sapiētū medicoꝝ. s. qui fuerunt phi. Formationis. s. actiue. In re ꝓpria. s. in materia ꝓpria. s. passiue. Separatū. i. cadens in matrice. In recipiēdo formā. s. passiue. Nota ꝙ phs ꝑmo de gn̄ōne animaliū. ca. 27. ⁊ 28. al's ca. vlti. ponit ꝙ semen mulieris nihil hȝ facere ad gn̄ōnem quāuis faciat vtilitates. Una est vtilitas: qꝛ ꝓpter delectationē quā iducit facit magis trahi semen viri. Scd̄a vtilitas est: qꝛ matrix est rugosa: ⁊ iō si ꝑmo aspergat semine mulieris semen viri melius penetrat: ⁊ ideo Aui. hic per semen mulieris intelligit de sanguine menstruo qui alteratur ⁊ ꝑmutatur a semine

viri intantum ꝙ efficit sicut semen ⁊ non est talis sanguis q omni mense transmittit: imo est bonus sanguis: venit tñ per venas per quas venit sanguis menstruus omni mense. Et nota ꝙ sperma nõ dicit vniuoce de spmate viri ⁊ mulieris: sed dicit equoce ⁊ pȝ. Dicit .s. auctoritate pħoꝝ. Nota ꝙ semẽ mulieris nihil facit ad generationẽ ⁊ nõ dicit semẽ sed supfluitas. Scias tñ ꝙ aliqui sapiẽtes dicunt ꝙ sine dubio vtrũqȝ sperma videlȝ viri ⁊ mulieris simul iũcta simul operant ad generationẽ. Et si sperma mulieris est potẽtior in ṽtute gñat ide femella. Si ṽo sperma viri est potẽtior ĩṽtute generat ide masculus. qđ nota. Intentio .s. noĩs. Et sperma mulieris .s. de quo dicim⁹ ꝙ tenet locũ passiue in gñõne ꝯuersum .i. ꝑmutatũ. Nõ elõgat .i. nõ tm̃ elõgat a sanguine sicut sanguis viri.

¶ Et dixerunt ꝙ sperma masculi quando permiscetur operatur cum virtute ⁊ non est alicui parti eius plurimus introitus in rectificãdo particularitatẽ corporis infantis. Illud enim est spermatis mulieris ⁊ san. menstrui: imo plurimũ studij sui est in particularitate spiritus infantis ⁊ nõ est nisi sicut coagulũ agens in lacte. Sperma autẽ mulieris est fundamentũ ꝑticularitatis corporis infantis. Et vnũqđqȝ amboꝝ exuberare facit qđ generat san. calidum ⁊ humidum.

¶ Ostẽdit auctoritate pħoꝝ ꝙ semen viri nõ hȝ causam passiue in gñõne ⁊ dicit ⁊c. ⁊ ostẽdit ẽt que sunt cause multiplicationis seminis. Quãdo ꝑmiscet .s. menstruo. Cum virtute .s. actiua. In rectificando .s. materialiter. Particularitatẽ .s. ꝑtes diuersas. In particularitate .s. spũs gignitiui: qꝛ de eo fit spũs gignitiuus. hec oĩa pulchre dicit Aui. in suo libro .9. de aĩalibus ca. 4. ¶ Nota ꝙ illa lrã intelligi dȝ ꝙ semen viri ponit spũm gignitiuũ in corde: qꝛ in p̃mo generat ⁊ postea ille spũs generat alium spũm in corde qui vadit ad alia mẽbra: ⁊ ĩtelligi põt ꝙ in semine viri est spũs gignitiuus .i. qdã ventus subtilis vt faciat spiritum penetrare .s. talis ventus subtilis. Sperma aũt .i. sanguis menstruus ꝯuersus ad nãm spermatꝭ. Et vnũ qñqȝ eoꝝ .s. sperma viri ⁊ mulieris.

¶ Cognitio ṽo certitudinis vnius haꝝ duaꝝ intentionum ꝑtinet ad scientiam naturalem ⁊ nõ nocet medico ignorantia eius. Et nos qdem iaȝ exposuimus dispõnẽ in ea in libris nostris radicalibus.

¶ Hic remittit nos alibi ⁊ oñdit qũo dȝ se habere medicus ad hoc. Scientiam naturalem .s. ad habẽdum modũ discussionis. Intẽtionem .i. dispositionem. In ea .s. cognitione. In nostris radicibus .i. nono de animalibus .z. cap̃.

Dubᵐ pᵐ ¶ Est qđ: vtrũ semen viri sit mã embrionis ⁊ est intentio pħi p̃mo de gñõne aĩalium .ca .z. ⁊ Auic. 9. de aĩalibus ꝙ semen viri non est materia embrionis. ⁋ Et arguit pħs p̃ᵒ sic. Si ita eẽt sequeretur ꝙ idẽ esset actiuũ ⁊ passiuũ p̃ncipalr̃. qđ est falsum. qꝛ tũc idem esset in actu ⁊ in potẽtia. ꝯña tenet: qꝛ semen viri hȝ virtutẽ actiuaȝ ⁊ ꝑ te ẽt hȝ virtutẽ passiuã: igit ⁊c. ⁋ Scđo sic. Simile est de factiõe alicuius artificij ⁊ de gñõne embrionis: sed qñ artifex facit artificiũ: artifex nõ subijcit ꝓ mã: sȝ solũ est cã effectiua: igit nec semẽ viri subijcit pro mã. Silr̃itudo tenet: qꝛ sicut in factiõe artificij agẽs vꝫ esse intelligens vt aĩa: ita est agens ĩtelligẽs in semine: ⁊ ꝓpter illã rõnem coactus est Auic. ponere datorẽ formaꝝ. ⁋ Tertio sic. Aliqua aĩalia sunt que generãt sicut masculus ⁊ femella: lȝ masculus nihil det de mã sed solũ de forma ⁊c. Añs pȝ: qꝛ sunt quedaȝ aĩalia mascula vt musca in qbus femella ponit mẽbrũ in masculũ ⁊ non ecõuerso. Pȝ ẽt de aliqbus piscibus ouificãtibus: qꝛ femella facit oua ⁊ masculus irrorat suo semine: ⁊ talia oua aspersa semĩe sunt ex qbus fiunt pisces: ⁊ illa que nõ tangunt a semine nõ sunt bona. ⁋ Quarto arguit. Illa corpora debẽt habere diuersum modũ p̃ncipiãdi que hñt diuersa mẽbra ex qbus fit generatio: sed mã ⁊ forma sunt hmõi: igit ⁊c. Cõfirmat: si ita esset sequeret ꝙ homo posset in seipso generare. qđ est falsum. ꝯña tenet: qꝛ ibi est agens ⁊ mã. Gal. aũt in .14. de vtilitate ꝑti. ca. 7. ⁊ in libro de spermate primo lib. ca. 3. ponit opinionẽ ꝯ̃riam que est ꝙ semen viri ingreditur pro materia embrionis ⁊ ẽt hȝ virtutẽ actiuaȝ. Ponit tñ ꝙ semen aut capit pro spũ gignitiuo recluso in ipso aut pro ipso semĩe. Primo modo nõ ĩgredit semen pro mã. Sȝ scđo modo sic. Scđam cõclusionẽ ipse ꝓbat sic. Si ita esset ꝙ semen viri nõ ĩgrederetur: sȝ eijceret extra matricẽ: tunc matrix nõ appeteret semẽ viri qđ est falsum. ꝯña tȝ: qꝛ illud qđ est superfluũ nõ dȝ appeti. Et istã rõnem facit Aui. 9. de aĩalibus. ca. z. qui ponit ibi rõnem Gal. ⁊ ip̃m impugnat ⁊ deridet. Scđo sic. Si semẽ viri nõ eẽt mã: tũc mẽbra essent rubea: qꝛ essent de sanguine: ⁊ arguat sic, mẽbra aliqua sunt exanguia alba glutinosa: g̃ fiunt ex semine viri. Tertio arguit ꝯ̃ illud qđ vult pħs ꝙ sanguis attractus ad matricẽ dealbat virtute semĩs. Cõtra qꝛ tũc natura ageret frustra toto illo tẽpore quo ĩducit illas dispõnes. qđ est falsum. ꝯsequẽtia tenet: qꝛ ipsa hȝ ibi mãm ꝑparatã .s. verũ sperma. Quarto. eadẽ est mã gñõnis ⁊ nutricationis: sed oĩa mẽbra nutriũtur ex sanguine q ꝯuertit in semen: igit ẽt generant. Confirmat in terra nascẽtibus idẽ est mã ⁊ efficiens: ergo ẽt in aĩalibus perfectis. Istis positis soluit Gal.

¶ Ad rõnes pħi. Ad p̃mam. tunc idẽ esset actiuum ⁊ passiuum. negetur qꝛ virtus actiua est in spũ gignitiuo: ⁊ virtus passiua in corpulentia spermatis. ⁋ Ad scđam nõ tenet similitudo qꝛ artifex nõ cõmunicat in mã cũ artificio sicut est hic. ⁋ Ad tertiã dđȝ ꝙ illa mascula habẽt modicũ de calore ⁊ iõ femella ponit in masculũ. ⁋ Ad quartã illa corpora hñt diuersum modũ p̃ncipiãdi ⁊c. Propter illud nota ꝙ semẽ viri hȝ virtutẽ actiuã ⁊ passiuã: sed plus actiuam q̃ȝ passiuã. Dico g̃ ꝙ bñ in hoc hñt diuersum modum p̃ncipiãdi: qꝛ vnũ hȝ plus de actiuo ⁊ aliud hȝ plus de passiuo. ⁋ Ad qntã. tũc hõ posset in seipso generare. negat: qꝛ quãuis ibi sit de mã: est tñ ibi modicũ de passibilitate ẽt qm̃ nõ est ibi locus aptus nec tm̃ de mã. Quãuis ista opi. sit. G. tñ pħi sunt potẽtiores qꝛ semẽ nõ sumit ꝓ spũ gignitiuo sed ꝓ ipsa corpulẽtia que nõ hȝ aliqd de mãli: qđ ꝓbatur qꝛ tũc agẽs ⁊ mã coinciderẽt. nec valet solutio. G. qꝛ philosophus vult ꝙ illa corpulentia habeat virtutem solam actiuam.

¶ Ad rõnes Gal. Ad p̃mã negat ꝯsequẽtia. ad ꝓbationẽ dicit Aui. soluẽdo. nõne aquositas fit in epate: ⁊ tñ qñ fecit finẽ suũ expellit ab epate. Silr̃ mẽbrum attrahũt medicinas ⁊ postea expellũt: ita est de matrice: qꝛ attrahit semẽ ⁊ tenet ip̃m tãto tp̃e ꝙ fecerit suũ effectũ: ⁊ postea ip̃m expellit facta cõceptione. ⁋ Ad scđam. tunc mẽbra eẽnt rubea. negat Aui. ꝯsequẽtiã. ⁊ cũ dicit fiũt de sanguine: verũ est ꝯuerso in formã spermatꝭ. ⁋ Ad tertiaȝ. tũc natura ageret frustra. neget ꝯsequẽtia. sed qñ tu dicis est ibi mã: verũ: sed nõ est disposita. ⁋ Ad q̃rtã. eadẽ est mã gñõnis ⁊ nutricationis. soluit. A. deridẽdo. qs diceret ꝙ mẽbra nutriunt ex sanguine ⁊ tñ generantur ex ipso sanguine: ⁊ ideo quando dicit eadem est ⁊c. i. in specie. ⁋ Ad quintam posset negari similitudo.

Dubᵐ 2ᵐ ¶ Scđa qđ est vtrum sperma mulieris ingrediat gñõnem. Et vult Ari. ꝙ nullo mõ nec actiue nec passiue. Probat per rõnes eius: qꝛ si ita eẽt seq̃ret ꝙ mulier ex se sola posset generare. qđ est falsum. ꝯña tenet: qꝛ ꝑ te ipsa hȝ ṽtutẽ actiuã ⁊ passiuã. Scđo sic. tũc in mã eẽt virtus actiua. qđ est falsum. ꝯña tenet qꝛ ꝑ te in ipsa est virtus actiua. Tertio sic: aut virtus actiua est totalr̃ in semine viri: ⁊ virtus passiua totaliter in semine mulieris ⁊ habet ꝓpositũ: aut partim in vno partim in alio: ⁊ hoc non: qꝛ habẽt diuersa membra diuersas virtutes principiandi. Quarto eadẽ est materia totius ⁊ ꝑtis ⁊ pars generat ex sanguine: ergo ⁊ totum: ergo nõ est ex spermate mulieris. Cõfirmat qꝛ mulier põt impregnari sine emissione seminis vt pȝ in violatis que nõ spermatizant: ⁊ hec est opinio aliquorum pħoꝝ quã aliqui credũt eẽ falsam ⁊ minime veraȝ. Sȝ opi. G. est ꝙ vtrũqȝ hȝ virtutem actiuã ⁊ passiuam: sed semen viri plus de actiua ⁊ semen mulieris plus de passiua. qđ videtur cõmuniter esse verum ⁊ verissimum: quod nota bene.

¶ Et Hip. quidem dixit in suis intentionibus ꝙ plurimum materiei spermatis est in cerebro: ⁊ ꝙ descendit ex duabus venis que sunt post ambas aures: ⁊ ꝓpter hoc abscindit flobothomia ambaruȝ generationem ⁊ facit incurrere sterilitatem: ⁊ est sanguis eius leuis ⁊ continuate sunt nuche vt non elongentur a cerebro ⁊ que ei similantur spatio longo: quare alteraretur complexio illius sanguinis ⁊ cõuertetur: imo perueniunt ad nucham deinde ad renes postea ad venas que veniunt ad testiculos. Et Galenus quidem nõ sciuit an faciat incurrere incisio harum duarum venarũ sterilitatem: an non.

¶ In p̃cedẽtibus. A. posuit sñiam medicoꝝ ⁊ pħoꝝ de gñõe fetus: hic ostendit a quo decidit semen. Primo facit hoc ſm sñiaȝ Hip. Scđo ponit sñiam. G. ibi (Et Gal. qdem.) Tertio ponit suã sententiã. ibi (Mihi ṽo.) ¶ Dicit p̃mo ꝙ Hip. dicit ꝙ semen decidit a cerebro ⁊ ꝙ due vene descendũt a cerebro ⁊ sunt post aures: que si incidant ꝓhiberet generatio. Hip. .s. in libro de aere aqua ⁊ regionibus. Ex duabus venis .s. ad vasa spermatis. Generationem .i. cõceptioneȝ sanguinis .s. vnde semen generatur. Lacteus .i. subtilis. Nuche .s. iste vene. Nõ elongentur a cerebro scilȝ in partibus adiacentibus sibi. Et Gal. quidem. Posuit sententiaȝ. G. ⁊ dicit ꝙ. G. nesciuit verificare illud dictum Hip.

¶ Mihi

¶ Mihi vero videtur ꝙ non oportet vt sit sperma ex cerebro solo quanuis eius fermentum ex cerebro sit. Et est verum quod dixit Hippo. de esse duarum venarum: immo oportet sit ei ex omni membro principali fons ⁊ vt sit ex membris alijs resudatio etiam ad istas radices. Et propter illud est assimilatio. Et propter hoc generatur ex membro diminuto membrum diminutum licet illud fiat dum vene non vltimum finem sequuntur ⁊ non procedit appetitus vltimus cum digestione completa. Et sperma quandoqꝫ expellit ventositas permista ei ⁊ necesse est vt procedat exitus eius exitum illius.

¶ Hic ponit sniam suam. Primo hoc. Scdo reddit cām cuiusdam apparentis. ibi (Et ꝓpter illud.) ¶ Dicit pmo ꝙ apparet sibi ꝙ semen venit a cerebro: nō qdē a solo cerebro: sed ab omni membro pncipali ⁊c. Fermētū. i. ꝑticularis. Ut sit ei. s. semini. Resudatio. s. ad hoc vt fiat semen. Est assimilatio. s. fetus patri. Et pp hoc. Hic assignat cām. s. quare hō aliqñ diminutus in mēbro generat fetū diminutū sm illud idē mēbrū ⁊ pz. Nota vltimū finem ꝯsequant. s. q2 oppilate sint. Cū digōne cōpleta. i. cū nō pōt oīno semē cōpleri. Expellit. i. facit ad expulsionē. Illius. s. spermatis.

Dubᵐ 3ᵐ. Pria opi. ¶ Querit vñ spma decidit: ⁊ in hoc est opi. Hip. ꝙ decidit a cerebro. Rō est q2 cerebrū multū debilitat in emissione semis: ergo ⁊c. Antecedēs est phi in multis locis. Cōsequētia tenet q2 decidit ab ipso qd magis debilitat. Confirmatur q2 semen assimilat cerebro: ergo ⁊c. Cōsequētia tenet: q2 omne qd decidit ab aliquo sapit naturā eius a quo decidit. *2ª opinio* ¶ Scda opi. est ꝙ semē decidat a toto corpore. Rō est q2 hoc videt ꝓbare phs 4ª ꝑticu. ꝓble. 21. ꝓble. Quare est. i. ꝓpter qd coeūtes maxime īfirmant: q2 fit debilitatio in toto: g ⁊c. Cōfirmat q2 semen generat fetū: g ⁊c. Cōfirmatur q2 sepe aīal diminutū generat aīal diminutū. *3ª opinio Respon.* ¶ Tertia opi. est ꝙ semē decidit ab epate q2 est pnᵐ nutrimēti: ergo ab ipso decidit. ꝯña tenet q2 semen est supfluitas alimēti. Istā qōnem disputat phs p de generatione aīaliū ca. 5. ca. 23. ⁊. 24. al's. c. 17. ⁊. 18. ⁊ ponit ibi opiniones ⁊ dicit ꝙ qdā dicūt ꝙ decidit a qualibet pte sic ꝙ illud qd decidit est pars integralis partis a qua decidit. Sed phs arguit ꝯ hoc. sic sequeret ꝙ semē esset quoddā puum aīal. ꝯña tenet q2 sicut a quo decidit est aīal magnū: ita ptes sue ītegrales eēnt paruū aīal. Confirmat q2 tūc in emissione seminis esset dolor. qd est falsum. ꝯña tenet: q2 per te remouet pars ītegralis. Cōfirmat q2 tūc qlibet esset masculus ⁊ femella. qd est falsum. ꝯña tenet q2 decidit a ptibus integralibus tā masculi qꝫ femelle. *Alia.* ¶ Aliā aūt opi. recitat phs ibi. c. 24. al's. c. 18. ꝙ aliq dicūt ꝙ semē decidit a toto: sed tñ nō est pars ītegralis eius. s. partis: sed est supfluū nutrimēti quarti decisum a a qualibet parte. Cōtra hec arguit q2 tunc diminutus semp generaret diminutū. qd est falsum. ꝯña tenet: q2 semen nō pōt venire a parte diminuta. Confirmat tunc semen eēt diuersoꝝ coloꝝ. qd est falsum. ꝯña tz: q2 supfluū nutrimēti mēbroꝝ est diuersum in colore. Cōfirmat q2 tūc semē hēret magnā vtutē passiuā ⁊ nō actiuā. qd est falsum. ꝯña ꝓbat: q2 qꝫto nutrimētū plus appropinquat mēbro tāto magis hz de virtute passiua: q2 plus appropiquat nāe mēbri. *Alia.* ¶ Alia ēt opi. recitat ca. 24. al's. c. 18. ꝙ alij dicūt ꝙ semē decidit a qualibet parte īdifferēter ita ꝙ aliqñ a cerebro aliqñ a manu: ⁊ hoc ꝓbant q2 nesciūt dare aliā cām nisi assimilatōis. Cōtra hoc arguit sic: tūc semen pus generabit manū qꝫ cor. qd est falsum. ꝯña tenet q2 magis ꝓuenit a tali mēbro. Cōfirmat. sicut est de nutrimēto qñ est ꝓpinquū mēbro ita est de semine: sz qñ nutrimētū est ꝓpiquū nature vnius mēbri nō erit sufficiēs ꝓ nutrimēto alteriꝰ: ergo semen manus nō est sufficiēs ꝓ corde nec ecōuerso. *Opinio Auic.* ¶ Alia est opio phi ⁊ alia Aui. Opi. Aui. 9° de aīalibus. c. 4. stat in duabus ꝯclusiobus. ¶ Pria est ꝙ semen decidit a tribus mēbris pncipalibꝰ: ⁊ ista ꝯclo ītelligit quātū ad spūm gignitiuū. ꝓbat q2 talia membra sola hñt spūm gñare: g decidit quātū ad spūm gignitiuū ab istis tribus mēbris pncipalibus: ⁊ isti spūs cōcurrūt ad gnōnē q2 veniūt ad testiculos ⁊ ibi vocatur spūs gignitiuus. ¶ Scda ꝯclo est ꝙ contingēter semen quātū ad spūm pōt decidi a quocūqꝫ mēbro simul cū illis tribus mēbris pncipalibus. Ista pz: qa spūs q est in mēbro a quo simul cū istis spiritibꝰ facit ad gnōnē ⁊ iste talis spūs q est in mēbris est cā assimilatiōis. ꝓbat. nō pōt filius assimilari patri vel matri nisi aliqd decidat a mēbro in quo sibi assimilat: sed tale decisum nō potest esse nisi spūs: ergo ⁊c. ¶ Sed tu. d. ergo nunqꝫ homo diminutus generabit diminutū. qd est falsum. ꝯña tenet q2 spiritus nō pōt decidi a parte que nō est. Dōm ꝙ decidit spūs cū tali dearticulatione qualis est in parte. ¶ Tertia cōclusio addit a magistro Thoma ꝙ semē quātū ad partē corpulētā decidit ab epate sm ꝙ epar est pncipiū nutrimēti: ⁊ ista est clara. *Opinio Aristo.* ¶ Alia est opi. phi quā declarat Egidius ⁊ dicit ꝙ semē aliqñ sumit ꝓ quacūqꝫ humiditate que descendit ad vasa seminalia. Aliqñ sumit ꝓprie ⁊ tunc est supfluitas decisa a nutrimēto qrte digōnis: ⁊ sic sumit hic. Itē semen aut sumit quātū ad spūm gignitiuū reclusum: aut quātum ad corpulētiā. Prio modo sic. imediate decidit a testiculis ⁊ mediate a corde. Probat: q2 cor est primū factiuū spūs tanqꝫ fons: ⁊ hoc facit de re que nō est spūs. Alia aūt mēbra faciūt spūm de spū cordis Et ideo aliq volunt ꝙ illi tres spūs non differūt subaliter. ¶ Quarta cōclusio est ꝙ semen quātū ad māmi corpulētam decidit ex nutrimēto cordis. ista pz per eū in libro de gnōne aialium. Cōfirmat q2 semen est supfluitas vtilis vltimi alimēti qd est totū in potētia. Prio est supfluitas. Scdo est vtilis q2 fit fetus ex eo: sz triplex est supfluitas. s. qualis ⁊ quāti ⁊ vtriusqꝫ. Semē aūt nō est supfluitas qualis: q2 nō est mala supfluitas: sed est supfluitas quāti: q2 illud qd supfluit in qꝫto in corde de nutrimēto mālitér est semē. Quarto est vltimi alimēti: ⁊ vltimū alimentū est illud qd est melius ⁊ ꝑfectius qꝫ sit in nr̄o corpe: ⁊ istud supfluū p venas emulgentes venit ad vasa seminalia ⁊ ad testicl'os. Quito dicebat ꝙ est totū i potētia q2 decidit a corde qd est totū in potētia sm Ari. ⁊ iō cor pmo gñatur ⁊ postea alia duo membra principalia. ¶ Ad rationes.

¶ Ponit aliud signuꝫ: ⁊ pz. Nota ꝙ dicit demergat. i. ꝓfundat hoc est ꝓpter febꝛem cõsumptiuã. Fusca ꝓpter tractũ sanguinis. Rigida qꝛ auris est membꝛũ exangue: ⁊ ideo trahit caloꝛ. Rubedo labij qꝛ ibi trahit sanguis. Hydropisi hiposarche. s. quantũ ad inferioꝛa: quia inferioꝛa tumescant.

¶ De ꝯseruatõe embꝛiõis ⁊ cautela aboꝛsus. Cap. 10m.

Embꝛionis suspẽsio ex matrice est sicut suspẽsio fructꝰ ex arboꝛe ⁊ sicut maioꝛ timoꝛ qui timet sup fructũ ꝙ cadat est aut cũ icipit eiꝰ apparitio aut cũ ipsius existit cõplementuꝫ. Similiter qđ vehementius timet super embꝛionẽ qđ aboꝛtiuus fiat est apud pꝛincipiũ conceptionis ⁊ ante appꝛopinquationeꝫ: quare opoꝛtet vt caueant in his duabus hoꝛis cause aboꝛsus predicte.

¶ Hic determinat de ꝯseruatione embꝛionis. Primo docet regere mulieres ne aboꝛtiant. Scd̃o fetũ. ibi (Et medicine.) Primo ꝓbat ꝙ est timoꝛ aboꝛsus in ꝑncipio ⁊ in fine ipꝛegnationis. Scd̃o ponit regimẽ mulierũ ne aboꝛtiant. ibi (Et pharmacũ.) Primo arguit sic. Simile est de alligatiõe fetus ad matricẽ sicͥ de ligatione fructuũ ad arboꝛes: sꝫ timoꝛ est ne fructꝰ cadãt in ꝑncipio ⁊ in fine magꝭ ꝙ̃ in medio: ẜ ⁊c̃. Maioꝛ est nota. Minoꝛ pz: qꝛ in ꝑncipio ligamẽta sunt debilia ⁊ in fine fetus est magnificatꝰ ⁊ ligamẽta exicata ⁊ magꝭ patiunt de laboꝛe. Suspensio. i. alligato. Ex matrice. i. cũ matrice. Ex arboꝛe. i. cũ arboꝛe. Ante ꝓpingtatẽ. s. partus.

¶ Et pharmacum quidem solutiuum est de summa illarum causarum: quare opoꝛtet vt caueatur eius dispositio ante mensem quartũ ⁊ post octo ⁊ in eo qđ est inter illa iterum. Uerũtamen in eo qđ est inter illa est salubꝛius ⁊ ad ipsum peruenitur cum necessariuꝫ est. Et foꝛtasse non erit excusatio in quibusdam harũ hoꝛarum quin soluat ⁊ mundificet sang. eius vt nõ coꝛrumpat embꝛionem pꝛopter malitiam complexionis: quare opꝫ vt fiat cum facilitate ⁊ subtilitate. Et qñqꝫ etiam menstrua ante conceptioneꝫ nõ sunt menstrua necessaria ⁊ remanent in ea superfluitates mẽstruoꝝ eius indigentes mundificatione.

¶ Ponit regimẽ mulieris ne aboꝛtiat. Diuersificatur ẜm diuersas causas. 2a ibi (Et tunc.) 3a ibi (Et cũ aboꝛtit.) 4a ibi (Et si est.) 5a ibi (Si aũt.) 6a ibi (Propter lubꝛicitatẽ.) ¶ Dicit pͥmo ꝙ pharmacuꝫ hꝫ inducere aboꝛsum ⁊c̃. postea remouet dubiũ vtrum aliquo mõ ꝯueniãt pharmaca: ⁊ pz. Illarũ cãruꝫ. s. facientium aboꝛsum. Iste est pꝛimus afoꝛ. 4e particu. Pregnantes purgare si conuenit ⁊c̃. Harũ hoꝛarũ. s. ante quartum mensem ⁊ post septimũ. Cum subtilitate. i. cum perscrutatione: aliter cuꝫ medicina leui lenitiua vt est cassia thamarindi ⁊ huiusmodi: ita ꝙ pꝛincipaliter nõ intẽdit de medicina solutiua. Necessaria. s. in cõceptione. Ratio est quia

sunt superflua. In ea.s. muliere p̄gnante. Mūdificationē.s. alia.

¶ Et tunc si nō mundificanẽ recipit earū corruptionē embrion. Opꝫ ergo vt mundificeẽ illud subtile cū mūdificatiuis subtilibꝰ nō potando: sed supponendo in primis suppositoriū post colluꝫ matricis: imo supponanẽ in collo matricis: ⁊ nō mūdificeẽ cū eis illud qđ mundificaẽ vice vna: imo vicibꝰ pluribꝰ. Et cū super mulierē timeẽ ꝙ abortiaẽ causa cōplexionis ⁊ apostematum ⁊ vlcerum ⁊ ventositatis ⁊ reliquoꝝ: cureẽ totum cum eis que sunt in suo capitulo.

¶ Ponit aliud regimen mulieris ne abortiaẽ: ⁊ pꝫ. Post collū matricis.i. in ano. Mundificatur.i. mundificari debet.

¶ Et cū abortiẽ causa cōplexionis frigide: tunc si motor etiā est cōplexio tēpereẽ: ⁊ si est aliud ⁊ est de illis que declinare faciūt ad matricē māmā calidā ex qua timeẽ apostema cureẽ cuꝫ apocrusticis ⁊ ꝓhibentibus apostema: ⁊ cum eo qđ de solutione possibile est.

¶ Ponit regimē aliud ⁊ causam: ⁊ pꝫ. Si motor.s. aborsus. Et si est. Ponit quartum regimen: ⁊ pꝫ. De illis.s. ꝙ sit complexio cum materia. Apocrusticis.i. repercussiuis.

¶ Si aūt nō fuerit illud: imo nō timeẽ ex eo nisi vt ꝯsequaẽ embrionē causa eius nocumētū: aut lesio faciēs ipm abortiri: aut interficiens ipm: tūc opꝫ vt cureẽ cū medicinis ꝯseruātibus embrionē quas dicemus.

¶ Ponit quintum regimen.

¶ Propter lubricitatem vō ab humiditatibus que est plurima lubricitas: oportet in hora ip̄regnationis vt administrentur clysteria lenitiua euacuantia stercus: deinde administrenẽ iniectiones ⁊ ꝓuocātia vrinam ⁊ clysteria mundificantia matricem.

¶ Ponit sextū regimen diuersificatū ex cā que est lubricitas. Primo ergo in gn̄ali. Scđo in sp̄āli. ibi (Est vt in potu.) Prima pꝫ. Ab humiditatibꝰ.s. euenientibꝰ. Plurimū.s. parata inducere aborsuꝫ. Imp̄gnationis.i. hora qua querit impregnatio.

¶ De regimine bono ad illud. Cap. 11m.

Est vt in potu deẽ aqua radicis cum oleo de kerua: aut decoctio albascec: aut fenugreci cum oleo de kerua: ⁊ detur in potu in omnibus decem diebus aliquid de pillulis fetidis: ⁊ detur hiera. H. in potu.

¶ Ponit regimē in sp̄āli: qꝛ ponit remedia valētia ad humiditateꝫ matricis. Primo ponit alias medicinas interius. Scđo exterius ibi (Clystere.) ¶ Albascec.i. tribuli. Nota ꝙ ista remedia conueniunt ante impregnationem.

¶ Clystere bonū ad illud ⁊ ad ventositatē. ℞. sauine ⁊ origani ⁊ ameos ⁊ keisim ⁊ ramoꝝ anheti ⁊ camomille ⁊ ruthe ⁊ hascec ⁊ fenugreci ana pugillum vnū: decoquantur in tribus lib. aque donec cōsumaẽ medietas ⁊ sumaẽ de ea minus lib. ⁊ adde super ipsam sextarium vnum olei arazaki ⁊ sacraiati vnum olei sisamini ⁊ vtere ipso clysterizando: ⁊ clysteriza ipsam oībus quatuor diebus cum tantūdem.

¶ Hic ponit clysteria. Primo hoc. Scđo ostēdit qđ est fiendū post euōnē. ibi (Et post.) ⁋ Pria in duas sicut duo clysteria ponit. Secunda ibi (Et ex eo.) ¶ Cheisim.i. leuistici. Supponaẽ.s. cū instrumento ad matricē. Sextariū est pondus. 5. dragmaruꝫ ⁊ quatuor granorum ordei. Arazaki.i. berberi.i. de viola saracena. Sacraiati est pondus. 5. dracmarum ⁊. 16. granoꝝ ordei: ⁊ hoc est verū de sacraiati magna: qꝛ parua est medietas huius.

¶ Et ex eo est vt sumatur colloquintida ⁊ perforetur ⁊ extrahanẽ grana eiꝰ ⁊ impleaẽ oleo de lilio ⁊ dimittatur die ⁊ nocte: deinde p̄pareẽ in mane sup cinereꝫ calidā ⁊ dimittaẽ donec bulliat oleuꝫ integre: deinde coleẽ ⁊ clysterizeẽ cū eo receptrix duꝫ est tepidū. Hoc enim est mirabile ad lubricitatem humidam.

¶ Ponit aliud clystere: ⁊ patet. Recepetrix.i. matrix.

¶ Et post huiꝰ euacuationē opꝫ vt administrenẽ olea odorifera calida inūcta ⁊ iniecta ⁊ supposita in lanis. Et ꝯfectiones magne ⁊ medicamen alkekengi ⁊ diamarte ⁊ saggenea in omnibus tribus diebus aut quinque. Et similiter de diamusco ⁊ diaspermatico. Et iterum sumatur corticis thuris ⁊ cyperi tritorū etiā: amborum ana pars. j. ⁊ myrre pars. S. decoquanẽ cuꝫ septuplo sui aque donec remaneat quarta ⁊ coleẽ ⁊ clysterizeẽ ex ea cū. iiij. ʒ. in oībus tribꝰ diebꝰ postq̄ꝫ iam euacuata fuerit humiditas que est ante ipsam.

¶ Ponit medicinas post euacuationē cum clysterijs nunc dictis ⁊ ponit quatuor. Partes patēt. Ista clysteria ponuntur in. 5. cañ. Et iterum ponit aliam medicinam: ⁊ patet.

¶ Et ex pessarijs bonis sunt bdelliū ⁊ gluten alimbat ⁊ āmoniacuꝫ ⁊ nigella cōiunctim ⁊ singulariter ⁊ administrentur post mundificationem ⁊ supponatur spica ⁊ crocꝰ ⁊ mastix ⁊ myrra ⁊ gallia ⁊ castoreū ⁊ bdellium ⁊ similia in oleo nardino aut adipe anseris super lanam viridem. Et supponatur post illud cuius premissio necessaria ast coagulum leporis.

¶ Ponit aliud medicamen: ⁊ pꝫ. Pessariū est recipere cotū inuolutū in pecia cū medicaminibus. Et supponaẽ. Ponit aliam: ⁊ pꝫ.

¶ Et medicine conseruantes fetum in ventre matris cum non est nocumentum complexionis calide aut ap̄atis calidi ⁊ similiū illis. Et sunt medicine que sunt ad cor sicut zedoaria ⁊ doronigi ⁊ been duo ⁊ lenificantes ⁊ diamuscum ⁊ metridatū. Medicamē prohibens aborsuꝫ. ℞. doronigi ⁊ zedoarie ⁊ castorei ⁊ asse ⁊ gallie ⁊ musci ⁊ cardamomi minoris ⁊ gallarū ⁊ spodij: oiuꝫ añ. ʒ. j. cū aqua frigida ⁊ clysterizeẽ calefactū ante hoc. Et ex eis que ꝯferunt in eo sunt ordeū ⁊ camomilla ⁊ assa ⁊ anhetum ⁊ ameos ⁊ similia.

¶ Hic docet conseruare fetum in vtero: ⁊ pꝫ. Delemet.i. doronigi. Been duo.s. albū ⁊ rubeū. In eo.s. clysteri constituendo.

¶ De regimie aborsus ⁊ extractiōe fetꝰ mortui. Ca. 12m.

Quandoqꝫ aborsus in quibusdam horis necessarius est de quibꝰ est illa que est cuꝫ pregnās est puella parua supra quā timeẽ mors ex partu. Et de illis est cū in matrice est nocumentū ⁊ additio carnis stringens super fetus egressionem quare interficit. Et de illis est apud mortē fetus in ventre pregnantis. Et scias ꝙ quando fit difficilis partus quatuor diebꝰ tūc iam moriẽ fetus: quare occupatus sis in vita matris ⁊ nō occuperis in vita fetus: imo stude in extractione illius.

¶ In precedentibus Auicē. determinauit de aborsu quātū ad causas signa ⁊ curaꝫ: determinat hic de regimine aborsus ⁊ de extractione fetus. Primo ponit regimen quando est necessarius aborsus ꝭm opinionē suaꝫ. Scđo scđm antiquos. ibi (Extractio.) Primo ponit causas in quibus debet prouocari aborsus. Scđo ostendit que prouocāt aborsum. ibi (Et aborsum.) ⁋ Prima in quatuor ꝭm ꝙ ponit quatuor casus. 2a ibi (Et de illis.) 3a ibi (Et de illis.) 4a ibi (Et scias.) ¶ Dicit primo ꝙ aliquādo est necessariuꝫ prouocare aborsum ⁊c. De tertia dicit ꝙ etiā quādo fetus est mortuus ⁊c. De quarta dicit ꝙ quādo non facit fetus in quatuor diebus: tunc debet fieri aborsus. Nota ꝙ quando est puella ipsa nō habet mēstrua completa nec lata: ⁊ ideo est timor de morte. Stringens.i. prohibens. Nota ꝙ quando esset generata caro: tunc non posset fetus exire: ⁊ ideo esset timor.

¶ Et aborsum quidem quandoqꝫ faciunt motus et

quandoq; faciunt ipm medicine. Et medicine quidez faciunt: quoniā interficiunt fetuz: ⁊ q2 ꝓuocant menstrua cum fortitudine. Et quandoq; faciunt cū lubricitate. Et interficientes fetuz sunt amara ⁊ prouocantia menstrua. Iterum sunt amara ⁊ acuta ⁊ lubricantia sunt humida viscosa que administrent bibita ⁊ supposita. Et ex motibus est flobothomia ⁊ ꝓprie ex saphena post basilicam ⁊ ꝓprie super magnitudinē ieiunij ⁊ famis ⁊ exercitiū ⁊ saltus plurimi ⁊ delatio oneris grauis ⁊ vomitus ⁊ sternutatio.

¶ Ostendit que sunt illa que ꝓuocāt aborsum: ⁊ ponit tria regimina ad hoc. 2a ibi (Et de regimine.) 3a ibi (Et de medicinis.) Primo ponit diuisionē cāruz ꝓuocantiū aborsum. Scdo declarat mēbra diuisionis. ibi (Et medicie.) Prima pz. ¶ Dicit pᵒ ꝙ medicine ⁊c. De scda dicit ꝙ de motibꝰ ꝓuocantibus aborsum sunt flōmia ⁊c. Flobothomia basilice diminuit nutrimentum fetus. Saltus facit fractionem cotilidonum. Item sternutatio facit motum ventris versus infra ⁊ matrix comprimitur ⁊ est timor: ⁊ ideo in prouocatione aborsus medici precipiunt sternutationem.

¶ Et de regimine bono in illo est vt intromittat in os matricis pregnantis charta facta licyniū: aut penna: aut herba amara vel abrasa cum mensura quātitatis pēne ex vsnen: aut rutha: aut hatranita: aut syracost. Ipsa enim abortiri faciunt ꝓculdubio: ⁊ ꝓprie cū liniuntur ex aliqua medicinarū abortiri facientiū sicut alkitran ⁊ pulpa colloquintide.

¶ Ponit 2m regimē ⁊ dicit ꝙ dz poni licyniū ⁊c. Herba amara ⁊c. vt cotila fetida vel mṙicaria. Pēne. s. ad pōdus vl ad visuz. Hatranita. i. ciclamē: als panis porcinꝰ. Aloe. i. filix. Alkitrā. i pix liqda.

¶ Et de medicinis qdē abortiri facientibꝰ alie sunt singulares ⁊ alie cōposite. Et singulares qdē iaz diximꝰ in tribulis medicinaꝝ singulariū ⁊ cōpositas in antidotario. Hic vo dicemus de vtrisq; ordinibꝰ eas que magis operatiue sunt in intentione. De medicinis vo singularibꝰ que sunt longinqores a vehemētia caliditatis sunt sicut absinthiū ⁊ cassia. Sed medicine singulares calide sunt sicut semē cassie qd est simile nasturtio ⁊ est ei odor nasturtij ⁊ grana harmel iterū bibita ⁊ supposita. Et oleū balsami cū supponit extrahit fetū ⁊ secūdinā. Et assa ⁊ galbanū forte est ⁊ iteꝝ. ⁊ buchormarien in hoc cap. fortis est valde bibita ⁊ supposita: ita ꝙ qdā existimāt ꝙ si ꝑgnās iacet sup eā ꝑducit eā ad abortiēdū. Et succus eius corrūpit fetū linitus sup ventrē: quāto ergo plus suppositus super coitum. Et simil'r succus reliquarū hartanitarū. Et si in potu det de vsnen persico pōdus. ʒ. iij. eijciet fetū in die illo. Et cum sumit de cordumeni tertia. ʒ. eijcit fetū ⁊ facit posſidere caliditatē ⁊ motuz. Et iterū si inijciat decoctio pulpe collogntide in iniectorio narrato ſm decoctiones suas: aut supponat in lana suppositorio ascendēte. Et ex medicinis bonis est cinamomū cū permiscet cum rubea. Ipsum enim abortiri facit fetum bibitum aut suppositū: ⁊ cū hoc sedat nauseam.

¶ Ponit 3m regimē. Primo ponit diuisionē remittēdo nos. Scdo declarat mēbra. ibi (Hic vo dicemus.) Ponit medicinas. Primo simplices. Scdo cōpositas. ibi (Et de medicis.) Primo ponit medicinas que operant a qlitate. Scdo a ꝓprietate. ibi (Et de illis.) Prima est clara. Cassia. s. lignea. Magister Thomas vtit in hoc casu hoc puluē. ℞. cassie lignee croci myrre aā. ʒ. j. sumat cū maluasia aliqbꝰ vicibꝰ. Bucormarien. i. panis porcinus. Sup coitū. i. sup via coitus. Reliqrū hartanitarū. i. aliarū specieruz panis porcini. Cordumeni. i. cardamomi. Cū rubea. s. tinctorum.

¶ Et de illis que ꝓprietatem habent est vngula asini. Scdm enim ꝙ quidā existimant si cū ipsa suffumiget fetus mortuus extrahit eum. Et cū ex stercore eius fit suffumigatio per traiectoriū extrahit mortuū velociter. Et simil'r suffumigatio cū oculo piscis saliti.

¶ Ponit medicinas que operant a proprietate: ⁊ pz.

¶ Et de medicinis cōpositis ebibitis in hoc est medicamē forte in faciēdo aborsum ⁊ extrahēdo fetū mortuū. Qd. ℞. ase pōdus. ʒ 5. ⁊ folioꝝ ruthe sicce. ʒ. iij. et myrre. ʒ. ij. ⁊ est dosis. j. sumat in potu cum decoctione sauine. dosis vna in mane ⁊ dosis. j. in vesperis.

¶ Ponit medicinas cōpositas. Primo hoc. Scdo ponit formā instrumenti cum quo fit iniectio in matrice. ibi (Opz.) Prima in tot quot medicinas cōpositas ponit. Partes patet. ¶ Dicit pmo ꝙ medicine cōposite fortes sunt ⁊c. Ase. s. fetide.

¶ Aut sumat aristologia longa ⁊ gentiane ⁊ baccarū lauri ⁊ myrre ⁊ costi marini ⁊ cassie lignee nigre ⁊ rubee tincture ⁊ succi absinthij ⁊ cordumeni recētis acuti ⁊ piperis ⁊ mescatramesir etiam partes equales de quo bibat omni die aur. j. x. diebꝰ. Et de medicinis bonis facientibus aborsum cum facilitate cuz sedatione nausee est illud qd. ℞. cinnamomi ⁊ cordumeni ⁊ sauine: omniū aā. ʒ. x. myrre. ʒ. v. ⁊ sit dosis eiꝰ. ʒ. iij. omni die ⁊ alleuiat cū hoc mūdificatio entre ⁊ exitus secūdine. Et tyriaca diatesseron etiam est fortis in faciendo aborsum ⁊ extrahendo mortuum. Et ad infantem mortuum sumantur. ℥. iij. aque ruthe ⁊ tātūdē aque fenugreci decocti cū ficubus decoctione multa. Et origani. ℥. iij. ⁊ sumant in potu. Ipsa enim lubricant mortuum. Et quādoq; datur in potu aque frigide quātitas lib. j. ⁊ pulverizat desuper altee. ℥. j. ⁊ datur in potu ⁊ vomitur ⁊ fit sternutatio. Et dat in potu aqua ruthe plurima cum oleo de fenugreco decocto cum dactylis ⁊ est conueniens secundine.

¶ Ponit secundam medicinā: ⁊ pz. Enixe. i. parturientis. Aqua ruthe. s. succi ruthe. Lubricant. i. lubricare faciunt.

¶ Et de pessarijs est medulla cordumeni de qua ⁊ ex aromatico fiat pessariū ⁊ supponat. Pessarium forte. ℞. succi cucumeris asinini kirat. viij. cōfecti cum felle thaurino ⁊ supponat: extrahit. n. fetū mortuū. Pessariū pauli. ℞. elleboꝝ nigrū ⁊ staphisagriā ⁊ aristo. ro. ⁊ buchormarien ⁊ grana almezereon ⁊ pulpaz colloquintide ⁊ āmoniacū terant oīa ꝑter āmoniacū. Ipm nāq; resoluit in aqua ⁊ aggregent cuz eo reliqua. Et qñq; ponit cū eo fellis thaurini exiccati pars. j. ⁊ fit ex eis pessariū. Et iterū aliud forte valde. ℞. salis āmoniaci triti. ʒ. x. āmoniaci. ʒ. iiij. ꝯficiat sal āmoniacus cū resolōne āmoniaci. Et fiat ex eo pessariū ⁊ supponat nocte tota eleuatis pedibus sup puluinar. Et inijciat iterū in eā qd sit sicut decoctio absinthij ⁊ sicut succus ruthe ⁊ sicut decoctio sauine ⁊ oleū de kerua.

¶ Hic ponit pessaria ⁊ ponit tria. Partes patent. Prima patet. Et ego vidi cū hac prouocare aborsum. Kirat est pondus qtuor granoruz ordei. Pessariū. Ponit aliud: ⁊ patet. ℞. salis. Ponit aliud: ⁊ patet. De kerua. i. de cataputia.

¶ De instrō quo iniectio fit in matricē. Cap. 13m.

Oportet vt sit istrumētū quo iniectio fit triāgulate extremitatis longū habēs collum ſm mēsurā longitudinis colli matricis mulieris que curatur ⁊ taliter vt ingrediat os matricis ⁊ sentiat mulier ꝙ iaz peruenit in spatiū intra ma-

tricem ⁊ iniĳciatur per ipsuꝫ illud quod interficit ⁊ qđ lubꝛicat ⁊ quod extrabit.

¶ Ponit formam instrumenti cum quo debet fieri iniectio in matrice: ⁊ patet. Extrabit.s.fetum.

¶ De regimine quoꝝdam antiquoꝛuꝫ in extrabendo fetum moꝛtuum. Cap.14m.

Extractio fetus moꝛtui ⁊ incisio eius cū ferro cū difficilis fit part⁹ ꝯsidereꝶ an sit salubꝛis an sit nō salubꝛis. Si ergo fuerit ex illis que salubꝛes sunt simus audaces in curatiōe ei⁹: ⁊ si nō ꝓbibeaꝶ illud. Mulieri eni cui⁹ dispō mala est accidit syncopis cum vigiliĳs ⁊ obliuione ⁊ mollificatione ⁊ dislocatione. Et cū vocaꝶ nō foꝛtasse respondet: ⁊ cum clamaꝶ alta voce respōdet debiliter: deinde superuenit ei syncopis iterum. Et de illis sunt que spasmanꝶ cū tensione ⁊ pulsant earū lacerti ⁊ ꝓbibenꝶ a cibo ⁊ est pulsus earum paruus frequens. Illis vō que saluanꝶ nibil accidit de boc.

¶ Determinat de extractione fetus ſm opinionē alioꝝ. Pꝛio ostēdit que mulieres sunt in qbus oꝫ fieri ista operatio ⁊ in qbus nō. Scđo docet formā extrabēdi. ibi (Opꝫ ꝰ.) Tertio docet succurrē accidentib⁹. ibi (Et necessaria.) ¶ Dicit pmo ꝙ qdā antiquoꝝ ⁊c. Salubꝛis.i.cum salute mulieres. Mala est.s.ad sustinendum abstractionem cū ferro. Dissolutione.i.inquietudine: al's dislocatione.s.matricis. Cum tensione.i.dilatione.

¶ Opꝫ ergo vt mulier resupineꝶ super caput ⁊ super doꝛsum suū: ⁊ sit caput eius decliue ad iferioꝛa ⁊ crura eius eleuata ⁊ ꝯtineāt eā mulieres: aut accipiāt ab omni latere si fuerint pꝛ̄sentes. Et si nō ligeꝶ pectus ei⁹ ad lectū cū ligamētis ⁊ nō attrabaꝶ coꝛp⁹ eius apud tensionē. Deide aperiat obstetrix rectū colli matricis ⁊ inungat manū sinistrā oleo ⁊ aggreget oēs digitos in lōgitudine ꝓtensos ⁊ itromittat eos in os matricis ⁊ dilatet eos etiā cū eo qđ est supꝛa ipsos de oleo. Et inquirat vbi opꝫ figere vncinos qbus fetus extrabaꝶ ⁊ loca eleuata vt figanꝶ in eis vncini ⁊ si appꝛoximat ei, qđ inuenit. Ista ergo sunt loca in fetu qui descendit super caput oculi ⁊ os ⁊ collū ⁊ paulatim ⁊ sub mādibula ⁊ furcula ⁊ loca ꝓpinqua costis ⁊ sub bypocundrĳs. In fetu vō qui descēdit sup pedes sunt ossa que sunt supꝛa pectinē ⁊ coste medie ⁊ furcula. Deinde teneat instrumentū quo extrabaꝶ fetus cū manu dextra ⁊ intromittat manū sinistrā sub vnciuo in eo qđ est inter digitos suos ⁊ infigaꝶ in partib⁹ locoꝝ que diximus donec perueniat ad rem vacuā: ⁊ infigaꝶ ecōtra vncinus alius vt sit attractio equalis ⁊ nō ꝺclinet ad partē aliquā. Deinde tendaꝶ ⁊ nō sit tensio equalis in directo tm̄: imo in laterib⁹ etiam sicut fit in ablatione dentiū. Et opꝫ in boꝛa illa vt mollificeꝶ tēsio: deinde itromittaꝶ index inūctus ⁊ digiti plurimi in eo qđ est inter matriceꝫ ⁊ coꝛpus qđ retinetur ⁊ circundent digiti eius circuitum. Cū ergo sequitur fetus ſm ꝙ opꝫ tunc permutetur vncinus pꝛimus ad locum altioꝛeꝫ: ⁊ ita fiat cuꝫ vncinis aliĳs donec egrediatur fetus totus cum attractione.

¶ Ponit regimē extrabēdi. Pꝛimo totū fetū simul. Scđo frustatī. ibi (Oꝛ si egrediaꝶ.) ¶ In pma parte ostēdit solū modū operādi: ⁊ pꝫ. Coꝛp⁹ eius.s.inferius. Apud tensionē.s.factaꝫ in extractione fetus. Rectū.i.clausuꝫ. Oleo aliquo vt manus fit magis moꝛbida. Qđ inuenit.i.inuenire intēdit. Tendaꝶ.i.trabaꝶ. Ut mollificeꝶ.i.alleuieꝶ: ⁊ coꝛpus fetus. Cum ergo sequiꝶ fetus.s.exitū.

¶ Oꝛ si egrediaꝶ manus ante aliā ⁊ nō est possibilis reditio eius ꝓpter ipsius coarctationē: tūc opꝫ vt inuoluaꝶ sup ipsam pānus vt nō lubꝛicet ⁊ attrabaꝶ tādiu donec cū tota egrediꝶ ⁊ abscindaꝶ ex spatula: ⁊ ita fiat cum egrediunꝶ ambe manus ante adiutoꝛia sua: ⁊ nō est possibilis earū reductio. Et simil'r fiat de pedib⁹ cū nō ꝯsequiꝶ eos ambos reliquū coꝛp⁹.s.incidanꝶ ex inguinib⁹. Et si caput infantis est magnū: ⁊ accidit ei coarctatio in exitu: ⁊ est in capite ei⁹ aqua ꝯgregata: tūc opꝫ vt intromittaꝶ inter digitos flobotbom⁹: aut cultellus spinosus: aut cultellus quo incidunꝶ bemoꝛroides nasi ⁊ perfoꝛeꝶ cū eo caput vt effundatur aqua ⁊ ꝺtumescat. Et si aqua nō est ⁊ est necessariū vt extrabaꝶ cerebꝛum eius fiat. Si aūt fetus est magni capitis natura: tūc opꝫ vt findaꝶ craneū ⁊ capiaꝶ cuꝫ tenaliĳs quibus extrabunꝶ dentes ⁊ ossa ⁊ extrabaꝶ. Et si egrediaꝶ caput ⁊ coarcteꝶ pectus: ⁊ tūc findanꝶ cū boc ingenio loca que sequunꝶ furculaꝫ donec perueniaꝶ ad ossa vacua: quare effundaꝶ bumiditas que est in pectoꝛe ⁊ detumescat pectus. Si aūt nō aduneꝶ: opꝫ tūc vt scindaꝶ ⁊ auferaꝶ furcula. Cū eni auferꝶ obedit tūc. Et si fuerit inferius ventris apostemosum ⁊ fet⁹ moꝛtuus aut viuus opoꝛtebit tunc etiam vt euacueꝶ sicut narrauimus cū eo qđ est in ꝯcauitate eius. Fetus aūt qui egrediꝶ super pedes attractio fit facilis ⁊ trāspositio eius ad os matricis facilis. Oꝛ si coarteꝶ apud ventrem ⁊ pectus: opꝫ tunc vt attrabaꝶ cū pāno ⁊ findaꝶ ſm ꝙ narrauimus donec effundaꝶ qđ intra ipsuꝫ est. Si vō reliqua membꝛa auferanꝶ ⁊ redeat caput ⁊ retineaꝶ: tunc intromittaꝶ manus sinistra: ⁊ queraꝶ cuꝫ ea caput ⁊ extrabaꝶ cū digitis ad os matricis: deinde intromittaꝶ in eo vncinus vnus aut duo ex illis qbus attrabiꝶ fetus ⁊ attrabaꝶ. Et si os matricis iam coarctatū est ꝓpter apostema calidū accidens ei: tunc nō opꝫ vt laboꝛeꝶ: imo opꝫ tunc vt administreꝶ effusio rerū pinguiuꝫ plurima ⁊ bumectatio ⁊ sessio in tina: ⁊ administrenꝶ epitbimata ad aperiendū os matricis ⁊ auferaꝶ caput sicut diximus. In illo aūt qui de fetib⁹ egrediꝶ super latus si possibile est vt equeꝶ: tunc administrenꝶ epitbimata ad aperiendū os matricis que diximus. Et si nō fuerit illud icidaꝶ infans tot⁹ interius.

¶ Ponit regimē extrabēdi fetū per frusta: ⁊ pꝫ. Ante alia.s.membꝛa: qꝛ pꝛimo venit manus. Reductio.i.reflexio. Ambo.i.in exitu. Spinosus.i.acutus. Bemoꝛroides nasi.i.polyp⁹. Uacua.i.sola.s.pectoꝛis. Cum eo.s.fetu qui scindiꝶ. Et teneat caput.s.inferius. Ut laboꝛeꝶ.i.in cura. Ut equeꝶ.i.reducaꝶ iferius. Epitbimata.s.facta euacuatione. Et si nō fuerit.s.possibile.

¶ Et necessaria est post administrationē barū rerum administratio specierū curatiōis apostematū calidoꝝ que eueniunt in matrice. Oꝛ si accidat fluxus sang. curetur cum eo qđ est in capitulo suo.

¶ Docet succurrere duobus accidentibus: ⁊ patet. Fluxus sanguinis.s.a matrice.

¶ De regimine pꝛ̄gnantis post aboꝛsum. Cap.15m.

Cum aboꝛitur mulier fetuꝫ opoꝛtet vt suffumigetur cum bdellio ⁊ byssopo ⁊ albarmel ⁊ glutine albotin ⁊ oꝛigano ⁊ synapi albo vt currat sang. ⁊ nō ingrossetur: quare retineatur ⁊ doloꝛem faciat.

¶ Hic ponit regimen pregnantium post aborsum: ⁊ patet. Ut suffumigetur. s. matrix. Albarmel. i. rutha.

¶ De extractione secundine. Cap. 16m.

Ingeniũ qdẽ in extractione qđ admistraꝛ in ea absq̃ medicamine est vt sternutet cũ aliq̃ eoꝝ que sternutare faciũt: deĩde teneat ambas nares ⁊ os violẽter quare ĩspissaꝛ vẽter ⁊ tendiꝛ ⁊ lubricat secũdina. Cũq̃ apparet secundina: tunc tendaꝛ paulatim cũ facilitate ⁊ nõ sit in ea labor vt nõ abscindaꝛ. Cũ ergo timeꝛ abscissio stringaꝛ illud qđ sequiꝛ manu cũ coxa mulieris ꝯstrictione temperata ⁊ laboreꝛ in sternutatione.

¶ In p̃cedẽtib⁹ Aui. determinauit de extractione fet⁹ mortui: hic de extractione secũdine. Primo hoc. Scđo de ꝓhibitione impregnatiõis. ibi (Medico.) Tertio de mola. ibi (Qñq̃.) Quarto de figura nãli ⁊ nõ nãli part⁹. ibi (Figura.) Quinto de difficultate partus. ibi (Difficultas.) Primo docet extrahere secũdinã ꝺm opionẽ suã. Scđo ponit opi. antiquoꝝ. ibi (Et de antiqs.) Tertio iterũ ponit opi. ꝓpriã. ibi (Etiã videꝛ mihi.) Primo docet extrahere secũdinã cũ sternutatione. Scđo per alia regimina. ibi (Cũq̃ tardaꝛ.) Tertio ponit medicinas. ibi (Et adiuua.) ¶ Dicit p̃ ꝙ tu debes facere sternutationẽ ⁊c. absq̃ medicamĩe. s. per os vel per anũ. Inspissaꝛ. i. ĩgrossaꝛ. Nota ꝙ aer retẽtus nõ potẽs exire per superi⁹ cõprimit diaphragma. Et diaphragma cõprimit secũdinã. Scindatur. i. frãgaꝛ. Illud qđ seqꝛ manũ. i. illud qđ ẽ de secũdina ĩ manu.

¶ Cũq̃ tardaꝛ casus secundine non tendas eam tensione aliqua: ĩmo stringe eaꝫ ad coxas ambas ligatione desuper taliter vt nõ ascendat.

¶ Ponit alia regimina. 2a ibi (Et si fuerit.) 3a ibi (Et qñq̃ sufficit.) ¶ Dicit p̃mo ꝙ quãdo ipa nõ egrediꝛ tu debes stringere illud qđ egressum est ⁊ ligare ad coxam mulieris. Non tendas. i. non trahas. Ut non ascendatur. i. vt non reuertatur.

¶ Et si fuerit adherẽs cũ ꝓfunditate matricis: tũc subtiliatio sit in separatione ei⁹ cũ motu leui ad latera vt mollificenꝛ ligamẽta. Et opꝫ vt nõ cadat ĩ hoc labor oĩno. Et si fuerit retẽtio ei⁹ ꝓpter vehementiã oppilationis ⁊ ꝯstrictionis oris stõchi ĩgenieꝛ vt carmineꝛ aut cũ digitis aut effusione vnguentoꝝ calidoꝝ mollificãtiũ ꝺm ꝓpiquiorẽ p̃parationẽ situs mulieris que possibilis est in ea. Et fortasse est iacere ei⁹ ꝯueniẽtius ad illud. Et qñq̃ adiuuãt ad illud vnctiones ⁊ emplastra lenificantia deforis sub vmbilico ⁊ alchatim.

¶ Ponit aliud regimen: ⁊ patet. Ut carminetur. i. dissoluaꝛ. Propinquiorẽ. i. ꝯuenientiorem. Si fortasse. s. conuenientior preparatio. Iacere. s. super dorsum. Alkitran. i. pix liquida.

¶ Et qñq̃ sufficit linimẽtũ digitoꝝ obstetricis: deide regaꝛ regimẽto sternutationis ⁊ suffumigationũ ⁊ tinarũ ⁊ eoꝝ que bibunꝛ ⁊ ĩgenieꝛ oĩ ingenio. Ipsa eniꝫ in quolibet spatio putrefit ⁊ leniꝛ ⁊ cadit.

¶ Ponit aliud regimen qđ conuenit obstetrici: ⁊ patet. Digitorum scꝫ emissoruꝫ in matricem. In omni spatio. s. quo mollificatur. Et cadat. s. facta putrefactione.

¶ Et adiuua te cuꝫ diureticis fortibus. Et administra ei tinam decoctionis vsnẽ: quoniã facit ipsam cadere. Et de illis que faciunt ipsaꝫ cadere est vt infundatur in matricẽ vnguentũ basilicon. Ipsuꝫ enim putrefacit eam ⁊ extrahit ipsam. Et cũ egrediꝛ administreꝛ oleũ ros. ⁊ similia. Et de his que adiuuant ad lubricationẽ eius est vt in potu detur aqua rosarum recentiuꝫ puluerizata desuper altea: aut detur in potu: aut supponatur aliquid de stercore accipitris ⁊ administreꝛ desuper qđ dictuꝫ est de medicinis facientibus abortiri fetum ⁊ pessarijs ⁊ suffumigationibus. Et de suffumigationib⁹ bonis est elleborus al. facta suffumigatione cũ eo: ⁊ stercus colũbinũ etiã facta suffumigatione cũ eo: ⁊ aristologia facta suffumigatione.

¶ Ponit medicinas: ⁊ patet. Usnee. i. lanugo que inuenitur super quercum. Et cum egreditur. i. post egressionem.

¶ Et de antiquis fuerunt qui preceperũt obstetrici vt inuolueret manum suam in pãno ⁊ intromitteret eam ⁊ acciperet secundinaꝫ: sed hec cura est dolorosa. Nã cum non egreditur secundina: tunc ipsa carminatur ⁊ egrediꝛ post dies. Uerũtamen parienti accidit dispositio maligna ꝓpter vapores malos ascẽdentes ex secundina ad cerebrum ⁊ cor ⁊ stomachum. Opꝫ ergo vt succurratur ad nocumenta earum cum suffumigationib⁹ aromaticis ⁊ potu almeisus ⁊ diamusci. Et administrenꝛ epithimata super cor ⁊ stomachũ ⁊ medicine aromatice facientes cordi.

¶ Ponit opi. antiquoꝝ. Primo quorũdaꝫ. Scđo cuiusdã alterius. ibi (Et qdã.) Prima pꝫ. ¶ Terminaꝛ. i. diuidiꝛ. Ex secũdina. s. retẽta. Eoꝝ. s. mẽbroꝝ dictoꝝ. Almeisus. i. nasturtij albi.

¶ Et quidam antiquorum locutus est de extractione secundine sermoneꝫ quẽ ego sua dictione narro. Inquit Ludus: si remanet secũdina in matrice post exitum fetus: tunc si os matricis est apertuꝫ ⁊ secundina est suspẽsa que iaꝫ collecta est ⁊ facta est similis sphere in latere matricis: tunc exit⁹ eius est facilis. Et opꝫ vt calefiat manus sinistra ⁊ inũgatur ⁊ intromittatur ad profundum: ⁊ querat cuꝫ ea donec inueniat secundinam cum collo matricis ãnexam: oportet vt trahatur non ꝺm rectitudinem: quoniaꝫ timemus in cõuersionẽ matricis: neq̃ attractione vehementi: imo opꝫ in primis vt permutetur cũ facilitate ad latera dextra ⁊ sinistra: deinde addatur in quantitate attractionis. Ipsa enim attrahitur tunc ⁊ separatur ex adherentibus. Et si os matricis fuerit adunatũ administra species curationis quas dixi tibi. Et si non fuerit virtus debilis administra res mouentes sternutationem et suffumigationes cum speciebus in vase. Et si aperitur os matricis: tunc tu intromitte manum ⁊ extrahe eam ꝺm ꝙ diximus. Et si non egrediꝛ secundina cum istis rebus tunc non sollicitieris ex hoc. Ipsa eni post dies paucos resoluetur ⁊ curret sicut currit aquositas san. At ṽo augmentum odoris eius facit dolorem capitis ⁊ corrumpit stomachum ⁊ angustiã facit. Quare non oportet vt sollicitieris: ⁊ oportet vt non sit abbreuiatio in administratione suffumigationis cũ rebus conuenientibus ad illud.

¶ Ponit opi. cuiusdaꝫ alterius ponendo verba eius: ⁊ pꝫ. Similis sphere. i. rotũda. Cõuersionẽ. i. cõmotionẽ. Ex aherẽtia. i. ab adherentia. Adunatum. i. clausum. Abbreuiatio. i. diminutio.

¶ Inquit ⁊ iam expertus sum in hoc suffumigationeꝫ nasturtij ⁊ ficuuꝫ siccarũ. Et alius locutus est ꝺm sermonem quẽ scripsimus ꝺm modum suum etiã. Etiam videtur mihi vt ponantur medicine acute sicut rutha ⁊ prassium ⁊ abrotanũ ⁊ oleũ de lilio ⁊ oleũ de alcãnatãte quãtitatis qua humefiant medicine sicce: aggregetur totuꝫ illud in vase nouo ⁊ cooperiaꝛ caput eius ⁊ fiat in eo foramen paruũ ⁊ intromittaꝛ in foramine cãna ⁊ ponaꝛ sub eo ignis. Cũq̃ vno feruore bullierit remoue ipm ⁊ pone ipsuꝫ super prunas ⁊ approxima ipsum scamno super qđ sedet mulier ⁊ pone cannam in

nam in vuluam eius ⁊ cooperi cum pannis plurimis ex partibus eius vt non egrediatur vapor ⁊ dimitte eā ſm hūc modū duabus horis donec permutetur secū-dina. Or si non sufficit illud ⁊ debilitat̄ vapor in extra-hēdo ipsam: tunc tibi cōuenit vti emplastris que abor-tiri faciunt fetū. Administratio nāq3 eoꝝ post vapora-tionē est fortior ⁊ nō penetrabilioris virtutis.

¶ Inquit.s.medicus. Uidetur mihi. Reuertitur ad opin. suam ⁊ p3. Permutetur idest extrahatur.

¶ De probibitione impregnationis. Cap.17m.

MEdico q̄nq3 necessariū est probibere ipregna-tionē in parua sup quā timet̄ de partu ⁊ in ea in cuius matrice est egritudo. Et in ea in cuius vesica est debilitas. Grauitas nāq3 fetus fa-cit possidere scissurā in vesica: quare inuolūtarie egre-dit̄ vrina ⁊ nō pōt retineri vsq3 ad finē vite.

¶ Determinat de ꝓhibitione ipregnationis. Prio ponit cās in q-bus d3 ꝓhiberi impregnatio. Scdo ponit regimen. ibi (Et de regi-mine.) Tertio medicinas. ibi (Et de illis que oportet.) Prima p3. ¶ In parua.s.puella. Scissura.i.ruptura.

¶ Et de regimine in hoc est vt precipias in hora coit9 vt caueat̄ forma impregnatiua quā diximus. Et cū di-uersitate inter duas spermatis eiectiōes ⁊ sepatiōe cū velocitate ⁊ p̄cipue vt eleuet̄ mulier cū cōplemēto coi-tus ⁊ saliat ad posteriora salt9 vsq3 ad. vij. ⁊. ix. fortasse eni egrediet̄ sperma. Incessus aūt paruus ⁊ saltus ad anteriora q̄scere facit sperma fortasse. Et q̄nq3 adiu-uat ad lubricitatē spermatis vt sternutet.

¶ Ponit regimen ad hoc: ⁊ p3. Nota q̄ q̄n est distantia iter vnum semen ⁊ aliud tunc probibetur impregnatio: vt patet ab Auic. 10. de animalibus.

¶ Et de illis que op3 considerare est vt supponat̄ ante coitu3 ⁊ post ipsu3 alkitran ⁊ vngat̄ cū eo virga: ⁊ silr cum oleo balsami ⁊ cerusa ⁊ vt supponant̄ ante ⁊ post pulpa granati ⁊ alumē. Et suppositio ēt sūmitatis cau-lis ⁊ seminis eius apud mundificationē ⁊ apud coitu3 ⁊ post ipsu3 est in hoc fortis. Et proprie q̄n ponitur in kitran ⁊ summergit̄ in calamēto. Et suppositio folioꝝ algarab post mundificationem. Et proprie q̄n cū hoc sunt summersa in aqua foliorū algarab ⁊ similiter pul-pa collogntide ⁊ albeguerescen ⁊ scorie ferri ⁊ cauliu3 ⁊ scamonee ⁊ seminis caulis p̄tes equales aggregētur cū kitran ⁊ supponant̄. Et suppositio piperis post coi-tu3 probibet ↄceptionē. Et similiter suppositio sterco-ris elephātis sola: aut cū suffumigatiōe cū eo in horis predictis. Et de ebibitis est vt in potu dentur aque al-bedarungi vnc. iij. ꝓhibet enim impregnationem.

¶ Ponit medicinas: ⁊ p3. Algarab.i.salicis. Albeguerescen.i.lily. Al-bedarungi.i.basiliconis.

¶ De mola. Cap.18m.

QUandoq3 accidunt mulieri dispositiones si-miles dispōnibus pregnātium ex retentione menstruoꝝ ⁊ alteratione coloris ⁊ casu appe-titus ⁊ adunatione oris matricis. Et q̄nq3 est cum eo durities quedam.

¶ Hic determinat de mola. Primo quantum ad causas ⁊ diuersi-tates. Scdo ponit signa. ibi (Et de signis.) Tertio cura3. ibi (Regi-mē.) Prio notificat molā. Scdo ostēdit nocumēta que contingūt cū mola. ibi (Et quandoq3.) Tertio ponit diuersitates mole. ibi (Et mola.) ¶ Dicit p̄mo q̄ q̄nq3 accidit mulieri dispō qua creditur q̄ ipsa sit pregnans ⁊c. Cum eo.s.ore matricis.

¶ Et quandoq3 est in ea aliq̄d duritiei in matrice tota ⁊ accidit inflatio ambaꝝ mamillarū ⁊ repletio earū.

¶ Ponit quedā acc̄ntia ↄiuncta cū mola. Primo hoc. Scdo ponit cās. ibi (Immo q̄nq3.) In p̄ma ponit quatuor accidentia. Scda ibi (Et q̄nq3.) Tertia ibi (Et q̄nq3 ⁊c.) ¶ Dicit primo q̄ aliq̄n tota matrix ⁊c. In ea.s.matrice. Aliter in ea.s.mola. Nota q̄ q2 men-strua retinent̄ aliqua pars vadit ad mamillas ⁊ fit lac.

¶ Et q̄nq3 accidit earum apostematio: ⁊ sentit in ven-tre suo motu3 qui est sicut motus embrionis ⁊ magni-tudinem corporis: ⁊ que est sicut quantitas embrionis q̄d mouet̄ ꝑ compressionem dextra ⁊ sinistra. Et q̄nq3 remanet sic annis quatuor aut quinq3.

¶ Ponit aliud accidens q̄ aliquando coniungitur cum ipsa mola: ⁊ patet. Earum.s.mamillarum. Nota q̄ hoc est propter retētionē menstruorum. Nota q̄ Albertus dicit. 10. de aialibus ca. 4. de mo-la q̄ nō fit motus rei retēte in matrice nisi facta compressione: s3 non sic est quando est pregnans.

¶ Et q̄nq3 protenditur vsq3 ad finem vite ⁊ non reci-pit curationem. Et quandoq3 accidit ei sicut hydropi-sis ⁊ inflatio ventris. Sed que tendit ad duritiem nō clamat voce tympani.

¶ Hic ponit aliud accidēs cōiūctū mole: ⁊ p3. Clamat.i.pulsat.

¶ Et quādoq3 accidit dolor pariendi ⁊ angustia ⁊ cu3 hoc non parit.

¶ Ponit aliud accidēs cōiunctū cū mola. Accidit dolor pariendi.s. similis ei qui contingit in partu.

¶ Immo quandoq3 est causa in eo tensio ⁊ inflatio in venis menstrue: quare nō deponit aliq̄d. Et quādoq3 deponit frustum carnis cuius est forma queda3 cuius species non comprehenditur. Et quandoq3 est illud quod egreditur tm̄ ventositas. Et quandoq3 sunt su-perfluitates aggregate: quare egrediuntur cum sang. plurimo ex eo qui retinetur.

¶ Ponit cās ⁊ dicit q̄ repletio ⁊ iflatio ē cā ⁊c. In eo.s. q̄ appet de istis accidentibus. Tēsio.i.repletio sup. Nā fit stimulatio ad expul-sionē. Nō comprehendit̄.s. dearticulata que retinet̄.

¶ Et mola ex omnibus istis est diuisio secunda: ⁊ est eadem nominata mola: ⁊ alia ab illa non dicitur mo-la ⁊ nominatur p̄sice naduce3. Et causa in generatio-ne huius frusti carnis ſm q̄ existimatur sunt due res: quarū vna est multitudo materierum effusarum ad eā cum vehementia caliditatis. Et secunda est coitus in quo matrix comprehendit aquam mulieris ⁊ extendit eam cū nutrimento. Et propter defectum virtutis ma-sculinitatis non concipit.

¶ Ponit diuersitatē ⁊ quodāmodo modum generationis mole: ⁊ patet. Ex omnibus istis scilicet causis proueniens preterq̄ ex fru-sto carnis. Diuisio secunda idest pars diuisionis scōe. ¶ Nota q̄ mola ꝓpria est quādo generatur frustu3 carnis. Impropria est q̄n in matrice ventositas est vel aliud. Diuisio secunda idest mola ꝓ-pria que est mēbrum diuisionis ſm q̄ dicitur aut nihil egredit̄: aut frustum carnis: aut ventositas vel humores. Cum vehementia ca-liditatis sup. vnde cōdensatur ⁊ coagulatur. Cū nutrimento.i. men-struo. ¶ Nota vt p3. 10. de animalibus ab Aui. duobus modis pōt fieri mola. vel a semine mulieris non concurrente semine viri: ⁊ hoc contingit in somno. aut quia emittitur semen viri cum semi-ne mulieris ⁊ egreditur semen viri.

¶ Et de signis decernentibus inter molam haru3 spe-cierū ⁊ inter pregnationem veram est q̄ res illa nō mo-uetur nisi in hora quadam: deinde post illud nō moue-tur. Et est durities ventris cu3 ea vehemētior duritie vētris pregnātis cū ↄceptione vera. Et sunt mulieris manus ⁊ pedes molles valde cū minoratione.

¶ Ponit signa primo distinguentia inter impregnationē ⁊ molam. Scdo iter molam propriam ⁊ nō propria3. ibi (Et signa.) Pria p3. ¶ Harū specieꝝ scilicet siue sit vera siue nō vera mola. Nisi hora quada3.s. qua fit cōpressio cum manu. Manus ⁊ pedes molles ꝑ

pter indigestionem. Cũ minoratione.i.extenuatione.

¶ Et signa discernentia inter species alias ⁊ est mola: est existimatio ꝙ est embrion ⁊ sentitur corpus formatum in matrice. Et multotiens accidit ex mola illud quod accidit ex apostemate matricis ⁊ ex accidẽtibus colice propter constrictionem a morbo: quare accidit dolor vehemens: sꝫ multotiens habens molaꝫ patiatur ex apostemate colice. Et in colica quidem ventosa iuuamentum fit cum dactylis indis: ⁊ cuꝫ eo quod vocant affeim ⁊ similibus. Ipsa enim resoluunt ipsuꝫ dolorem ⁊ cum hoc extrahunt molam.

¶ Ponit signa distinguentia ĩter molam verã ⁊ nõ veraꝫ: ⁊ pꝫ. Inter species alias.s.mole non vere: supple ⁊ inter molam veraꝫ. Ex apostemate matricis.i.accidẽtia similia apostemati matricis. In morbo idest intestino sacculo. Ventosa.s.ꝯsequente molã. Affeim idest palea camellorum que dicit squinantum.

¶ De cura. Cap.19m.

Regimen in ea est paucitas motus ⁊ dimissio exercitij ⁊ resupinatio in dormiẽdo cum eleuatione inferiorũ: ⁊ prohibitio inferiorum a latere iferiore. Et si indiget flõmia ⁊ euacuatione ⁊ vomitu fiat. Et in reliquis curatiõibus fiat curatio apatum grauatiuoꝝ ⁊ cum mollificatiuis.s.emplastris ⁊ vaporationibus ⁊ embrocis ⁊ tinis: ⁊ ex eis que abortiunt ⁊ abortuꝫ faciunt post illud. Quãdoqꝫ enim resoluunt mãm facienteꝫ molã: ⁊ qꝺ ei simile est: ⁊ quãdoqꝫ eijciũt eã. Et multotiẽs sufficit in ea labor dandi in potu logodion: ⁊ dandi in potu oleum alkekengi: est enim vehementis iuuamenti in hoc.

¶ Ponit curam: ⁊ pꝫ. Motus.s.deambulatiui.

¶ De signis nãlib⁹ ⁊ nõ nãlibus ꝑtus. Cap.20m.

Figura nãlis ꝑt⁹ ẽ vt egrediaꝛ sup caput suũ ꝫ rectitudinẽ oris mr̃icis absqꝫ iclinatõe manib⁹ ei⁹ extẽsis sup coxas: ⁊ q̃ est ꝑter iliã ẽ nõ nãlis: sꝫ q̃ ei ꝓpingor est: est vt egrediaꝛ sup pedes suos: ⁊ egrediantꝛ manus ei⁹ extense sup coxas. Et si caput declinat a rectitudine: aut remouentꝛ manus a coxis ⁊ egrediuntꝛ pedes ⁊ retinentꝛ man⁹ tũc est mala. Et forme exitus mali quandoqꝫ interficiunt fetum ⁊ matrem. Et qñqꝫ euadit ex eis mater ⁊ moriꝛ fetus ꝑꝑ illud qꝺ aduenit ei de labore. Et accidit ei apostematio exterius cũ ꝓlongaꝛ ⁊ non sedatur in tribus diebus. Et qñqꝫ perducit ad apostemata calida ⁊ euadit fetus ⁊ moritur mater. Et qñqꝫ ꝑfocatur in hmõi puer ⁊ moritur prefocatus.

¶ Ponit figuras bonas ⁊ malas ipsius partus: ⁊ pꝫ. Super caput.i. ꝑmo egreditur caput. Ei.s.naturali. Cuꝫ ꝓlongatur.s.in parte que exterius apparet in huiusmodi.i.in tali malo partu.

¶ De difficultate partus. Cap.21m.

Difficultas partus aut fit cã pregnantꝭ: aut cã fetus: aut cã matricis aut secũdine: aut cã vicinantium ⁊ cõicantiũ: aut cã hore partus: aut cã obstetricis aut ꝑꝑ causas primitiuas.

¶ In ꝑcedẽtibus Auic. determinauit de mola ⁊ figuris partus: hic determinat de difficultate partus. Et ꝑmo ponit cãs. Scḋo signa. ibi (Sunt.) Tertio curã. ibi (Cũ pregnãs.) Primo ponit causas difficultatis partus. Scḋo declarat eas. ibi (Facta ṽo.) ¶ Dicit ꝑ° ꝙ difficultas partus ꝓuenit ⁊c̃. causa pregnãtis.i.ꝑꝑ cãm pregnantis. Cõicantium.s.mẽbroꝝ ⁊ sic pꝫ. que sunt ergo ⁊c̃.

¶ Facta ṽo cã pregnantis est vt sit stricta aut debilis passa egritudines aut famẽ: aut sit timida aut non consueta impregnationi aut partui: imo tunc est primum cũ parit quare est timor eius maior. Et dolor ipsi⁹ vehemẽtior aut est anus al's annis debilis: aut est plurime adipis aut est vehementis pinguedinis hñtis strictũ almezen cuius mezen nõ dilataꝛ: ⁊ nõ adiuuaꝛ mẽbruꝫ vehemẽtis frigoris cõpressione lacertoꝝ vẽtris: vel est parue tolerãtie in dolore ⁊ est vehemẽtis ꝑmutationis ⁊ inquietudinis quare perducit illud ad cãm aliã: ⁊ est alteratio figure infantis ab eo qꝺ conuenit.

¶ Declarat istas cãs. Prĩo cãm q̃ se tenet ex ꝑte ꝑgnãtis. Scḋo istã q̃ se tenet ex ꝑte fetus. ibi (Facta ãt.) Tertio ex ꝑte mr̃icis. ibi (Facta ãt.) Quarto scḋine. ibi (Facta ãt.) Quĩto mẽbroꝝ. ibi (Fcã ṽo.) Sexto tꝑis. ibi (Facta aũt.) Septĩo cãrũ ꝑmitiuaꝝ. ibi (Fcã autẽ.) ¶ Sꝫ tu.d. ipsas posuit octo ⁊ nõ declarat nisi.7. / Dõm ꝙ cã ꝑꝑ obstetricẽ est nota de se. ¶ Dicit ꝑ ꝙ qñ cã se tenet ex ꝑte ꝑgnãtꝭ: tũc h ẽ qꝛ hꝫ os mr̃icis nimiꝫ strictũ ⁊c̃. Stricta.s.hꝫ orificiũ mr̃icis. Primũ cũ parit.i.qꝛ nũqꝫ pepit. Ampli⁹ ãnis debil' qꝛ dꝫ eẽ.xxx.annoꝝ. Vl' sic. Almezẽ.i.collũ. Al'r.i.loc⁹ q accĩt a cictura mulierꝭ. Mezen.i.myrach. Nõ adiuuaꝛ.sup. vt expellat. Alteratio.i.ꝑmutatio.

¶ Facta auteꝫ causa fetus aut est propter genus eius. Femina eniꝫ penitus est difficilioris partus q̃ꝫ masculus: aut est ꝓpter magnitudineꝫ eius: aut magnitudinem capitis eius: aut grossitudineꝫ corporis eius: aut propter multam eius paruitateꝫ: aut leuitatem: quare nõ summergiꝛ cum fortitudine aiali: aut ꝓpter alterationeꝫ creature ab equalitate facilis lubricitatis: sicut si sit sicut ille q habet duo capita: aut queꝫ comprimit numeratio embrionum: fortasse enim in vẽtre vno sũt v. imo quandoqꝫ est numeratio maior illa q parui sũt ⁊ diuersi. Et quandoqꝫ est numeratio plurima valde in chisti vna. Et quãdoqꝫ est difficultas propterea ꝙ est mortuus: quare non fit ei adiutorium ꝓpter motũ eius: aut est debilis ⁊ fit paruum adiutorium ꝓpter motũ eius. Et quandoqꝫ fit difficultas ꝓpterea ꝙ figura eius exitus est non naturalis sicut si egreditur super pedes suos: aut super latus suum. Et manus eius sunt plicate super coxas ⁊ genua eius. Et istud fit propter corruptionẽ motus embrionis: aut propter multudinẽ ingetudinis parientis. Et ex eis que securitatẽ faciunt eius est vt sint ingetudo partus ⁊ dolor decliuis ad inferiora ⁊ sit anhelitus bonus.

¶ Declarat cãꝫ difficultatꝭ ꝑtus se tenẽtẽ ex ꝑte fet⁹: ⁊ pꝫ. Propter genus.i.ꝑꝑ sexũ. Eius leuitatẽ.i.debilitatẽ. Nõ sũmergiꝛ.i.nõ succũbit. Creature.i.figure. Cõprimit.i.cõstringit. Numeratio.i.multitudo: qꝛ sunt multi fetus. In chisti vna.i.in vno pãniculo. Splica al' bistorte. Et illud.s.de figura nõ nãli. Propter corruptionẽ.i.malã securitatẽ. Eius.s.ꝑtus difficilis. Inquietudo.i.molestia.

¶ Facta ṽo cã matricis est vt matrix sit parua in qua coangustaꝛ icessus: aut sit sicca valde in qua nõ sit lubricitas: aut sit in ea ꝯstricta valde in creatiõe: aut ꝑꝑ cõsideratiõnẽ ab vlceribus ⁊ reliqs speciebus constrictionis: aut sit in ea aliqua egritudinuꝫ malarum sicut flegmon: aut vlcera: aut ragadie: aut hemorroides in matrice: aut fuit iaꝫ clausa: quare scissuꝫ fuit syphac ab ore matricis scissione nõ cõpleta: quare est eius dispõ sicut dispõ constrictionis matricis in creatione.

¶ Declarat cãm difficultatis q̃ se tenet ex parte matricis: ⁊ pꝫ. Coãgustatur.i.ꝓhibetur. Incessus.i.exitus ad extra. Ragadie.i.fixure. Clausa.s.ꝑm os.

¶ Facta autem propter secundinam est vt secundina non disrumpatur propter grossitudinem suam: quare non reperiat fetus euasioneꝫ: aut rumpatur ab eo velociter ⁊ egrediantꝛ humiditates plurime ante complemẽtũ fetus: quare nõ inueniat euasionem.

¶ Declarat

¶ Declarat aliã cãm difficultatis ꝑtus que se tenet ex ꝑte scđine. Euasionẽ.s.ꝑ ꝑtum. Itẽ euasionẽ.i.egressionem.

¶ Facta vͦo causa vicinantium est vt sit in vesica apostema: aut nocumẽtũ aliud ex fixione vrine ⁊ alijs: aut sit in intestino fex sicca plurima: aut apostema: aut colica alteri⁹ generis: aut hemorroides: aut ragadie ani: ⁊ sicut si sint ilia mulieris subtilia.

¶ Declarat aliam cãm que se tenet ex ꝑte mẽbroꝝ vicinantiũ: ⁊ pꝫ. Ex fixione.s.retentione. Subtilia.i.gracilia.

¶ Facta autem cã hore partus est vt sit fetus velox in administratione partus ⁊ ordinatione in eo ⁊ nõ depastus est a qualibet grauedine rei super se sicut sepe cõtingit illud sed perseuerauit: quare accidit ꝙ difficilis factus est partus eo nõ existente forti: ⁊ si fuerit fortis ꝭm ꝙ opꝫ erit debilis ꝭm ꝙ oportet.

¶ Declarat aliã cãm q̃ se tenet ex ꝑte tꝑis fetus: ⁊ pꝫ. Part⁹.i.ad ꝑtuꝫ. In ordinatione.i.q: se ordinet ad hoc. A qualibet grauedine.i. non haberet grauedinẽ ꝑ quã debeat a matrice expelli. Perseuerare.i.ꝑseuerare debuerit ꝭm ꝙ oñdit.s.fetus. Debilis.s.hora partus: quia nondum est tempus.

¶ Facta autẽ propter causas primitiuas est sicut si forte fiat frigus: quare fortis fiat constrictio membroruꝫ partus: ⁊ propter illud multiplicatur in regionibus septẽtrionalibus ⁊ invẽtis septẽtrionalibus. Et fit in regionibus ⁊ tẽporibus frigidis difficilior. Et quãdoqꝫ perducit huiusmodi difficultas ad magnificationẽ vẽtris ⁊ inflationẽ myrach: vt fortis fiat calor: quare fortis fiat mollificatio virtutis: aut adueniat ei tristitia: ⁊ sicut si mulier sit plurimum vtens aromaticis ⁊ odoramento aromatum: ⁊ fiat matrix eius assidue attractiõis ad superiora: quapropter nõ opꝫ apud difficultatem partus ⁊ casuꝫ virtutis vt olfaciat aromatica super retentione necessitatis ⁊ reductione virtutis ⁊ si cadat. Et multotiens perducit difficultas partus ex causis predictis ⁊ ex medicamine constrictiuo ⁊ inspissatiuo ad hoc vt incidant vene in pectore ⁊ pulmone: q̃re perducit ad sputum sang. ⁊ tussim ⁊ ptisim. Et quandoqꝫ perducit ad incisionem neruorum ⁊ lacertorum propter vehemẽtiaꝫ eius quod accidit de tensione cũ paucitate complementi propter defectuꝫ lenitatis ⁊ lubricitatis: quare perducit ad spasmum. Et quandoqꝫ peruenit res in q̃busdã eaꝝ ad hoc vt findat myrach vẽtris: ⁊ illud est qñ superfluit inspissatio.

¶ Declarat aliã cãm q̃ se tenet ex ꝑte cãruꝫ ꝑmitiuaꝝ: ⁊ pꝫ. Multipliciter.s.difficultas. Part⁹ difficilior.s.q̃ꝫ calidis. Mollificatio.i. resolutio. Et casum.s.virtutis. Necitas.i.nisi sit necessitas. Et constrictio ⁊ cõpressio.i.ꝑꝑ defectũ ꝯstrictiõis. Et ĩspissationis cõplemẽti.s.expulsionis fetus. Inspissatio.i.ꝯcauus ad expulsionem.

¶ De signis. Cap.22[m].

Sant vt sentiat dolorem ante partum ⁊ post ipsum in anterioribus: nam si declinat ad pectineꝫ facilis fit partus: ⁊ si declinat ad posteriora difficilis.

¶ Ponit signa: ⁊ pꝫ. Ad posteriora.i.ad renes.

¶ De regimine ei⁹ quã ledunt ꝑtus accidẽtia. Cap.23[m].

Cum pregnãs appropinquat ꝑtui necessariuꝫ est tũc vt assiduet balneationẽ ⁊ tinã: ⁊ meli⁹ est vt fiat extra balneũ vt nõ debilitet: quare mollificet aut administret inũctio pectinis ⁊ dorsi ⁊ coxarũ cũ eis que sunt sicut oleũ anhetinũ ⁊ camomillinũ ⁊ de keiri ⁊ alia ab illis: ⁊ assiduet suppõnẽ aromaticoꝝ ⁊ effundant ĩ maceria sua cerataria subtilia ⁊ olea mollificãtia ⁊ mucilagines mollificãtes sic adeps galline ⁊ anseris impiguate tepida nõ frigida: sed sit ad caliditatẽ ꝓpinquior ⁊ ꝓprie cum est siccitas vulue: ⁊ corpis totius cũ vulua. Et opꝫ vt in potu detur ꝑꝑ difficultẽ partus mẽse vno oĩ die in ieiunio mucilagines sicut mucilago cydonioꝝ cum mucilagine semis lini. Et sil'r detur ei in potu in dieb⁹ doloris partus aqua fenug. ⁊ sit cibus eius ex olerib⁹ lenificatiuis ⁊ alesfidabegi ⁊ caro pinguis ⁊ gallina pinguis ⁊ interdicantur ei stiptica. Et opꝫ vt suffumiget vuluam suaꝫ cum musco ⁊ aromaticis.

¶ Ponit curã. Primo in generali. Scđo in spãli.ibi(Qñ fit.) Prio ponit regimẽ qñ pregnans appropinquat partui. Scđo qñ iaꝫ est ꝑtus.ibi(Cũqꝫ.) Tertio qñ pregnãs est pinguis.ibi(Qꝫ si mulier.)
¶ Dicit p⁰ ꝙ qñ appropinquat ꝑtui oꝫ balneare ⁊c. Extra balneũ idest extra casam balnei. Mollificet.i.resoluat. In maceria. Maceria est locus qui est inter anum ⁊ vuluam. Cerataria.i.vnguenta. Alesfidabegi est modus cibarij.

¶ Cumqꝫ presens est partus ⁊ incipiunt accidẽtia eius comedat rem pauce quãtitatis ⁊ multi nutrimẽti ⁊ bibat desuper vinũ odoriferũ. Deinde opꝫ vt sedeat mulier hora vna ⁊ tendat pedes suos deĩde resupinet super dorsuꝫ suũ hora vna: postea surgat subito ⁊ ascendat gradus ⁊ descẽdat ⁊ clamet. Cũ ergo apit os mr̃icis parũ ⁊ incipit augmẽtari ⁊ apiri: tũc opꝫ vt suffumiget quantũ possibile est ⁊ ꝓprie cũ scindit syphac ⁊ laboret siti ⁊ apiat os suũ quãtuꝫ põt: ⁊ intromittat aerẽ plurimũ attrahẽdo ipm naribus quãtoplus põt. Hoc enĩ extrahit fetũ ⁊ secũdinaꝫ. Et melius sup qđ sedetur apud partũ est scamnum posito puluinari post ipsaꝫ: ⁊ istud fiat post apertionẽ oris matricis.

¶ Ponit regimen quando est iam partus: ⁊ patet. Reꝫ pauce quãtitatis scilicet ne grauet. Syphac idest secundinaꝫ. Laboret siti.i. non bibat.

¶ Qꝫ si mulier fuerit pinguis iaceat super ventrẽ suum ⁊ ponat caput suum super terram ⁊ intromittat genua sua super vẽtre suo vt cõprimat os matricis cũ vulua eius: deinde inungat vuluam suã cũ lenificantibus p̃dictis. Et opꝫ vt dilatet ⁊ aperiat cũ digitis. Cũ ergo facit illud ⁊ coartat venter eius parit velociter partu quadrupedũ. Cumqꝫ appet secũdina scitur ꝙ fetus appropinquat: ⁊ si nõ scindit ꝑꝑ grossitudinẽ suã: opꝫ tũc vt scindat vnguib⁹ aut instr̃o noĩato lingua assumpto inter duos digitos cũ facilitate ne inueniat fetum ⁊ ledat eũ donec scindat ⁊ currat humiditas ⁊ lubricet fetuꝫ. Qꝫ si tu administras scissionẽ secũdine ⁊ fetus non est cõpletus incuruat ꝭm accidẽtia partus euadẽdi ⁊ ꝓlongat spatiũ ⁊ exiccat vulua: sequere illud effundẽdo lubrificantia ⁊ cerataria subtilia ⁊ mucilagines in vulua ⁊ adipes liquefactos ⁊ albumen oui ⁊ vitellum eius: est enim regimen mirabile.

¶ Ponit regimen quando esset pregnans pinguis ⁊ esset difficultas partus. Euadendi.i.exeundi.

¶ De regimine ei⁹ in qua fit difficilis partus absqꝫ semita medicinarum. Cap.24[m].

Quandoqꝫ difficilis fit partus tũc fac eã odorare odores delectabiles cũ q̃ꝫtitate ꝑua. Et si vt⁹ fuerit debilis da ei in potu aquaꝫ carnis ⁊ ciba eã cibis bonis pauce quãtitatis sic sunt sorbilia oua ⁊ silia. Et da ei in potu cados vini odori-

feri aromatici: deide fac eã sedere 7 tẽpera sessionem ei⁹. Si est hyems accẽde ignez plim: 7 si est estas euenta eaz: 7 fac eaz sedere vsq̧ ad hypocũdria in aqua tepida ad caliditatẽ aliquantulã decliui 7 ꝓprie cũ ea in qua decocti sunt. M. x. calamẽti. Et suppone ei colyriũ ex eis q̃ sunt sicut myrra 7 inunge pectinẽ eius 7 membra partus eius 7 dorsuz ipsius cum cerato 7 adipe tepidis 7 proprie si fuerit causa frigus: 7 similiter mucilaginibus 7 lubrificantibus.

¶ Ponit curã in spãli: 7 ponit multa regimĩa 7 diuersa. Partes patẽt p capl'a. Prio ponit regimẽ per cibũ. Scdo p chirugiaz. ibi (Et fortasse.) Tertio p medicinas. ibi (Qr si h.) Prio docet seruare pariẽtẽ. Scda ibi (Et qñq̧.) Pria pz. Calamẽti al's aque maris.

¶ Et quandoq̧ est tibi necessariũ vt clysterizes cũ eis vuluã eius: ita vt precipias vt ponat sub anchis eius: 7 sit ipsa resupina super puluinar 7 eleuentur pedes 7 aperiãtur coxe eius quãtũ possibile est: 7 effunde in eã lubrificãtia 7 alia similia cuz iniectione vltima in cãna cuius lõgitudo sit lõgitudo matricis 7 plus: 7 dimitte eã vna hora vsquequo testent mulieres q̧ os matricis eius iã apitur: 7 q̧ humiditates iã incipiũt currere: tũc ergo fac eã sternutare 7 fac eã sedere super scamnuz 7 p̃cipe vt exprimat inferiora vẽtris sui: 7 p̃cipe ei vt exprimat se 7 cõprimat ilia eius. ipsa. n. pariet.

¶ Hic ponit quoddaz regimen situs: 7 pz. Sub anchis eius. s. aliqd faciens eminentiã. In cãna. i. per cãnam.

¶ Et fortasse qñq̧ indigebis vt aperias vuluaz eius cũ instrumẽto quo naues extrahuntur vt aperias os matricis eius 7 aperiatur. Et oportet vt experiant super eã figure iacẽdi super ventrẽ 7 sup faciem extensis manibus 7 resupine 7 alie. Et considera que illarum facit appropinquare caput ĩfantis vulue 7 alleuiet partuz: 7 caue ne dimittas obstetricem laborare in receptrice 7 in dimissione vulue eius cũ lubrificatiuis.

¶ Ponit regimen per chirugiam: 7 patet. Et alie. s. figure. In receptrice. i. in matrice.

¶ Qr si hoc regimen non excusat adiuueris cum medicinis 7 suffumigationibus. Cũq̧ das in potu ex medicinis alleuiantibus partũ ex pillulis 7 aliis 7 nõ parit: oportet vt sorbeat in hora meridiei de iure faseoloruz 7 ciceris cum oleo sisamino: deide cũ securus fueris p̃cipe ei vt supponat aliquod de suppositoriis que dicemus 7 dormiat super ipsum: postea cuz mane fuerit factum suffumiga eam cum aliqua suffumigationũ quas dicemus: deinde itera dare in potu medicinaz. Si aũt non confert administra epithimata dorso 7 vmbilico cum aqua ruthe confecta cum farina alsceilem. Et cuz fortior fit dolor: 7 proprie propter frigus: ponãtur in vulua oleum calefactum quod dicetur in antidotario. Et antiqui quidem primi dixerunt in extrahendo fetũ ingenium in ca. motuum eius: nos relationem dimisimus propter paruitatem fiducie in ipso.

¶ Ponit regimen per medicinas. 7 pz. Cũ securus fueris. i. a periculo partus. Alsceilẽ. i. lolii. Al's. i. zizanie. In caplo motuum. i. debet fieri iste partus cum motione.

¶ De regimine eius cuius gemini pedes egrediuntur ante caput. Cap. 25[m].

Oportet vt subtiliatio sit vt reducantur pedes 7 conuertatur cũ subtiliatione: ita vt equetur sedens 7 eleuentur crura eius donec descẽdat caput eius. q̧ si nihil de hoc est possibile ligetur genitura cum vitta linea 7 extrahatur. 7 si non est possibile vt fiat sine incisione fiat illud sm moduz qui dictus est in gemino mortuo.

¶ Ponit regimen mulieris parientis geminos. i. qñ egrediuntur pedes ante caput. Subtiliatio. i. ꝯstitutio. Sedens. s. fet⁹. Sine icisione. s. fetus. In gemino mortuo. i. cũ geminatis pedibus.

¶ De regimine eius cuius fetus egreditur super latus suum. Cap. 26[m].

Est proximum illi vt equetur cum eleuatione ad superiora: deide cum sessione 7 lenificatione cum facilitate.

¶ Ponit regimẽ qñ fetus exit super latus suum: 7 pz.

¶ De regimine eius que parit apostemate in matrice eius existente. Cap. 27[m].

Administrentur super eam cerataria 7 olea: deinde administra ei illa que scripsi tibi debere fieri in pingui de forma partus 7 aliis.

¶ Ponit regimẽ mulieris que parit mrice exñte apata 7 pz.

¶ De regimine eius cuius partus fit difficilis causa magnitudinis. Cap. 28[m].

Oportet vt iueniat obstetrix possibilitatẽ hmõi fet⁹: q̃re subtilief in extractione ei⁹ paulatim: tũc si valet illud in eo bñ est: 7 si nõ liget eũ cũ margine pãni 7 trahat eũ subtiliter valde cuz qbusdã attractiõib⁹. q̧ si illud nõ ꝯfert administrent forcipes 7 extrahat cũ eis. si v̾o nõ ꝯfert illud extrahat cũ incisione sm q̧ facile fit regat regimine fetus mortui.

¶ Ponit regimẽ eius q̃ facit ptũ difficilẽ pp magnitudinez 7 ponit possibilitatẽ. s. extractionis. Forcipes. i. tenacule.

¶ De regimine eius cuius ptus fit difficilis causa mortis fetus aut malitia figure partus cum qua non speratur vita. Cap. 29[m].

Administrent medicine extrahẽtes fetum mortuũ de his q̃ dicta sunt 7 dicent. q̧ si illud non ꝯfert suspẽdat cũ vncinis 7 incidat frustatim 7 extrahat 7 festina ad hoc anteq̧ inflet. Si g̊ fuerit caput magnũ 7 possibilis fuerit eius conquassatio aut incisio vt currat qđ est in ipso fiat.

¶ Ponit regimen qñ dz extrahi fetus mortuus 7 pz.

¶ De regimine nausee eius. Cap. 30[m].

Aspergat aqua super faciem eius si non timet reuersio partus: 7 viuificetur virtus eius cum aromaticis: 7 fac eã sumere aquam carnis cũ vino 7 sp̃ebus condientibus.

¶ Ponit regimẽ qñ p̃gnãs hz nauseã 7 pz. Reuersio. i. rotũdatio.

¶ De medicis facilẽ efficiẽtib⁹ ptum. Cap. 31[m].

Omnes medicine que educunt vermes 7 ascarides extrahunt fetũ. Et cũ in potu sumit mulier de corticib⁹ cassie fistule. iiii. aur. parit statim. Et sumere in potu assam 7 castoreũ est bonũ 7 vltimũ. Et sumere in potu cinamomũ est bonum valde. ipsum enim accidẽtia partus alleuiat 7 partum. Et iterũ decoctio foliorum altee romane cum aqua 7 melle ex eis que alleuiant partum valde: quoniã alleuiat accidẽtia partus 7 partũ. Et iterũ aqua fenug. alleuiat partũ valde. Et iteꝝ medicamẽ bonũ 7 vltimũ est vt sumat capil. ve. 7 dissoluat ꝯtritus cũ syru. ro. 7 aliqñtulo olei 7 sumat in potu 7 silr pulegium.

¶ Ponit spãlr medicinas que hñt facere ptum facilem: 7 tot facit quot medicinas ponit. Partes patent.

¶ Pille bone q̃ sũt quorũdã medicoꝝ me nuꝑ p̃cedẽtium

tiū ⁊ quas mihi attribuerūt qdā postremi. ℞. cinamo. ⁊ sauine: ābor ā. ℨ. x. cassie bone. ℨ. vij. cinami ⁊ myrre ⁊ arist. ro. ⁊ costi amari: oīū ā. ℨ. v. storacis ⁊ opij ambor ā. ℨ. ij. musci de fallo. ℨ. j. qrtā. fiat ex eis pille ⁊ dētur in potu aur. iij. in duab⁹ vnc. vini antiq. ⁊ qđ magis diligēdū est vt minorē opiū ⁊ sufficiat de eis. ℨ. j.

¶ Ponit aliā medicinā ⁊ pȝ. Cassie. s. lignee. De fallo. i. de illa ꝑta.

¶ Pille alie bone. ℞. sauine. ℨ. x. ⁊ ruthe. ℨ. v. ⁊ granor barmel. ℨ. iiij. ⁊ asse ⁊ āmoniaci ⁊ rubee: oīū ā. ℨ. iij. fiant ex eis pille ⁊ bibanť ex eis. ℨ. iij. cū decoctiōe ꝓuocāte mēstrua: sicͭ ē decoctio de sauia ⁊ pulegio ⁊ rubea ⁊ cū decoctione faseolor rubeor ⁊ cū succo ruthe.

¶ Ponit aliā. Barmel. i. cicute. Rubea. i. tinctor.

¶ Pille bone. ℞. sauine. ℨ. ij. asse āmoniaci rubee: oīum ā. ℨ. ß. ⁊ sit dosis vna. Et iterū aristo. lō. piperis myrre oīum equales ptes: fiant ex eis pille: ⁊ sit dosis. ℨ. iij. omni die cū vnc. j. aque lupinor. sunt. n. aborsuȝ faciētes ptū alleuiantes mūdificātes matricē cū fortitudine. Et sile illis in suis dispōnibus est illud qđ. ℞. bdelliū subalbidū myrrā ⁊ sauinā: de quo fiāt pillule auellanis similes ⁊ bibanť quoniam alleuiant partum.

¶ Ponit aliam.

¶ Cōfectio bona valde de qua dr̄ ꝙ nō equať ei aliqđ ℞. myrre ⁊ castorei ⁊ storacis: oīum ā. aur. j. cinamo. sauine: amborum ā. aur. ß. cōficianť cum melle cuius dosis sint duo aur. ⁊ melius est vt detur in potu cum vino: est enim vltima.

¶ Ponit aliam ⁊ pȝ.

¶ De emplastris ⁊ epithimatibus. Sumatur decoctio pulpe colloquintide ⁊ succus eius que humida est: est melior ⁊ misceať cuȝ ea succus ruthe ⁊ ponať in ea aliquid myrre ⁊ liniať cū ea pectē vsqȝ ad vmbilicū.

¶ Ponit emplastra ⁊ pȝ.

¶ Suppositoria fortia in faciēdo descēdē illud qđ separať. Sumergať lana ī succo pulpe collogntide ⁊ succo ruthe ⁊ supponať: aut supponať arist. ēt in lana aut supponať buchormarien aut staphisagria ⁊ cucumer asinin⁹ ⁊ pdisi: aut supponať colyriū ex elleboro ⁊ opoponaco ⁊ felle thaurio faċ. n. descēdē viuū ⁊ mortuuȝ.

¶ Ponit suppositoria. Buchormarien. i. panis porcinus.

¶ Medicine faciētes illud cuȝ ꝓprietate. Dicit: opȝ vt difficultatē patiēs teneat in manu sua sinistra magnetē aut liniať cū cinere vngule asini qm̄ ē vltimum: aut suffumigeť cū ea. Et silr̄ vngula eq. Et silr̄ suffumigatio cū oleo piscis saliti. Et dr̄ ꝙ si suspēdať corallus ēt in coxa dextra ꝯfert difficultati ptus. Et dr̄ ꝙ si suspēdať sup coxā ei⁹ storax africana nō adueniet ei dolor. Et dicitur ꝙ si teratur crocus ⁊ cōficiatur ⁊ fiat ex eo nux ⁊ suspendať super eā expellit secundinam.

¶ Ponit medicinas valētes a sui ꝓprietate.

¶ Suffumigatiōes. Suffumiga eā cū myrra: qm̄ est bona valde. Et iter cū myrra ⁊ galbana ⁊ castoreo cōfectis cū felle vaccino. Sumať ex eo aur. j. ⁊ suffumigeť cū eo aut sumāť sulphur citrinū ⁊ myrra rubea ⁊ felvaccinū ⁊ opoponacū ⁊ galbanū ⁊ suffumigeť cuȝ eis. Et suffumigatio cū spolio serpentis aut cū fimo colūbino est alleuians ⁊ fortasse interficit suffumigatio cuȝ spolio serpentis fetum. Et suffumigatio cū opoponaco solo alleuiat ⁊ cum stercore accipitris.

¶ Ponit suffumigia ⁊ pȝ.

¶ De regimine infantis cū nascit. Cap. 32[m].

Hanc rem prosecuti sumus in libro vniuersalium quare queratur illic.

¶ Pōit regimē īfātis qn̄ nascit ⁊ pȝ. Ulnū. i. ꝑ can. fen. 3.

¶ De suppositorijs enixarum. Cap. 33[m].

Partus nō extēdit in masculis vltra. xxx. ⁊ in feminis vltra. xl. dies ⁊ plus paru. Et accidūt fetis egritudines plurime sicut fluxus ⁊ retentio san. quare pducit fluxus san. ad casum virtutē ⁊ perducit retētio mēstruor ad fe. prauas ⁊ ad apata praua. Et multotiens accidit exitura ex partu difficili. Et qnqȝ accidit eis inflatio vētris ⁊ fortasse moriuntur. Et san. qdem ptus vehemētioris est nigredinis ꝙ̄ san. mēstruor: ⁊ qm̄ est retētionis longioris spatij.

¶ Ponit dispōnes mulieris ⁊c̄. ⁊ pȝ. Plus paru: qr quarto vt pȝ ab Hip. in libro de natura fetus. Exitura. s. in matrice.

¶ De regimie multitudis sanguis ei⁹. Cap. 34[m].

Cum multiplicať fluxus san. enixe: opȝ vt eum vitta ligētur manus eius ⁊ ponanť sup vētrē eius pāni infusi in aceto ⁊ supponantur colyria ex eis que sunt sicut balaustie ⁊ karabe ⁊ rose ⁊ thus cū vino pontico. Et oportet vt deuitet medicinas cauterizantes. ipse enim sunt male mrici propter neruositateȝ eius. Et de illis qbus inest ꝓprietas in hoc fm ꝙ dicitur est suspensio stercoris porcini in lana ⁊ suspendatur in coxa eius.

¶ Ponit regimē qn̄ multiplicať sanguis enixe. i. parturiētis.

¶ De regimine paucitatis san. eius. Cap. 35[m].

Quādoqȝ parit aut abortit ⁊ timeť ꝙ san. eius minoretur aut appet illud: tunc rectius est vt sollicitudo sit in ꝓuocatione sang. eius ⁊ attenuatione ei⁹. nā cū retineť facit accidere apata. Et sternutatio in hoc est iuuatiua. Et de medicinis qbus fit suffumigatio in hoc est vt suffumigetur cū synapi ⁊ barmel ⁊ bdellio ⁊ myrra. Et iterū suffumigeť cū oleo piscis saliti aut cū vngula equi aut asini. Si āt illud nō excusat aliqd: tūc necessaria est flobotbomia saphene vt extrabat san. ⁊ ꝓhibeat nocumētū replōnis ⁊ apationis eius ⁊ fortasse ꝓuocabit. Et flobotbomia vene curuature poplitis est fortior.

¶ Ponit regimen quando mulier nō emittit san. in quātitate sufficienti. Apparet illud. i. currit sang. Attenuatione. i. subtiliatione. Prouocabit. s. menstrua.

¶ De regimine febriū eius. Cap. 36[m].

Aqua ordei confert ei: ipsa. n. cum hoc non retinet mēstrua. Et similiter granata dulcia. Et plurimū quidem febrium ear est ꝓpter retentionē mēstruor. Cū ergo curatio fit cū flobothomia saphene fit iuuamentum cū ea.

¶ Ponit regimen qn̄ mulier febrit post partum.

¶ De regimine iflationis vētris ei⁹. Cap. 37[m].

Detur in potu diamarte ⁊ deť in potu alkekēgi ⁊ dentur in potu serapinum ⁊ origanum ⁊ mastix cum equalitate.

¶ Ponit regimen quando hȝ ventrem inflatum.

¶ De regimie doloris mricis. Cap. 38[m].

Sedeat in aqua tepida ⁊ inungat loca sua cuȝ oleo viol. dulci tepido.

¶ Ponit regimen qn̄ hȝ dolores.



¶ De regimine vlcerũ eius. Cap.39m.

Curentur cum vnguento albo ⁊ similibus ex vnguẽtis conueniẽtibus vlceribus sup mẽbra neruosa.

¶ Ponit regimen vlcerum ⁊ pꝫ.

¶ Tractatus tertius de reliquis egritudinibus matricis exceptis apatibus ⁊ que currunt cursu eoꝝ.

¶ De iudicijs menstruoꝝ. Cap.pm.



Menstrua tẽperata in quãtitate ⁊ qualitate sua ⁊ in tẽpore suo currente fm cõsuetudinẽ suam naturalem in omni spatio sunt causa sanitatis mulieris ⁊ mundificationis corporis eius ab omni nocumento in quantitate ⁊ qualitate ⁊ faciunt ipsam acquirere castitatem ⁊ paucitatem desiderij.

¶ In pcedẽtibus. A. determinauit de gnõne embriõis ⁊ causis ⁊ signis ⁊ curis sterilitatis ⁊ de partu: hic determinat de egritudĩbus matricis pter apata. Prio determĩat de supfluo fluxu mẽstruoꝝ. Scđo de alijs egritudinibꝰ. ibi (Iã.) Tertio de retẽtõe mẽstruoꝝ. ibi (Mẽstrua.) Prio in gñali oñdit vtilitates ⁊ iuuamẽta sanguis mẽstrui. Scđo spãlr ponit cãs signa ⁊ curã. ibi (Supfluitas.) Prio oñdit vtilitatẽ mẽstruoꝝ. Scđo oñdit tps. ibi (Mẽsuratio.) Tertio ponit nocumẽta. ibi (Et cũ alterant.) Quarto oñdit quanto tpe durat ⁊ ad quantũ tps terminat fluxus mẽstrui. ibi (Et de mulieribus.) ¶ Dicit pmo q mẽstrua tẽperata in quãtitate ⁊ qualitate ⁊ tpe cõuenienti sunt sana ⁊c. In oĩ spatio. s. in quo dꝫ accidere. Et p qꝛ sunt cã ⁊c. Ab oĩ nocumẽto. i. ab omni re nociua. Desiderij. s. coitus. ¶ Nota q Aui. ponit ↄditiones ad hoc vt sanguis mẽstruus sit laudabilis qꝛ dꝫ esse cõuenientis quantitatis. si esset paucus vel multus nõ esset vtilis. Itẽ qñ nõ seruat piodus in emissione menstrui mulieres nõ se bene habẽt. ¶ Nota q cã mẽstrui est qꝛ mulier multiplicat ĩdigestiones ⁊ superfluitates: qꝛ stant in ocio ⁊ gere: ⁊ iõ natura ordinauit q tales supfluitates omni mẽse euacuentur ⁊ ista est cã mãlis. Cã efficiẽs vniuersalis est motus lune: qꝛ luna dominat humiditatibus sic q in plenilunio multiplicãt humiditates. Cã efficiẽs pticularis est virtus expulsiua nãlis. Cã finalis est duplex. quedam se tenet ex pte indiuidui ⁊ quedam ex pte speciei. Ex parte speĩ: qꝛ talis fluxus est vtilis ad gnõnem fm aliquos. Ex pte indiuidui est: qꝛ ipse preseruat a prauis egritudinibus. Efficit casta: qꝛ vasa seminalia nõ remanent plena: qꝛ iste fluxus euacuat vasa ista ⁊ appetitus cessat ad coeundum.

¶ Et mẽsuratio eq̃lis est vt mẽstruet mulier in oĩ mense vsqꝫ ad. xxx. dies: ⁊ qđ est supra illud ⁊ qđ ẽ ĩfra illud qđ cadit in q̃ntodecio ⁊ septiodecimo est nõ naturale.

¶ Ostẽdit tps in quo debẽt accidere mẽstrua ⁊ dicit q tps piodicũ est de. 30. diebus. ad. 30. dies ⁊c. In omni mẽse. s. lunari. Qđ est supra illud. s. vsqꝫ ad. 40. vel. 50. dies. ¶ Sꝫ tu. d. cũ ita sit q luna existente in plenilunio humiditates magis augmẽtantur. quare ergo nõ fit in medio mẽsis sicut in fine cũ in medio mẽsis fit pleniluniũ. Rñdõm vt pꝫ. 9. de aĩalibus ab Aui. c. 1. in prin. mẽsis ⁊ in fine qꝛ luna mutat in suo lumine ⁊ mutat humiditates: iõ fit motus materierũ: quasi expressiuꝰ de circũferẽtia ad centrũ: sꝫ in plenilunio est minor caliditas: ⁊ ideo in paucioribus fit fluxus in medio mensis. ¶ Itẽ nota q qñ vadit fluxus in medio mẽsis est nõ nãlis: qꝛ nõ ẽ in tpe piodico: ⁊ ideo est male q̃litatis ⁊ quãtitatis. ¶ Sꝫ tu. d. qñ ĩcipit mulier habere istũ fluxũ. Rñdõm q vtplm in. 12. anno. ¶ Sꝫ cõtra: qꝛ annus vndecimus est humidior: ergo ⁊c. Rñdõm q membra nõ sunt cõpleta: ⁊ ista humiditas lꝫ sit plus: tamen ipsa est necessaria pro cõplemẽto instrumẽtoꝝ mulieris.

¶ Et cũ alterant mẽstrua ab equalitate a dispositione sua naturali sunt cã egritudinũ pluriũ. Et parũ q̃dem accidit vt alterentur in tempore suo.

¶ Ostendit nocumẽta que pueniũt ex mutatione mẽstrui. Primo in generali. Scđo in spãli. ibi (Ex nocumẽto.) ¶ Dicit pͦ q qñ exitꝰ sanguis pmutat ⁊c. alterant. i. pmutant a dispõne nãli. s. in tpe in quo dꝫ accidere. Alteret. i. pmutet. Rõ est: qꝛ talis euõ sequit motum lune: ideo nõ variat talis exitus in tali piodo: sed bene fit permutatio in quantitate ⁊ qualitate: ⁊ tñ non in ordine.

¶ Et ex nocumẽto alteratõis mẽstruoꝝ puenit ad additionẽ debilitatis mulieris ⁊ alterationeꝫ forme eius ⁊ paucitatẽ cõceptiõis eiꝰ. Et ex multitudine aborsus eius ⁊ partus ipsius ad debilitatẽ fetus cũ nascit.

¶ In spãli declarat nocumẽta. Prio q̃ pueniũt ex fluxu menstrui. Scđo ex retẽtiõe. ibi (Retẽtio.) Tertio remouet dubiũ ibi (Et diuersificat.) ¶ Dic pͦ q ex mlto cursu ⁊c. Alteratõis mẽstruoꝝ. i. ex multo cursu vl ex mlta pmutatiõe in q̃litate. Debilitat mulier qꝛ euacuant multi spũs. Forme. i. habitudis corpis. Nõ cõcipit. qꝛ nõ fit clausio illaꝝ viaꝝ. Itẽ si cõcipit nõ retinet: qꝛ secũdina aperit.

¶ Retẽtio aũt menstruoꝝ ⁊ paucitas eorũ cõmouent in ea egritudines repletionis oẽs ⁊ preparant eam ad apostemata ⁊ dolores capitis ⁊ reliquoꝝ membroꝝ ⁊ tenebrositatẽ visus ⁊ pturbationẽ sensus ⁊ feb. Et multiplicatur cũ ea repletio vasoꝝ spermatis eius: quare fit desiderãs nõ casta ⁊ nõ suscipiẽs filiũ ex impregnatiõe pp corruptionẽ matricis eius ⁊ spermatis ipsius: ⁊ perducit cũ eo res ad pfocationẽ matricis ⁊ stricturã anhelitus ⁊ retẽtionẽ eius ⁊ pulsum cordis ⁊ syncopim ⁊ singultũ ⁊ qñqꝫ morit. Et accidũt ei difficultas ⁊ distillatio ppter oppilationẽ materierũ. Et qñqꝫ accidit ei sputũ sang. ⁊ vomitus eius ⁊ ppie in virginibus ⁊ cursus eius fluxu ventris.

¶ Ostẽdit nocumẽta que pueniũt qñ mẽstrua retinent. Egritudĩes qꝛ multiplicat mã faciẽs febres qꝛ nõ regulatur a nã. Desiderãs. s. coitũ qꝛ ĩsurgit appetitus ad euõnẽ. Nõ suscipit. i. nõ retinet qꝛ matrix nõ bñ põt cõprehẽdere nec corrugari. Vide illa. 6. de interioribꝰ a Gal. c. 4. Pulsum. i. saltũ vel tremorẽ: qꝛ ista mã retẽta multiplicat venenũ. Et distillatio. s. vrine. In virginibus. qꝛ sanguis reuertitur versus epar ⁊ postea p meseraicas ad stõchũ ⁊ euomit. Fluxũ ventris sup. vel narium vel hemorroidarum.

¶ Et diuersificant iste egritudines ex eis fm diuersitatẽ cõplõnis eiꝰ. Naꝫ si fuerit cholerica generabunt in ea egritudines cholice. Et si fuerit melica generabunt in ea egritudines melice. Et si fuerit flegmatica generabunt in ea egritudies flatice. Et si fuerit sanguinea generabuntur in ea egritudines sanguinee.

¶ Remouet dubiũ. s. vtrũ iste egritudines eodẽ mõ veniãt in omnibus mulieribus. Respõdet q non.

¶ Et de mulieribus quideꝫ est cuius ablatio mẽstruorũ festinat: quare in. xxxv. ⁊ etiam. xl. anno vite sue. Et de eis est in qua tardatur illud vsquequo perueniãt. l. anni. Et qñqꝫ puenit retẽtio mẽstruoꝝ ad alterationẽ dispõnis mulieris ad purpureitatẽ fm q dicitur in cã retẽtionis mẽstruoꝝ. Et qñqꝫ appet in ea cuius menstrua abscindunt lac ⁊ significat illud. Et qñqꝫ accidit retẽtio mẽstruoꝝ propter tortuositatẽ matricis.

¶ Ostendit qũo mulier põt mẽstruari ponẽdo ẽt quasdaꝫ egritudines que adueniunt ⁊ patet. Ad purpureitateꝫ. s. corporis. Et signat illud. s. menstrua retineri.

¶ De supfluitate mẽstruoꝝ. Cap.2m.

Supfluitas in hoc qñqꝫ fit fm semitaꝫ qua nã expellit supfluitates qđ quideꝫ est laudabile cũ nõ perducit: ad superfluam turpitudinem ⁊ cursum quo nõ indigetur.

¶ Hic in spãli determinat de supfluo fluxu mẽstruoꝝ. Prio ponit cãs. Scđo signa. ibi (Eius quidẽ.) Tertio curã. ibi (Facta quidem.) Prima in quatuor sicut ponit quatuor cãs gñales. ibi (Et qñqꝫ ⁊c.)

¶ Non indigetur. s. rõne virtutis.

¶ Et qñqꝫ fit fm semitaꝫ egritudinis aut pp dispõnem in matrice aut pp debilitatẽ matricis: ⁊ illa ẽ deterior que fit pp malitiam complexionis alicuius: aut ppter vlcera ⁊ corrosionẽ ⁊ hemorroidas ⁊ fricationẽ ⁊ ragadias: aut ppter aptionẽ orificioꝝ venaꝝ ⁊ abscissionẽ earum ⁊ scissurã ipsarũ pp cãm corporeã aut extrin

secam

secā ex coꝛruptōe ⁊ ꝑcussione aut casu aut similibꝰ: aut malitia ꝑtꝰ ⁊ difficultate eiꝰ: aut ꝑꝑ vehemētiā oneris.

¶ Ponit aliā cām ⁊ ꝑꝫ. Egritudinis supple ⁊ qn̄qꝫ fit cā sanguinis. Propter dispōnem. s. egritudinalē. Propter debilitatem mr̄icis. s. derelictā ex egritudine. Et fricationem. i. excoꝛiationem. Et ragadias. i. fissuras. Et abscissionem earum. s. ſm latitudinem. Et scissuram. s. ſm longum. Coꝛpoꝛeam. i. intrinsecam.

¶ Fcā āt cā san. aut ē ꝑꝑ multitudinē ⁊ dn̄iuꝫ eiꝰ ⁊ exitū ipsiꝰ cū v̄tute: aut nō cū v̄tute nāe ⁊ rectificatiōe eiꝰ: ⁊ nos q̄dē iā diximꝰ illā q̄ fit regimie nāli q̄ ambe sunt diuerse: lꝫ sint ambe cōpares in h̄ ꝙ vtreqꝫ nō retinētur nisi cū adest debilitas: aut ꝑꝑ grauitatē sanguinis suꝑ coꝛpus ꝓpter debilitatē in coꝛpoꝛe: lꝫ non sit san. trāsiens equalitatē in quātitate ⁊ qualitate sua: aut ꝑꝑ acuitatē san. aut tenuitatē ⁊ subtilitatē eiꝰ: aut ꝑꝑ caliditatē eius: aut ꝑꝑ multitudinē aquositatis eiꝰ ⁊ humiditatis: lꝫ oīs fluxus san. incipiat paulatiꝫ subtilis: deinde incipit proculdubio peruenire ad grossitudinem: deinde descendit ⁊ ꝑuenit ad subtilitatē ⁊ paucitatem ⁊ aquositatē. Et hec est dispositio in oī fluxu sang. ob quācūqꝫ causaꝝ fit. Et cā in hoc est ꝙ oꝛificia venarū ⁊ īcessus vētositatis sunt in pꝛimis stricta ⁊ in fine eius constringuntur iterum: ⁊ adunantur propter siccitatē.

¶ Ponit aliam cām que se tenet ex parte sanguinis. Primo hoc. Scd̄o reddit cās cuiusdā dicti. ibi (Et cā.) Tertio pōit egritudines ex suꝑfluo fluxu. ibi (Et cū suꝑfluit.) Pꝛia pꝫ. ¶ Cuꝫ virtute. s. sanguinis exuberātis. Jllā. s. suꝑfluitatē cursus. Cū regimine nāli. i. cū virtute nāe. Ambe. s. dn̄io nāe. Et suꝑfluitates dn̄io sanguinis non retinent̄. i. nō debēt retineri. Descēdit. s. a grossitudine. Ob quamcūqꝫ cām sit. s. ex parte sanguīs. Et causa. Reddit causam quare in p̄nº est sanguis subtilis ⁊ in medio grossus. Et īcessus. i. poꝛi. Uētositatis. i. spūs. Jn pꝛimis. i. p̄nº fluxus. Stricta. s. ꝓpter repletionē. Propter siccitatem. i. inanitionem.

¶ Et cū superfluit fluxus san. sequit̄ eū debilitas appetitus ⁊ debilitas digōnis aut īflatio extremitatū ⁊ coꝛpoꝛis ⁊ malitia coloꝛis. Et qn̄qꝫ perducit ad hydropisim: ⁊ qn̄qꝫ ꝑducit multitudo exitꝰ san. ad dn̄iuꝫ chole quare accidūt fe. cholerice moꝛdicatiue ꝑꝑ inflāmationem caliditatis moꝛdicatiue que equat̄ per san. ⁊ accidunt iteꝝ hoꝛripilatiōes. Et qn̄qꝫ accidit hec caliditas in casu appetitꝰ cibi que fecit foꝛte necessariū debilitas caliditatis: ⁊ addit in casu appetitꝰ stomachi ꝑꝑ defectū san. Et accidit doloꝛ in doꝛso ꝓpter tēsionem neruoꝝ positoꝝ in illo loco. Et qn̄qꝫ multiplicat̄ fluxus sang. ex matricibus cum multitudine humoꝛum.

¶ Ponit nocumēta ꝓueniētia qn̄ iste fluxus suꝑfluit ⁊ ꝑꝫ. Debilitat̄ appetitꝰ. qꝛ q̄libet virtus debilitat̄. Sꝫ ꝯ qꝛ coꝛpus īfrigidat̄: ⁊ friditas est cā appetitus. Dōm ꝙ veꝝ est friditas extrinseca: sꝫ intrinseca que fit ꝑꝑ resolōnem nō est cā ꝑꝑ sanguinē. s. pꝛesentē. cā est qꝛ sanguis est frenū cholere. Debilitas. i. obtusio. s. ex multa plenitudine. Neruoꝛum. s. ex caliditate ⁊ ex siccitate. Et qn̄qꝫ. Ponit quartā cām generalē ipsius fluxus. Humoꝝ. s. alioꝝ.

¶ De signis. Cap. 3m.

EJus quidem que est ſm semitam expulsionis naturalis signum est ꝙ non sequitur eam nocumentum: imo perducit ad iuuamētum eius ⁊ non aduenit ei lesio neqꝫ alteratio virtutis: ⁊ plurimum quidem accidit in pinguibus.

¶ Ponit signa. Primo fluxus a foꝛtitudine v̄tutis. Scd̄o a repletiōe. ibi (Facte v̄o.) Tertio a dn̄io hūoꝛis. ibi (Et cognoscit̄.) Quarto a debilitate mr̄icis. ibi (Factā v̄o.) Quīto ab acuitate sanguīs. ibi (Si v̄o.) Sexto ab eius subtilitate. ibi (Jn facta v̄o.) Septimo ab vlceribus. ibi (Jn facta v̄o.) Octauo a coꝛrosione matricis. ibi (Jn facta.) Nono ab hemoꝛroidibus. ibi (Facta v̄o.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ quando fit fluxus a natura non apparet nocumentum ⁊c̄. Neqꝫ alteratio. i. defectus virtutis. Rō est qꝛ virtus erat debilis ꝑ aggrauationem. Jn pinguibus. i. in carnosis ⁊ plenis.

¶ Facte v̄o causa repletionis cōmunis quam expellit natura a dominio eius: quare expellitur signuꝫ est repletio faciei ⁊ coꝛpoꝛis ⁊ exuberatio venarum ⁊ alia ex signis repletionis: ⁊ quandoqꝫ est cum ea doloꝛ: ⁊ quandoqꝫ non fit: ⁊ dum non debilitat non retinetur.

¶ Ponit signa facte a repletione cōi ⁊ ꝑꝫ. Aut dominio eius. s. sanguinis. Repletio. i. tumoꝛ. Exuberatio. i. repletio: Cū ea. s. tali repletione. Doloꝛ qꝛ rumpit̄ aliqua vena.

¶ Et cognoscitur dominans cum sang. vt exiccet̄ sang. ⁊ consideretur an coloꝛ eius declinet ad albedinem aut citrinitatem aut nigredinem ⁊ purpureitateꝫ: quare euacuatur humoꝛ qui dominatur cum eo iterum

¶ Ponit signa quando pꝛouenit a dominio humoꝛum ⁊ patet. Jsti canones sunt clari de se.

¶ Factam v̄o cā debilitatis matricis ⁊ apertionis venarū eius significat exitꝰ san. puri non doloꝛē faciens.

¶ Ponit signum facte a debilitate matricis.

¶ Si v̄o causa est acuitas sang. cognoscitur per coloꝛem suum ⁊ acuitatem ipsius ⁊ velocitatem sui exitus ⁊ paucitatem abscissionis ⁊ egressionis.

¶ Ponit signū qui venit ab acuitate sanguinis.

¶ Jn facta v̄o ꝑꝑ subtilitatē san. cū mā aquosa ⁊ humiditate est san. aquosus nō calidus ⁊ ledit̄ cuꝫ stipticis. Et qn̄qꝫ appꝫet in ea. q. ꝑ̄gnatio. Et qn̄qꝫ appꝫent ī ipsa sicut accidētia ꝑtus: quare parit hūiditatē ⁊ sūt lacerti coꝛꝑis eiꝰ vehemētis mollitiei: quare sūt lenes postqꝫ voluerūt coagulari. Et qn̄qꝫ nocēt ei curatiōes diuretice ꝑꝑ calitatē suā: q̄re addūt ī aquositate san. Facta v̄o ab vlceribꝰ cū mā ⁊ doloꝛe ē cū vehem̄tia doloꝛis.

¶ Ponit signa qn̄ fit ꝑꝑ subtilitatē sanguinis. Cū stipticis. s. an̄ euōnē ꝑfectā. Pꝛegnatio. s. ꝑꝑ multas humiditates. s. cū esset mola facta ab humiditate mr̄icis. Coagulari. i. ingrossari. Diuretice. i. cum diureticis. Ab aquositate. s. debilitate epatis.

¶ Jn facta v̄o a coꝛrosione egreditur paulatim. q. fex ⁊ ꝓpꝛie qn̄ est a venis absqꝫ arterijs. Et si fuerit coꝛrosio in ꝓfundo matricis erit coloꝛ minus niger. Et qn̄ est illic ⁊ apud os matricis possibile est vt tangatur.

¶ Declarat fluxū factū a coꝛrosiōe. Fex. i. res feculēta sicut merda. Minꝰ magꝫ qꝛ a nā magis egredit̄: magis niger qꝛ magis rubeus.

¶ Facta v̄o ab hemoꝛroidibus hꝫ periodos mēstrue: Et qn̄qꝫ nō sunt ei periodi: imo est sequēs repletionē. Et sunt signa hemoꝛroidaꝝ matricis manifesta. Et est sang ſm plm̄ niger nisi sit ab arterijs. Et quādoqꝫ est hemoꝛrosaicus frustatim. Et multotiens q̄dem associatur hemoꝛroidibus in matrice doloꝛ capitis ⁊ grauitas capitis ⁊ doloꝛ in viscéribꝰ ⁊ epate. Et qn̄ currit san. ex illis hemoꝛroidibus remouetur illud accidens.

¶ Declarat superfluum fluxū factum ab hemoꝛroidibus matricis. Frustum. s. coagulatum ⁊c̄.

¶ De cura fluxus san. ⁊ in fine eius cura patientis fluxum menstruoꝛum. Cap. 4m.

FActa q̄dē ſm semitam expulsionis naturalis ⁊ facta a repletiōe ⁊ grauedine san. suꝑ coꝛpꝰ: opꝫ ne retineatur donec timeat̄ debilitas. Et qn̄qꝫ excusat flōmia ab expectatiōe illiꝰ: ꝓpterea qꝛ expellit repletioneꝫ ⁊ trahit mām ad ꝯtrarium.

¶ Jn ꝑcedētibus. A. determinauit de suꝑfluo fluxu menstruoꝝ: hic ponit curā. Et p̄mo facit hoc. Scd̄o ponit curā iuxta. 5. causas. Secunda ibi (Et quādo cā.) Tertia ibi (Et si cā.) Quarta ibi (Et si cā.) Quinta ibi (Et illa.) ¶ Dicit pꝛimo ⁊c̄.

¶ Et qn̄ cā est cholera euacuet̄ ⁊ ꝓpꝛie cū eis que sunt

¶ De regimine deuirginate. Cap. 10m.

De mulieribus est cui accidunt cum violant᷑ dolores magni ⁊ ꝓprie cū collū matricis eiꝰ est strictum ⁊ panniculi sunt debiles ⁊ virga deuirginantis est grossa.

¶ Determinat de regimine deuirginate ꝑmittēdo qđ accidit illis.

¶ De cura. Cap. 11m.

Cum ergo accidunt ei fluxus sang. ⁊ dolores necesse est ei vt sedeat in aquis stipticis ⁊ in vino ⁊ oleo: deinde administrent᷑ super eam cerataria in lana inuoluta super cānam ꝓhibentē a ꝯsolidatione ⁊ alleuiet᷑ sup eā cōcubitus. Administrent᷑ medicine mūdificantes: deinde post illud vnguentū predictū ad vlcera. Et quādoqꝫ admiscet᷑ cum eo terra sigillata ⁊ que sunt ei similia.

¶ Ponit duo regimina. Scđa ibi (Administret᷑.) Pria ⁊ scđa patēt. A ꝯsolidatiōe. s. pāniculoꝝ corruptoꝝ. Illis silia vt bolū armenū.

¶ De ragadijs matricis. Cap. 12m.

Ragadie accidunt in matrice: aut ꝓpter siccitatem superuenientē ei maximā ⁊ ꝓprie apud partū: aut ꝓpter apostema ⁊ sunt in pricipio cū accidunt leues occulti doloris qui est sub dolore partus ⁊ reliqs eiꝰ: deinde apparet ⁊ ꝓprie cū tangitur. Et qnqꝫ ingrossant᷑ ragadie valde. Et qnqꝫ fiunt sicut verruce ⁊ remanēt ⁊ ꝯsolidat᷑ locus.

¶ Hic determinat de ragadijs. Primo ponit cās. Scđo signa. ibi (Possibile.) Tertio curā. ibi (Nō curant᷑.) Prima pꝫ. ¶ Ragadie sunt scissure matricis cum multo ardore vrine. sub dolore partꝰ. i. minor qꝫ sit dolor partus.

¶ De signis earum. Cap. 13m.

Possibile est vt ꝑueniat᷑ ad attestationē ragadiaꝝ ponēdo sub muliere speculū corā vuluā eiꝰ: deide aperiat᷑ vulua eiꝰ ⁊ ꝯsideret᷑ illđ qđ imaginat᷑ i speculo. Et illđ qđ signat eas est dolor apud coitū ⁊ exitus virge sanguinolente.

¶ Ponit signa: ⁊ pꝫ. Ad attestationem. i. cognitionem.

¶ De cura. Cap. 14m.

Non euacuant᷑ ragadie qn aut sint intrinsece aut in collo sint ⁊ que sequunt᷑ ipsum.

¶ Ponit curā. Primo ponit quādā diuersitatē. Scđo iuxta illam ponit curam. ibi (Intrinsece.) Prima patet.

¶ Intrinsece ergo curant᷑ cū suppositorijs penetrātibus ⁊ distillationibꝰ iniectꝫ ⁊ aquis stipticis permistis cū vnguētis rectificātibꝰ sic̄ vnguētū factū ex climia ⁊ plūbo adusto. Et vnguētū ragadiaꝝ ani ⁊ ꝭm curationē eaꝝ sentiat. q. mordicationē. Or si idiget maturatiōe aliqua misceat᷑ cū eis sicut vnguētū basilicon cū adipibus. Et si fuerit ragadijs grossitudo vehemens quā signat lōgitudo spatij ⁊ ꝑuitas receptionis curationis administra vnguentū de chartis cū oleo ro. Si vo nō tolerat illud ponat᷑ cū eo oleū de lilio ⁊ gluten alimbat. Cum ergo quiescunt curent᷑ cura ragadiaruꝫ prauarū: ⁊ ꝓprie quādo vlcerant᷑ ⁊ quādo indigēt eis que sunt sicut cortices eris optime triti aut dragantuꝫ ⁊ galle aut aggregatio eoꝝ.

¶ Ponit curā. Primo itrinsecoꝝ. Scđo extrīsecoꝝ. ibi (In extrinsecis.) Rectificātibꝰ. s. faciēdo icarnationē. Scđm curationē. i. qn curas cū istis vnguētis. Maturatione. i. mollificatione. Spatij. s. tp̄s perdurationis eoꝝ. Quiescunt. s. a grossitie.

¶ In extrinsecis vo quādoqꝫ sufficit laborare cuꝫ administratione thutie valde trite cuꝫ vitellis ouoꝝ aut aggregatione illius ⁊ sine cessatione fiat adherētia illius ⁊ vnguentum de cerusa iterum.

¶ In ista parte ponit curā ragadiarū extrinsecaruꝫ que apparent in extrinsecis: ⁊ pꝫ. Aggregatione illius. s. thutie cū vitello.

¶ De pruritu mricis ⁊ priapismo mulierū. Cap. 15m.

Quādoqꝫ accidit in matrice pruritꝰ ꝑꝑ hūores acutos cholicos aut salsos baurachios aut corrosiuos melicos ꝭm qꝫ appet de dispositione coloris menstrue aut bothor gnātas ex eis calidas acutas valde. Fortasse eni supfluūt adeo donec deijciant virtutē. Et qnqꝫ accidit illi mulieri vt nō satiet᷑ ex coitu ⁊ aduenit ei priapismus mulierū: ⁊ quotiēs cū ea fit coitus addit᷑ malitia eiꝰ.

¶ Determinat de pruritu ⁊ priapismo mricis. Primo ponit cās. Scđo curā. ibi (Opꝫ.) Prima pꝫ. Ustiuos. i. corrosiuos. Bothor. i. apata parua. Addit᷑ malitia qꝛ plus incinerat humores.

¶ De cura pruritus matricis. Cap. 16m.

Oportet vt mūdificet᷑ corpus cū flōmia ex nigra. Et si indiget fiat secūdatio ex cephalica ⁊ euacuet᷑ humor acutꝰ. s. ois humor cum eo qđ euacuat ipm sicut cholera cuꝫ pillulis de scamonea ⁊ flegma cū pillulis stomaticis ⁊ melia cuꝫ pillulis de epithimo ⁊ decoctiōe eiꝰ ⁊ frāgat᷑ ebullitio spermatis cū medicinis infrīdantibꝰ vt ifrigidet᷑ ⁊ cuꝫ medicinis adurētibꝰ ipm ꝭm necessitatē ⁊ attestationē cōplexionis ⁊ deliberatiōe oris mricis facta cū eis que sunt sicut achacia ⁊ hypoqstidos ⁊ rose ⁊ sandali ⁊ sief memithe ⁊ fex ⁊ acetū ⁊ oleū ro. Et iteꝝ que sunt sicut succꝰ portulace. Et qnqꝫ ꝑmiscet᷑ cū medicis semē lini ⁊ fit embroca cuꝫ aqs in qbꝰ decoquunt᷑ stiptica ⁊ emplet᷑ cū fece eoꝝ. Et si idiget mūdificatiōe bibat mel cū aqua frida valde. Et ad pruritū est exꝑtuꝫ istud sumant᷑ folia mēthe ⁊ cortices granatoꝝ ⁊ lētes excorticate decocta cū vino ⁊ supponant᷑. Et iterū sumant᷑ croci ⁊ cāphore: amboꝝ aā. sextā. ʒ. vnius plūbi adusti tertia. ʒ. vniꝰ: baccarū lauri. ʒ. ß. terant᷑ ⁊ cribel. ⁊ liniat᷑ locꝰ oleo ro. ⁊ ꝯficiant᷑ cū albumie oui ⁊ aliquātulo vini ⁊ supponant᷑. Et iteꝝ sumat᷑ myrabolanoꝝ ⁊ balaustiaꝝ: āboꝝ aā. pōdus. ʒ. ij. ⁊ lycij ⁊ salis āmoniaci ⁊ vinū antiquū terant᷑ ⁊ cribellent᷑ ⁊ liniat᷑ locꝰ oleo ro. ⁊ puluerizent᷑ desuꝑ ista. Et de suffumigijs est illđ qđ fit ex lycio ⁊ medulla granoꝝ citri.

¶ Ponit curā. Primo nō expertā. Scđo expertā. ibi (Et ad pruritum.) Prima pꝫ. Ex nigra. i. ex vena media siue cōi. Secundatio. s. flōmie. Ebullitio. i. acuitas. Adurētibꝰ. i. ꝯsumentibꝰ. Ipꝫ. s. semē. Attestationē. s. indicationem. Memithe. i. celidonie. Et ad pruritum. Ponit medicinam expertam: ⁊ pꝫ.

¶ De fistulis matricis. Cap. 17m.

Quandoqꝫ accidūt in mrice fistule que qnqꝫ ꝑtrāseūt carnē ⁊ apparēt ab eo qđ vicinū est ex mēbris ita vt corrūpant os pectinis ⁊ putrefaciāt ipꝫ ⁊ collū mricis. Et qnqꝫ ꝑueniūt ad abradēdū pilos pectinis ⁊ icedunt vsqꝫ ad partes ani ⁊ lacertoꝝ eiꝰ etiā: quare pars earū tūc est in manifesto mricis ⁊ sunt in vnoquoqꝫ laterū mricis. Et ꝑs in anteriori parte mricis que ex eis est in ꝓfundo matricis nō est possibile vt curet᷑: ⁊ similr ꝑueniēs ad vesicā. Relique vo ab istis curationē habēt ⁊ si sit difficilis. Et deterior illarū est illa que ꝑuenit ad abradēdū pilos pectinis ⁊ ꝓprie cū ꝑforat os foramine ꝑuo.

¶Determinat de fistulis m̃ricis. Primo ponit cās. Scd̃o signa. ibi (Lõgitudo.) Tertio curaȝ. ibi (Ex curationibꝰ.) ¶Dicit ꝑ ꝙ aliqñ fiunt fistule ⁊ transeunt subam m̃ricis. Putrefaciãt. s. iste fistule. Nota ꝙ fistule vtplurimũ habẽt radicẽ in membro spermatico. Pars eaꝝ. s. vna. Et pars. s. altera. Et si. i. quãuis. Difficilis. s. cura. Os. s. pectinis. Foramine paruo: q2 tunc nõ bene põt fieri abrasio.

¶De signis eius. Cap.18m.

Sunt longitudo putrefactionis ⁊ adherẽtia doloris ⁊ antecessio vlcerũ que nõ sananꝛ cũ curationibꝰ ⁊ ꝓlõgaꝛ spatiũ ⁊ currit virus: deinde dolores sicut dolores cancri. Et cognosciꝛ locus eiꝰ cũ radio ⁊ vbi peruenîꝛ cũ eo: ⁊ sciꝛ status eius an sit in carne adhuc aut pertranseat vsq3 ad os per illud qđ sentit extremitas radij ex lenitate ⁊ mollitie ⁊ asperitate ⁊ duritie.

¶Ponit signa ⁊ dicit ꝙ qñ stat putrefactio longo tẽpore ⁊c. pȝ. Cũ curationibus. s. sibi proprijs. Radio vel tenta. Cuȝ eo. s. radio. Itẽ si est leuitas non pertransit carnem.

¶De cura. Cap.19m.

Ex curationibꝰ est ꝑforatio ⁊ multotiẽs ꝑducit illud ꝑꝑ neruositatẽ mẽbri ad spasmuȝ ⁊ abscissionẽ vocis ⁊ ꝑmistionẽ rõnis. Et ꝑforatio iteꝝ nõ est possibilis nisi in eo qđ videtur: cuius carnẽ mortuã incidere est possibile. Uerum est melius vt administrenꝛ desuꝑ medicine exiccãtes mundificeꝛ corpus ⁊ ꝯforteꝛ matrix ⁊ mediceꝛ.

¶Ponit curã: ⁊ pȝ. Perforatio. i. perforationis. Medicemꝰ. s. medicatione fistularũ que poniꝛ quarto cañ. fen quarta.

¶De debilitate matricis. Cap.20m.

Causa eius est malitia cõplexionis ⁊ raritas texture ⁊ tolerantia egritudinũ diuersaruȝ. Et accidũt ex debilitate matricis paucitas appetitꝰ coitꝰ ⁊ multitudo cursus mẽstruorũ ⁊ spermatis ⁊ alioꝝ ⁊ priuatio impregnationis.

¶Determinat de debilitate matricis. Primo ponit causas. Scd̃o curam. ibi (Cura eius.) Prima pȝ.

¶De cura. Cap.21m.

Cura eius est cura malitie complexionis et succurrere ei quod accidit ipsi de nocumentis cognitis.

¶De scd̃a dicit ꝙ debes cogitare ⁊c. Nota ꝙ raritas texture est cã debilitatis mẽbri: vt pȝ. 13. fen de stomacho.

¶De doloribus. matricis. Cap.22m.

Fiunt ex malitia cõplõnis diuẽse ⁊ ex vẽtositatibꝰ extẽdẽtibꝰ ⁊ hũiditatibꝰ accidẽtibꝰ in ea ita vt qñq3 accidat in ea sic accidit intestinis de colica. Et qñq3 accidit dolor matricis ex apatibꝰ ⁊ cãcris ⁊ ex vlceribꝰ ⁊ cõicant ei ilia ⁊ iguina ⁊ crura ⁊ dorsuȝ ⁊ pectẽ ⁊ diaphragma ⁊ anꝰ ⁊ caput ⁊ ꝓprie mediuȝ syncipitis. Et qñq3 ꝑmutanꝛ dolores eiꝰ ad ãchas post spatiũ ⁊ vsq3 ad. x. mẽses ⁊ ꝯfirmanꝛ in eis. Et tu cognosces curationẽ oiuȝ hoꝝ ex eis que tibi ꝑmissa sũt: ⁊ nõ ẽ i iteratõe ꝛmonis in eis vtilitas.

¶Determinat de doloribꝰ m̃ricis ⁊ dicit ꝙ veniũt a mala cõplexione ⁊c. Sunt. s. dolores m̃ricis. Nota ꝙ matrix cõicat multꝭ mẽbris: ⁊ h̃ q2 maxie ascẽdũt vapores ad cerebꝝ ⁊ maxie ad ꝑtẽ mediã vt in mẽbris spũalibꝰ: q2 hȝ colligãtiã cũ mamillis q̃ sunt in pectore.

¶De cursu matricis. Cap.23m.

Quandoq3 accidit mulieribꝰ vt currãt ex matricibꝰ eaꝝ hũiditates plurime putride: ⁊ currat ex eis iteruȝ sꝑma. Et plurimũ qdẽ fit ꝑꝑ multitudinẽ suꝑfluitatũ ⁊ ꝑꝑ đbilitatẽ digestionis in venis mẽstruoꝝ cũ putrefit matrix ⁊ hȝ cãȝ ⁊ cognosciꝛ suba eiꝰ ex colore mẽstrue ⁊ siccitate ⁊ ex colore eiꝰ in seipso. Scd̃m ṽo est sicut cursus spermatis viri. Si ergo sine desiderio: tũc causa est debilitas matricis ⁊ vasoꝝ eius ⁊ mollificatio ipsoꝝ. Et si est cũ desiderio ⁊ mordicatione ⁊ cõmotione: tunc causa eiꝰ est tenuitas spermatis ⁊ acuitas eiꝰ. Et qñq3 est cã in eo pruritus matricis: quare perducit cõmotio eiꝰ ad hoc vt descendat sperma. Et habẽtis quidem cursum difficilis fit anhelitus ⁊ cadit appetitus cibi ⁊ destruiꝛ color eius ⁊ aduenit ei apostema ⁊ inflatio in oculo sine dolore ꝛm plurimũ: ⁊ qñq3 est cum dolore.

¶Hic đtermiat đ cursu m̃ricꝭ. Prio cãs. Scd̃o curã. ibi (Cursus.) Pria pȝ. Legaꝛ totũ simul. Cuȝ putrefit matrix. s. ꝑꝑ humiditates illas. Caplm. i. ꝓpriã itẽtionẽ. Cũ dolor. s. qñ ibi est mã aggrauãs.

¶De cura. Cap.24m.

Cursus qdẽ spermatis earũ curaꝛ cũ similibꝰ qbꝰ curaꝛ illud in viris. In cursibꝰ ṽo alijs opȝ vt icipiaꝛ a mũdificatõe corꝑis cũ flobothomia ⁊ solõne vẽtris si idigeꝛ ãbobꝰ. Deinde clysterizeꝛ matrix in ꝑmis cũ mũdificatiuis ⁊ exiccatiuis sicut est decoctio ireos ⁊ decoctio prassij ⁊ fricenꝛ crura cũ oleis subtiliatiuis cuȝ medicinis calidis sicut est oleũ de squinãto ⁊ pyretro ⁊ pipere: deide cõsequẽter post illud adhibeanꝛ clysteria cũ stipticis clysterizatis ⁊ ebibitis: ⁊ clysteria magis operantur post eũonẽ: ⁊ sunt aque in qbꝰ decoquunꝛ sicut galle ⁊ balaustie ⁊ cortices granatoꝝ ⁊ squinantũ ⁊ myrtus.

¶Ponit curam: ⁊ pȝ.

¶De retẽtiõe mẽstruoꝝ ⁊ paucitate eoꝝ. Cap.25m.

Menstrua retinenꝛ aut ꝑꝑ cãm ꝓpriaȝ in matrice: aut ꝑꝑ cãm cõem. Et illa qdẽ cã ꝓpria in matrice: aut est ꝓpter cãm ĩnatã: aut propter cãm accidentem alio modo.

¶Hic determinat de retẽtõe mẽstruoꝝ. Prio ponit cãs. Scd̃o signa. ibi (Illius.) Tertio curã. ibi (Curatio.) ⁋ Prio ponit cãs ⁊ diuersitates. Scd̃o accidẽtia. ibi (Qñq3 accidit.) ⁋ Prio ponit q̃sdã diuersitates. Scd̃o declarat membra. ibi (Amplius.) Tertio ponit cañ. ibi (Et sanguis.) Prima pȝ. Cõmunẽ. i. cõicatã matrici.

¶Amplius menstrua retinenꝛ aut ꝓpter cãm in virtute aut ꝓpter cãm in materia aut propter causaȝ in instrumento ⁊ proprie solo.

¶Declarat mẽbra. Primo qñ cã est in matrice. Scd̃o qñ est ꝑꝑ cõmunitatẽ. ibi (Facta aũt.) Primo ponit quãdam diuisionẽ. Scd̃o declarat membra. ibi (Et causa.) Prima pȝ. Amplius. s. ꝑter illam cãm nunc dictam. In instrumento. i. in collo matricis.

¶Et cã in virtute est sicut debilitas ꝓpter malitiã cõplexionis frigide aut sicce aut calide. Et frida aut est cum materia aut sine materia.

¶Declarat mẽbra. Primo cãm que se tȝ ex parte virtutꝭ. Scd̃o ex parte mãe. ibi (Causa.) Tertio ĩstrumẽti. ibi (Et cã.) Pria pȝ. Debilitas. s. expulsiue aut sine mã supple ⁊ similr alie. ¶Dubitaꝛ vtrũ mala cõplexio hũida sine mã nõ est cã retẽtionis. Si aũt sit cũ mã: sic nõ est cã retẽtionis sȝ fluxibilitatꝭ vbi iaȝ fuerit ab ipsa oppilõ.

¶Cã aũt in mã aut est quantitas aut qualitas aut aggregatio ambarũ. Et illa que est ex quãtitate est paucitas: ⁊ illud est: aut ꝑꝑ priuationẽ ciboꝝ ⁊ paucitatẽ ipsoꝝ: aut ꝑꝑ vehemẽtiã virtutis cõprehẽdẽs cibos. Et si multipliceꝛ nõ mũdificat suꝑfluitatẽ mẽstruoꝝ. Et hmõi qdẽ mulierũ nãe viroꝝ similes existũt naturis ⁊ sunt potentes super digõnẽ vltimã ⁊ distributionem necessariã ⁊ expulsionẽ superfluitatũ ꝛm modum

quo expellunt eas viri: ⁊ iste sunt pingues neruose lacertose de qbꝰ sunt fortes viragines quarū anche ipsarū pectoribus sunt strictiores ⁊ ipsarū extremitates sunt pingues plus: ⁊ sunt multarū euacuationū cū medicinis ⁊ exercitijs ⁊ ꝓprie san. fluentis per nares aut hemorroidas aut plagas aut alia.

¶ Declarat cām que se tenet ex pte māe. Primo ponit diuisionez. Scdo mēbra. ibi (Et illa.) ¶ Declarat mēbra. Primo ex pte quātitatis. Scdo q̄litatis. ibi (Facta vō.) Prima pȝ. ¶ Cōprehendentis. i. retinētis. Multipl'r. s. cibꝰ ⁊ sanguis. Menstruoꝝ. i. per menstrua. Ultima. s. mēbroꝝ. Scdm modū. i. occultuȝ. Pingues. i. carnose. Itē pingues. i. grosse. Plus. s. ꝙ̄ sint nāliter in mulieribꝰ.

¶ Facta vō ꝓpter qualitatē māei est: qm̄ san. est grossus ꝓpter fridītatē: aut ꝑ multitudinem eiꝰ qđ admiscef ei ex humoribꝰ grossis: aut ꝑ multitudinē tranquillitatis ⁊ que currūt cursu illoꝝ de illis que sciuisti.

¶ Declarat cām que se tȝ ex parte qualitatis māe. Sciuisti. s. ꝑmo cañ. fen ꝑma cap̄. de qualitate generationis humoꝝ.

¶ Et cā que est ex parte instrumenti est oppilatio. Et illa aut est ꝓpter calorē exiccantē ꝯstringētez: aut ꝑ frigus exiccās: ⁊ multotiēs facit ipsam possidere multitudo potus aque ⁊ perducit ad putrefactionem: aut ꝓpter siccitatē cū inspissatione sua ⁊ ꝓpter multitudinez adipis etiā aut humoꝝ grossoꝝ viscosoꝝ: aut ꝑ apāta: aut ꝑ clausurā ⁊ additionē carnis: aut ꝓpter vlcera accidētia in matrice que cōsolidata sunt ⁊ corruperunt sua ꝯsolidatione orificia venaꝝ apparētiū: aut ꝑ tortuositatē in eā superfluam ⁊ ꝯuersionē: aut ꝑ breuitatē colli matricis: aut ꝑ ꝑcussionē: aut cāȝ claudentē orificia venarū aut successione aborsus.

¶ Declarat cām ex pte instrumēti ⁊ dicit ꝙ oppilatio est ⁊c. Cā illa. s. oppilatio. Exiccans. i. deprensans. Ad putrefactionē. i. corruptionē. Adipis. s. colli matricis. Clausurā. i. oppilationē. Corruperunt. i. clauserūt. Cōuersionē. i. ꝑmutationē. Breuitatez. i. coangustationē. Successione aborsus. i. clausura facta ꝓpter aborsuȝ.

¶ Facta aūt ꝓpter retentionē menstruoꝝ cā cōmunitatis alioꝝ mēbroꝝ est sicut facta cā debilitatis epatis: quare non emanat sang. neqȝ discernit ipsum: aut propter oppilationē in eo ⁊ in corpore toto: aut propter pinguedinem facientem accidere oppilationem cōstringentem vias cōstrictione facta a cōpressione: ⁊ extenuatio ꝯstringit eas constrictione facta ab exiccatione: aut propter paucitatem sanguinis.

¶ Declarat scdm mēbrū ꝑme diuisionis. s. qñ fit ꝓpter cōmunitatē ⁊ pȝ. Facta aūt. s. retentio menstruoꝝ. Non emanat. i. nō emittit. Sanguinem. s. ad matricem. In corpore. i. in venis que sunt in toto. Pinguedinem. s. myrach.

¶ Et sanguis effluit super matricē cū exitu ⁊ cū nō inuenit meatū redit. Cum ergo iteraf illud dilatatur in corpore ⁊ facit incurrere egritudines.

¶ Ponit cañ. Sup matricē. i. ad matricē. Dilatatur. i. expanditur.

¶ De accñtibꝰ illiꝰ ⁊ de ꝑfocatione mr̄icis. Cap̄. 26m.

Quandoqȝ accidunt ei cuiꝰ mēstrua retinent egritudines de qbus est prefocatio matricis ꝓpter collectionē suā ⁊ declinationē ad partez lateris. Et accidunt ei iterū apāta matricis calida ⁊ dura: ⁊ apāta viscerū: ⁊ egritudines in stomacho ex debilitate digōnis ⁊ casu appetitus ⁊ corruptione eius ⁊ nausea ⁊ sitis vehemēs ⁊ mordicatio in stōcho. Et accidūt ex ea egritudines capitis ⁊ neruoruȝ: sicut epilepsia ⁊ paralysis. Et egritudines pectoris sicut tussis ⁊ malitia anhelitꝰ. Et plurime ex egritudinibꝰ epatis sicut hydropisis ⁊ alie: ⁊ alteraf ex ea forma. Et accidunt ei iteruȝ difficultates vrine ⁊ eius cōpressio: ⁊ dolores alchatim ⁊ colli ⁊ grauaf corpus ⁊ extenuaf ⁊ ꝯtristaf: ⁊ adueniūt ei horripilationes ⁊ fe. adurētes. Et qñqȝ difficilis fit sermo ꝑ exiccationem lacertoꝝ ⁊ lingue ex vapore calido: ⁊ fortasse est illa grauitas cā doloris capitis: ⁊ accidunt ei ingetudo ⁊ tristitie ꝓpter vaporē. Et qñqȝ apāf totū corpꝰ eius ⁊ vēter eius ꝓpter attractionē virulētie sang. ad ipm. Et qñqȝ accidit ei in cōplexione sua cū retinent mēstrua qñ est fortis creationis cuiꝰ virtus est potēs ad exercenduȝ supfluitatē retentā vt assimilef viris ⁊ multiplicent pili eius aut nascaf ei quasi barba quare frangif forma eius ⁊ ingrossaf deinde morif. Et qñqȝ ꝑuenit ante mortē ad dispōnē cū qua nō est possibile vt ꝓuocent mēstrua eiꝰ: ⁊ plures istarum sunt de illis que pariunt plurimū. Cum ergo nō coit cū eis aliqs ⁊ recedunt ab eis sui cōpares retinent mēstrua earuȝ ⁊ remouentur ab eis. O qȝ necessaria facit eūatio san. ⁊ acceptio ꝯceptiōis ⁊ acceptio coitus: ⁊ accidit eis vt fiat vrina eius nigra in qua est sedimen virulētū sicut aqua carnis. Et quandoqȝ mingit sang.

¶ Ponit egritudines que veniūt ex retētiōe mēstruoꝝ. Partes patēt de se. ¶ Dicit ꝑ ⁊c. pȝ. Propter collectionē. i. cū collectione. ad partem lateris: qz aliqñ vene vniꝰ lateris mr̄icis mag replent ꝙ̄ vene alteriꝰ lateris. Et accidūt. Ponit egritudines que veniunt in capite ꝑ retētionē mēstruoꝝ: ⁊ pȝ. Forma. i. habitudo. Eiꝰ. s. vrine. Cōpressio. i. retētio. Cōtristaf. i. angustiaf. Et qñqȝ. Ponit alios modos egritudinū. Et fortasse. Pōit alias egritudines. Grauitas. s. in locutione. Propter mās. s. humorales retentas. Et qñqȝ. Ponit alias egritudines. Ei. s. mulieri. In cōpl'one sua. i. ꝫm suā cōpl'onē. Ad exercēdū. i. operādū. Frangif. i. ꝑmutaf. Et qñqȝ peruenit. Ponit alias egritudines. Et plures. Ponit alias. Cōpares. i. viri.

¶ De signis. Cap̄. 27m.

Illius que pēdet ex frigore signū ē grauitas somni ⁊ ꝓfundatio in ipsis ⁊ albedo coloris corporis ⁊ viriditas venarū ⁊ raritas pulsus ⁊ frigus sudoris ⁊ multitudo vrie ⁊ flegmaticitas egestiōis. Et illā que pēdet ex caliditate signāt inflāmatio ⁊ exiccatio mr̄icis ⁊ reliqua signa caliditatis scita in eis que ꝑterita sunt. Et illam que pēdet ex siccitate significant signa siccitatis in ea scita in illis que ꝑtereūt ⁊ verificant eā extenuatio corporis ⁊ vacuitas venaruȝ. Apā vō ⁊ clausura ⁊ alia sunt notoꝝ signoꝝ de illis que tu iam sciuisti vsqȝ ad hunc locuȝ.

¶ Ponit signa. Prio a mala cōplexione. Scdo ab epate. ibi (Apostemata.) Primo a frigore. Scdo a calore. ibi (Et illam.) Tertio a siccitate. ibi (Et illam.) Partes omnes patēt. Uiriditas. i. offuscatio. Clausura. i. oppilatio.

¶ De curationibus. Cap̄. 28m.

Curatio qdē pendens a calefactione ⁊ infrigidatione ⁊ gnōne san. ⁊ humectatione corporis ⁊ curationes apātuȝ ⁊ cura clausure ⁊ similiū sunt nota ex radicibus iteratis. Et facta qdē a clausura que nō curaf ⁊ ab oppilatione orificioꝝ venarū ab incarnatione vlcerū ⁊ alijs est quasi similis: ⁊ eiꝰ cura est extractio san. vt nō multiplicef ⁊ mundificatio corporis ⁊ vsus exercitioꝝ.

¶ Ponit curā. Prio excusat se a q̄dā cura. Scdo ponit curā. iuxta alias cās. ibi (Et nō opȝ.) Prima pȝ. Sanguinis. s. pauci vel grossi. Humectationē corporis. s. ꝓpter fortitudinē virtutis.

¶ Et nō opȝ nisi vt afferamus nūc rememorationem

curationū ꝓuocātiū mēstrua ⁊ sūt ille que mouēt san. ad matricē ⁊ faciūt ipm penetrantē in poris ⁊ faciunt poros apertos. Et has qdē medicinas iam diximꝰ cū de singularibꝰ tractaremꝰ in tabulis earū ⁊ dicemꝰ iterū in antidotario. Hic vō volumꝰ dicere de regimine ⁊ medicatione illud qđ est magis ꝯueniēs huic loco.

¶ Ponit curam. Primo ponit regimē. Scđo medicinas. ibi (Deinde.) Primo ponit regimen in generali magis. Scđo in speciali. ibi (Hic vō.) Prima patet. Penetrantem. i. potentez penetrare. In poris. i. in principijs orificiorum matricis.

¶ Et regimē in hoc est mouere sanguinē cū fortitudine ad mēstrua. Et de illis que faciunt illud est flōmia ex saphena ⁊ vena que est post cauillā. Et flōmia vene geniculi ⁊ curuatura eius est fortior illa. Et ventosatio super crus ⁊ calcaneū ⁊ ꝓprie pinguis est magis ꝯueniens. Et qñqz est necessariū vt fiat flōmia super saphenam pedis alterius. Et assiduatio stringendi cū vittis membra inferiora ⁊ ligandi ea ⁊ dimittendi ea taliter aliquibus diebus.

¶ Ponit regimen magis in spāli pinguis: qꝛ magis adheret. Alterius. s. vbi in quo pmo fecisti. Cum vittis. i. ligaminibꝰ.

¶ Deinde administrenť medicine vt aperiātur pori ⁊ currāt humiditates viscose. Et similiter si cā fuerit humiditas. Deinde administrenť medicine ꝓprie ad ꝓuocandū que sunt subtiliātes sang. aperientes oppilationē. Et de illis sunt que bibunť sicut calamētū ⁊ decoctio eius cuz aqua mellis ⁊ puluerizatio ipsiꝰ super aquā mellis: ⁊ sauina est fortior ea ⁊ pulegiuz est forte valde ⁊ cinamomū ⁊ hierapigra ⁊ serapinū ⁊ opoponacū ⁊ fructus eiꝰ ⁊ castoreū ⁊ cordumeni ⁊ decoctio enule ⁊ decoctio alusnē ⁊ decoctio faseolorꝫ rubeorū ⁊ almaroch ⁊ alastirgar ⁊ semen sansuci.

¶ Ponit medicinas. Primo que bibuntur. Secundo suppositoria. Tertio emplastra. Quarto suffumigationes. Quinto tinas. Partes patent. ¶ Dicit pmo ⁊c. Cordumeni. i. cardamomi. Almaroch est radix herbe de qua fit assa.

¶ Et de illis suppositoria sunt sicut albus elleborus ⁊ pulpa collogntide ⁊ storax ⁊ centaurea ⁊ gūma oliue cāpestris ⁊ opoponacū ⁊ fructꝰ eiꝰ ⁊ castoreū ⁊ assa ⁊ serapinū ⁊ cordumeni ⁊ succus absinthij. Et qñqz supponiť euforbiū sup cottū ⁊ expectať sup ipm hora parua absqz supfluitate. Suppositoriū bonū. ℞. myrre calamenti: amborꝫ ana. ʒ. iiij. sauine. ʒ. viij. ruthe sicce. ʒ. x. passularū mūdatarū. ʒ. xx. ꝯficianť cum felle vaccino ⁊ fiant de eis pessaria. Et iterū sumanť castoreū ⁊ myrra ⁊ muscus ⁊ fiant similitudines glādiū cum oleo de ben ⁊ supponanť. Et oleū alacuben ꝓuocatiuū est mēstruorꝫ cū supponiť ⁊ succus papaueris ruffi ⁊ alnesiz ꝫm partes equales. Et iterū galbanum ponať in lana infusa in sambacino ⁊ supponanť intra matricē.

¶ Pōit suppositoria. Supfluitate. i. stari fit sine mora. Alacuben. i. mūricarie. Alnesim. i. calamētū fluuiale. Alij dicūt ꝙ est nasturtiū.

¶ Et de eis sunt emplastra ⁊ vaporationes: ⁊ vaporatio cum speciebus prouocat menstrua.

¶ Ponit emplastra.

¶ Et de eis sunt suffumigationes sicut cū collogntida sola. Ipsa enim prouocat in dispositione. Et similiter opoponacum ⁊ assa ⁊ serapinū ⁊ cordumeni.

¶ Ponit suffumigationes.

¶ Et de eis sunt tine etiā ex aquis in quibus decocta sunt subtiliatiua prouocantia menstrua sicut calamētum ⁊ rutha ⁊ pulegium ⁊ similia.

¶ Ponit balnea ⁊c.

¶ Tractatus quartus. De nocumētis situs matricis ⁊ apostematibus eius: ⁊ que similia sunt illi. Cap. pm.

Causa est cuz sup os mīcis eiꝰ egrediť aliqd qđ ꝓhibet coituz ex re addita lacertosa: aut pāniculari forti: aut est ilic īcarnatio ab vlcere aut creatione: aut illud qđ est inter os vulue aut os mīcis est ꝫm vnū ⁊ eūdē horꝫ modorꝫ: aut est sup os mīcis eiꝰ qđ ꝓhibet īpregnationē ⁊ exitū mēstruorꝫ ex pāniculo: aut īcarnatiōe vlceris: aut qđ est eis simile: aut meatꝰ nō est inuētus in creatione: ita vt accidat virgini cū īcipit mēstruari vt nō īueniāt menstrue meatū pp aliquā harū cārū: qre accidūt ei dolores vehemētes ⁊ egritudo maxima. Si ḡ nō īgenieť ei redit san. ⁊ denigrať mulier ⁊ pfocať ⁊ moriť.

Iste hemorroides non dolent nisi propter vehementiam inflationis earuz ⁊ soliditatis earum: quare oportet vt liniantur ⁊ preparentur ad curandum. Qr si non iuuantur per hoc ⁊ hemorroides non sunt late ample non est excusatio quin administretur ferrum sm modicum quem diximus in administratione hemorroidarum ani cum calibe noto. Et illud est cum sunt extra matricem. Cum ergo inciduntur ponantur super incisuram atramentũ ⁊ alumen ⁊ cortex thuris ⁊ que sunt similia illis. Cumq; voluntas est vt illud intromittatur mulier in domo frigida ⁊ incidatur illud ex ea in ipsa. Et precipiatur ei vt subleuet pedes suos ad parietem duabus horis ⁊ faciat adherere dorso suo ⁊ pectini ⁊ macerie sue pãnos infusos aquis stipticis infrigidatos niue. Et si forsitan sang. non abscinditur: tunc pone super pectinem ⁊ sup dorsum ⁊ que sequuntur ipsum ventosas adherentes ⁊ suppone lanam infusaz in aqua decoctionis stipticoruz in qua sunt dissoluta achacia ⁊ hypoquistidos ⁊ lycium ⁊ similia: ⁊ fiat vt sedeat in aquis stipticis. Et si fuerint hemorroides late ample: tunc non labores ad incidendum eas: sed administra sup eas exiccatiua fortiter retinentia san. sicut sunt pãni ĩfusi succo berberis: aut acetose super quod puluerizata sunt lycium ⁊ achacia ⁊ similia. Et ligentur extrema eius cum strictura ⁊ precipue vt dormiat sm figuram seruantez illud quod suppositũz est: ⁊ rege eam regimine fluxus sang. superflui. Et de lenificatione earum est vt sedeat mulier in aquis quibus decocta sunt lenificantia sicut altea ⁊ camomilla ⁊ fenugrecum ⁊ semen lini ⁊ mellilotum ⁊ administra super eas ex oleis sicut oleum de pice ⁊ de lilio ⁊ oleũ de melliloto. Sedeat habẽs eas in decoctione fenugreci ⁊ lenificãtiũ cũ aliquo oleo: ⁊ supponant pessaria facta ex hyssopo ⁊ nitro ⁊ resina.

¶ Ponit curam. Primo cum ferro. Secundo cum medicinis. ibi (Et si fuerint.) Prima patet. ¶ Ad curandum al's ad remouendũ. Cum calibe. i. instrumento dicto in capitulo hemorroidaruz. Illis similia vt stiptica ⁊ constringentia materiam in loco. Et si fuerint. Ponit curam per medicinas. Lycium est fructus ⁊ folia eiusdem arboris ex quo fit succus qui inspissat ⁊ dicit lycium. Al's lyciũ est succus caprifolij. Earum. s. hemorroidarum. Sedeat. Ponit curaz clauoꝝ al's clauis. Et lenificantia. s. decoctione.

¶ De carne addita ⁊ longitudine allakic ⁊ apparitiõe sicut virga ⁊ rei nominate fursus. Cap. 22m.

Quandoq; oritur in ore matricis caro addita. Et quandoq; apparet super mulierẽ res que est sicut virga cõmouens sub coitu. Et quandoq; aduenit ei vt faciat cum mulieribus simile quod fit eis cum quibus coitur. Et quãdoq; est illud battarũ magnum. Et fursus quidem est caro addita orta in ore matricis que quandoq; prolongatur ⁊ quandoq; abbreuiatur. Et non prolongat nisi in estate ⁊ abbreuiatur in hyeme. Et summa quidez medicorum testificatur illud sicut Archigenes ⁊ Gal. ⁊ negat illud Hippo. medicus.

¶ Determinat de carne addita. Primo ponit causas. Secundo curam. ibi (Virge.) ¶ Commouens sub coitu idest commotionem recipiens tempore coitus. Magnum idest frustum magnum. Itẽ prolongatur: qr propter calorem attrahuntur materie. Medicus idest Hippo. Haly. in thegni. 3. tractatu. commento. 177. ponit illam egritudinem.

¶ De cura. Cap. 23m.

Virge quidẽ ⁊ albattara curatio est icisio post conuersionem eius super ceruicem suaz ⁊ retine ventrem eius ⁊ incidatur illud ex profundo ⁊ ex radice vt non accidat fluxus san. Carnem võ aliam fortasse possibile est curare cum medicinis corrodentibus carnem de illis que administrantur in capitulo suo: ⁊ fortasse non est excusatio quin incidatur: ⁊ tunc currit cursu hemorroidaruz. Et fursus quidem ligatur cum filo ligatura stricta ⁊ dimittitur duobus diebus aut tribus. Et fortasse minuitur dimissio eius ita donec putrefiat ⁊ incidatur vt minoretur cursus sangui.

¶ Ponit curam: ⁊ patet. Albattara idest frustum magnum. Post conuersionem idest maturationem. Fursus idest caro addita. Innuitur. i. percipitur.

¶ De aqua in matrice. Cap. 24m.

Quandoq; aggregatur in matricibus mulierum aqua ⁊ prefocantur ea.

¶ Determinat de retentione aque in matrice. Primo ponit causas. Secundo signa. ibi (Signa.) Tertio curam. ibi (Curatio.) Prima patet. ¶ Prefocat scilicet si expanditur. Ad concauitatem ventris: qr tunc comprimit diaphragma versus sursum: ⁊ non potest pectus eleuari.

¶ De signis. Cap. 25m.

Signa sunt q antecedit retentio menstruoruz ⁊ multiplicatur rugitus in ventre: ⁊ proprie cum mouetur ⁊ ambulat. Et accidit in iferioribus ventris apostema molle. Et quandoq; fit sicut hydropica ⁊ multiplicatur cursus humiditatis aquose. Et quãdoq; existimat q sit pregnans. Et quãdoq; est vulua eius in hac vt prouocetur ab ea aqua plurima subito.

¶ Ponit signa. Vulua. i. os matricis ⁊c.

¶ De cura. Cap. 26.

Curatio eius est vt administret flobothomia si indiget ea ⁊ exercitium ⁊ vt faciant eam sedere in rebus prouocantibus aquositatẽ fortis prouocationis ⁊ res que administrãtur in emplastris hydropisis donec maturet: deinde approximentur ei prouocantia menstrua cum fortitudine ⁊ dentur in potu prouocantia vrinam. Et non est malũ si clysterizetur clysteribus hydropicorum ⁊ cum colyrijs prouocantibus aquã ⁊ menstrua: ⁊ suppositio ellebori albi ꝯfert ei ⁊ extrahit aquã plurimam.

¶ Ponit curam. Maturetur. i. euacuationi disponatur.

¶ De inflatione in matrice ⁊ cognitiõe eius. Cap. 27m.

Quandoq; est causa prima in hoc vt eueniãt inflatio ⁊ ventositas in matrice percussio aut casus ⁊ sicut illud quare debilitatur complexio eius. Et quandoq; est difficultas partus

⁊ conuersio oris matricis: aut frigus fecit ei superueni re oppilationem oppilando os matricis coartãdo vẽ tositatem in vacuitate eius: aut in vacuitate villorum ipsius: aut in angulis eius. Et illa que est in vacuitate est debilior: deĩde que est in angulis postea q̃ est in cõ cauitate. Quandoq; fit fortis virtus retentionis ven tositatis in matrice ⁊ villis eius vsquequo consequitur dolor extensus ad pectinem ⁊ dilatatur in inguinibus ⁊ eleuatur vsq; ad coxas ⁊ vsq; ad diaphragma ⁊ sto machum ⁊ habet vocem sicut est vox tympani ⁊ hy dropisis tympanitis. Et quandoq; est permutabilis ⁊ associantur ei pulsio ⁊ pulsatio ⁊ punctio ⁊ punctura quam vaporationes cum virtutibus caliditatis sedãt ⁊ redit cum reditu frigoris ⁊ compressio permutat eaz in rugitum ⁊ augmentatur cum ea pecten ⁊ fortasse re manet hec ventositas spatio vite. Et existimant qui dam ꝙ dominium matricis super sperma resoluit hãc ventositatem. q. non sit.

¶ De inflatione matricis. Primo ponit causas. Secundo curaz. ibi (Cõfert.) Prima patet. ¶ In vacuitate scilz matricis. Debilior sci licet in resolutione. Compressio. i. comprimitur. Super sperma. s. in euacuando istud.

¶ De cura. Cap. 28^m.

Confert ad illud potus logodion ⁊ sagzenea in aqua radicum ⁊ semi. post euacuationem materiei facientis illud a corpore ⁊ a matrice cum eis que sunt sicut hierapigra proprie. Et si chronica sit egritudo tunc cum eis que sunt sicut hie ra archigenis ⁊ oleum alkekengi iuuatiuum est valde ad hoc. Et quandoq; supponuntur colyria ex eis que sunt sicut bdellium xylobalsamum ⁊ se. eius cum oleo nardino ⁊ oleo de rutha. Et quandoq; embrocatur cum oleo de rutha ⁊ oleo anhetino. Et quandoq; ap ponuntur super matricem emplastra facta ex eis que sunt sicut rutha ⁊ semen agni casti ⁊ cyminum ⁊ cen taurea ⁊ alberengesif ⁊ sansucus ⁊ anisum ⁊ calamen tum ⁊ cassia ⁊ ameos ⁊ reliqua semina. Et quandoq; fit vt sedeat in aquis in quibus decocte sunt medicine emplastrorum predictorum. Et quandoq; fiunt cum speciebus calidis. Et quandoq; apponuntur pectini ⁊ matrici ventose cum igne.

¶ Ponit curam ⁊ legatur simul. Et seminum. s. carminãtium ven tositatem. Xylobalsamum. i. lignuz balsami. Alberengesif. i. ozimũ cum folijs nigris.

¶ De vẽtositate matricis nõ inflãmate. Cap. 29^m.

Sentit habens eam quasi sit res in ea inuolu ta suspensa ⁊ videt separationem doloris per mutari.

¶ Hic determinat de ventositate matricis ponendo curam: ⁊ patet.

¶ De cura. Cap. 30^m.

Cura est vt sumat omni die. ʒ. vnam ⁊ mediaz de diamarte cum. ʒ. j. cymini ⁊. vj. ʒ. vnius ma sticis.

¶ Diamarte idest quedam confectio ⁊c. Et sic est finis huius tra ctatus ⁊ fen ⁊c.

¶ Explicit fen. 21.

¶ Fen. xxij. de egritudinibus in extremitate membro rum que est duo tractatus.

¶ Tractatus primus de eo quod accidit eis de nocu mentis quantitatis ⁊ situs.

¶ De forma zirbi ⁊ duorum syphac. Cap. p^m.



Oportet vt scias ꝙ super ventrem post cutem sunt duo panniculi: quorum vnus nominatur syphac ⁊ comprehẽ dit intestina ⁊ calefacit ea sua spissitudi ne ⁊ vnctuositate ⁊ comprehendit la certos.



In precedentibus Auic. determinauit de egritudinibus membrorum intrinsecorum a capite vsq; ad pedes. In ista fen determinat de egritudinibus que cõtingunt in membris apparentibus. Primo ponit anathomiaz ta lium membroruz. Scdo determinat de eis. ibi (Ruptu ra fit.) Primo ponit anathomiam myrach ⁊ syphac qui sunt pã niculi ventris continentes mẽbra nutritiua. Secundo anathomiã zirbi adipini. ibi (Et sub duobus.) Tertio recolligit anathomiam. ibi (Primum ergo.) Primo ponit anathomiam myrach. Secũdo syphac. ibi (Et secũdus est.) ¶ Dicit primo ꝙ tu debes scire ꝙ in ter cutem super ventrem sunt duo panniculi: quorum vnus dicit syphac ⁊c. Syphac al's myrach. ¶ Nota ꝙ iste pãniculus dicitur syphac: vel panniculus carnosus post cutiz est pinguedo: post pin guedinem est syphac: post istum sunt musculi. ¶ Et apprehendit intestina. s. mediantibus lacertis. ¶ Nota ꝙ viscera sicut stoma chus epar ⁊ huiusmodi indigent calefactione pro digestione fien da. modo iste panniculus cum pinguedine reuerberat calidita tem ad viscera ⁊ calefacit.

¶ Et secundus est interior ⁊ nominatur alberiteron ⁊ nominatur rotundus: quoniam quando singularis fit ab eo quod tegit ipsum est sicut sphera super quã sunt summe ⁊ additiones molles ⁊ foramina: ⁊ cõtinuatur desuper velamini: ⁊ processio eius est ex supremo: ⁊ est subtilius sub cute ventris ⁊ panniculo eius: ⁊ adherẽt duo ex lacertis ventris dexter ⁊ sinister adherentia ve hemẽti. Deinde continuatur post eos ambos velami ni in partibus eius carnosis continuatione vnitionis post continuationem suam cum stomacho ⁊ post con firmationem ⁊ soliditatem substantie eius. Et illa cõti nuatio est continuatio dilatata: verum ipsa cum conti nuatur epati est subtilis valde ⁊ est ei in eleuatione sua ad stomachum ⁊ in reflexione sua descendendo ab eo firmitudo cum oppositione venarum ⁊ arteriaruz ma gnarum suspensarum cum eo ⁊ descẽdit subtus ⁊ fit zir bũ. Et currit super plurimum alberiteron ab inferiori de subtilibus lacertis dilatatis super ventrem tunica vna. Et forsitan existimatur ꝙ sit pars eius propter continuationem eius ⁊ similitudinem suam cũ eo ⁊ in neruositate. Cũ ergo singularis fit ab eo alberiterõ est subtilis texture valde ⁊ ille est alberiterõ vrine: ⁊ sub tilius eius ⁊ purius ipsius est apud epiglotalẽ ⁊ ortum panniculi intrinseci ⁊ costarũ ex hoc panniculo.

¶ Ponit anathomiam syphac. Primo hoc. Scdo ponit opinionẽ quorũdã de syphac. ibi (Quidã vo.) Primo facit hoc quantum ad substantiam ⁊ colligantiam. Secundo quantum ad iuuamenta. ibi (Et iuuamẽtũ. ¶ Dicit primo ꝙ secundus panniculus interior qui imediatur zirbo adipino dicitur syphac ⁊ est ille a quo oriunt oẽs pãniculi q sũt infra diaphragma. Singularis. i. separat ab eo. Qd tegit ipsum: qr a musculis ventris. Foramina. i. pcauitates. Consi dera qr ille panniculus habet saltem quatuor foramina habet duo per que vadũt vasa seminalia ⁊ habet foramina dydymi. Velami ni. i.

ni.i.diaphragmati.Ex supremo.Sub cute ventris.s.mediantibus lacertis.¶Nota ꝙ musculi ventris sunt quatuor:duo longitudinales ⁊ duo transuersales:⁊ isti musculi multum adherent isti pāniculo.¶Nota ꝙ diaphragma habet partem carnosaz cum qua continuatur cum myrach ⁊ cum costis:⁊ in medio istius diaphragmatis est chorda qua alligat diaphragma pulmoni.¶Unitiōis idest continguitatis.Dilatata.i.dilatatione venarum ⁊ arteriaruz magnarum scilicet descendentium.Fit zirbus adipinus quantum ad suas tunicas dicunt ab ipso syphac.Fit singularis idest diuiditur.Uere alberiteron idest vere syphac.Apud epiglotalem idest apud partem stomachi.

¶Et iuuamentum huiusmodi syphac est replere quod est inter lacertos ventris ⁊ intestina ⁊ stringere locū ⁊ prohibere superfluitates ne cadāt in locis vacuis cuz adiutorio diaphragmatis qđ est posterius:⁊ comprimere posterius intestina ⁊ viscera euacuantia superfluitates cum proxima sunt ad expellendū qđ est in eis de fece ⁊ aqua hydropisis ⁊ vrina ⁊ prohibere inflationem vehemētez:⁊ ligat viscera ligamēto forti:⁊ est in dorso sicut res vna ⁊ lacerti omnes posterius super carnem glandosam.q.substratam eis ⁊ venis magis ⁊ meatibus continuatis inter intestina ⁊ stomachum.

¶Ponit vtilitates ⁊ iuuamēta istius pāniculi.Super carnē glādosam.sup.cum ligant in dorsum. Et meatibus continuatis.i.venis venientibus ab epate per quas venit succositas ab epate.

¶Quidam vō dicunt non pertransit vt dicatur ꝙ in syphac sint genera villorum contextorum fm partes notas villorum qui sunt instrumenta virtutum trium naturalium.Et isti quidē nō est possibile vt dicāt illud in tunicis venarū ⁊ vesice ⁊ matricis nisi de aliquo pāniculorum:imo est corpus singulare.Et ista duo velamina tutamina sunt viscerum cōcauitatis inferioris.

¶Ponit opi.quorūdaz de compositione syphac.Primo hoc.Secundo ostendit ꝙ istud quod dicunt de syphac non est verum de venis matricis ⁊ vesice.ibi(Et isti quidem.)Tertio complet anathomiam.ibi(Cūqʒ perueniunt.)¶Dicit primo ꝙ quidam dicunt ꝙ iste pāniculus non est contextus ex speciebus villorum. Non pertransit.i.non est omnino bene dictum.Ut dicatur.i.nō dz dici.Scđm partes notas.i.fm latum ⁊ per transuersum.Naturalium scilz attractiue ⁊ expulsiue.Et isti quidem.ostendit ꝙ non possunt hoc dicere de venis matricis ⁊ vesice:⁊ pz.Nota ꝙ non pñt istud dicere de venis:q² sunt ibi villi longitudinales transuersales ⁊ latitudinales.¶Sed tu dices nonne ēt sunt in panniculo necessarie tres virtutes.Dicendum ꝙ nō nisi pro nutrimēto.¶Singulare idest simplex.Tutamina.i.defensoria cōcauitatis.Inferioris.i.viscerum contentorum in concauitate inferiori.

¶Cūqʒ perueniunt ad pectinem fiunt in eis duo foramina stricta quasi ipsa ambo sint per que transit lumbare a dextra ⁊ sinistra in eis inseparabilia donec fiāt sicut due ciste duorum ouorum.

¶Complet anathomiā:⁊ pz.Lumbare.i.pāniculus.q² ex ipso pāniculo fit dydymus.Dextra.s.parte.Donec fiant.i.resultent.Ciste.i.sacculi.Ouorum.i.testiculorum.

¶Et sub duobus velaminibus est zirbum:⁊ zirbum quidem est compositum ex duobus panniculis quorum vnus cooperit alium inter quos sunt arterie plurime ⁊ vene pauciores eis.

¶Ponit anathomiam zirbi.Primo quantuz ad substantiam.Secundo quantum ad figuram.ibi(Et figura.)Prima pz.¶Nota ꝙ etiam est ibi pinguedo vt etiam reuerberet caliditatem ad stomachum vt fiat melior digestio.

¶Et figura eius est sicut cistis ⁊ est ligatum cum stomacho ⁊ meseraicis ⁊ cuz collo:⁊ eius processio est ex eo quod descendit ex superfluitate alberiteron apud stomachum ⁊ duodenuz ⁊ eo quod ascendit ex superfluitate eius ⁊ apud pectinem.

¶Ponit anathomiam eius quantum ad formam ⁊ figuram:⁊ pz:

Sicut cistis.i.sicut quidam sacculus.

¶Primum ergo quod occurrit de vētre est cutis:deinde sub ipsa est panniculus primus ⁊ nominatur aggregatio eorum myrach:deinde sunt lacerti:postea alberiteron:deinde zirbum:deinde intestina.

¶Recolligit anathomiam totius myrach siue totius ventris:⁊ pz. De ventre.s.inferiori.

¶De ruptura ⁊ his que assimilant ei. Cap.2m.

Ruptura fit per solutionem panniculi a singularitate sua ⁊ casum fixure in eo quem penetrat corpus quod fuit cōprehensum in eo ante scissuram aut propter dilatationem strictture in meatu aut solʹonem.Et cuz accidit illud taliter ꝙ qsi incedit penetrans ꝑuenit ad testiculos nominatur ramex ⁊ hernia.Quod est preter hoc nominatur noīe cōitatis hernia testiculi ⁊ varices eius ⁊ durities ipsius.

¶Determinat de dispositionibus cōtingentibus ex nocumento syphac.Secundo de dispositionibus aliorum membrorum extrinsecoruz.ibi in principio secundi tractatus(Dolor.)Prima in qnqʒ sicut sunt quinqʒ egritudines de quibus determinat in primo tractatu. Secunda ibi(Quandoqʒ accidit.)Tertia ibi(Gibbositas.) Quarta ibi(Est dilatatio.)Quinta ibi(Est additio.)Primo ponit causas ⁊ diuersitates rupture.Secundo ponit signa.ibi(Et signū.) Tertio curam.ibi(Regimen.)Primo premittit duo simul. Secundo inuestigat species ⁊ causas.ibi(Et durities.)Tertio comparat quasdam species rupture adinuicem.ibi(Et omne quod est.) ¶Dicit primo ꝙ ruptura fit ⁊c.Panniculi.s.dydymi.Quem scilz panniculum ⁊ scissum ⁊ ruptum.Penetrat.i.ad penetrationē operatur.Secundo sunt meatus siue foramina perforantia syphac. modo quando ista foramina ampliantur tunc intestina ⁊ zirbus possunt intrare bursam.Solutionem.i.relaxationez.Penenetrās scilz corpus p̄ter hoc q² non intrat ibi aliquod corpus ad osseum. Communitatis.i.a vulgo.

¶Et durities quidem folliculi testiculorum cadit in zirbo.Accidit enim quandoqʒ vt dilatentur duo foramina predicta propter debilitatem eorum: aut disrumpatur ⁊ egrediatur quod sequitur ea de humiditate glutinosa:aut humorosa:aut mollificatiua: aut propter adiutoriuz ex percussione:aut motu:aut casu:aut retentione spermatis moti ⁊ prohibiti ab expulsione: aut ascensione mulieris super virum:aut labore anhelitus in coitu ⁊ proprie super repletionem: ⁊ similiter coitu super nauseatiuam satietatem ⁊ aggregationem ventositatis ⁊ egestionis in ventre: quare descendit aut zirbum aut velamen ⁊ intestina ⁊ proprie monoculum quoniam est solutum non ligatum.

¶Ponit species.Secunda ibi(Aut velamen.(Tertia ibi(Aut humiditates.)Quarta ibi(Aut ventositas.)Quinta ibi(Quandoqʒ.) Sexta ibi(Et quandoqʒ.)Septima ibi(Et quandoqʒ.)Octaua ibi (Et quandoqʒ.)Nona ibi(Et quandoqʒ accidit.)¶Dicit primo ꝙ tumor fit aliquando in panniculo testiculorum.Nota ꝙ species rupture sunt quinqʒ.s.intestinalis:zirbalis:aquosa:carnosa:varicosa:sexta ventosa.¶Et durities.i.tumor.Folliculi.i.sacculi. Cadit idest fit.In zirbo.i.propter descensionem zirbi aut velamen.Et intestina ponit secundam speciem:⁊ patet.

¶Aut humiditates que effunduntur ad eos ex expulsione nature:aut generantur apud eos propter frigus ipsorum ⁊ conuersionem sang.ad aquositatem ⁊ forstasse accidit ei panniculus proprius.

¶Ponit tertiam speciez.Ad eos.s.testiculos.Pāniculus primus idest cadit in primo panniculo.

¶Et quandoqʒ est propter humiditatem sanguineaz ⁊ feculentam vbi est cā eius percussio aut casus.

¶Ponit aliam causam.

¶Aut ventositas inflatiua.

¶Ponit aliam.

¶ Et quandoqꝫ confert curatio cum ferro.
¶ Et quandoqꝫ confert.s.in ventosa.Curatio cum ferro scilicet ad herniam curandam.
¶ Et quandoqꝫ nascitur illic caro addita.Et quādoqꝫ ingrossatur osseum:aut idurat̄ ex apostemate:aut pinguedine:quare assimilant̄ ramici ⁊ noīatur hernia carnis.Et qn̄qꝫ est similiter in inguinibus.
¶ Ponit aliam causam que est carnosa.
¶ Et qn̄qꝫ inflant̄ vene eius ⁊ noīat̄ hernia varicosa.
¶ Ponit aliam speciem que est varicosa.
¶ Et qn̄qꝫ mollificant̄ mollificatione vehemēti absqꝫ ruptura:quare ꝓlongat̄ ⁊ assimilat̄ hernie iterū.
¶ Ponit aliam.Mollificantur.s.illa foramina.
¶ Et qn̄qꝫ accidit ruptura super testiculos ⁊ peruenit apud iguina:⁊ qđ est supra ea in sumine est maloꝝ accidētiū ⁊ in duobus emūctorijs.Et illa que accidit supra sumē est parūper raro ſm cōparationē ad alias:qm̄ ille locus sustētatus est lacertꝭ:⁊ qđ sub eo est tuet̄ extremitatibus lacertoꝝ.Et quandoqꝫ accidit sumini augmentū:⁊ est de genere rupture iterum.
¶ Ponit aliam causam.
¶ Et oē qđ est ex ruptura sup sumē est maloꝝ accn̄tiū quāuis sit parue additiōis:⁊ nō dolēt in principio qm̄ expulsuꝫ in ea sunt intestina minuta ⁊ sunt exp̄ssa coartata ⁊ coartēt fecē ⁊ euomit eā ⁊ est de genere ileos ⁊ ingetudine eius ⁊ angustia ipsius.verū illa q̄ est subtus est magis susceptibilis dilatationis ⁊ magis incedēs in additioue ⁊ nō dolet in principio.
¶ Comparat rupturas adinuicē.Primo hoc.Secundo ponit quēdam can̄.ibi(Et scias.)Prima patet.¶ Euomit.s.ipsa faciens ea Subtus.s.ad osseum.
¶ Et scias ꝙ ramex intestinorum ⁊ zirbi est egritudo fortis difficilis quanuis sit parua.Et ramex aque est egritudo facilis ⁊ si sit magna.
¶ Ponit quendam can̄.⁊ pꝫ.Difficilis.s.in sanatione.Parua.s.in timore mortis ⁊c̄.

¶ De signis. Cap.3m.

Signū aūt cōe rupturis est additio apparēs ⁊ sentit̄ iter syphac itrisecū ⁊ iter myrach:⁊ addit̄ ei⁹ apparitio apud motū ⁊ cōprehēsionē anhelitus.Et eiuſ est pp dilatationē meatus signū est ꝙ apparet paulatiꝫ in osseo absqꝫ motu laborioso ⁊ vociferatiōe ⁊ alijs ⁊ est ramex testiculi.qđ aūt est propter illud qđ est supra est propter disruptionē ꝓculdubio ⁊ non confert ei exiccatio.
¶ Ponit signa ⁊.6.facit.Primo ponit signa rupture absolute.Secundo signa itestinalis ⁊ zirbalis.ibi(Et signū.)Tertio signa aquose.ibi(Et ramex.)Quarto ventose.ibi(Et hernia.)Quinto carnose.ibi(Et carnose.)Sexto verrucose.ibi(Hernia vō.)¶ Dicit primo ꝙ signū cōe est timor ⁊c̄.Additio.i.tumor.Et cōprehensionem idest retētionē anhelitus:qꝛ quādo retinet anhelitū appet tumor maior supra.s.inferius cadens ꝓpter destructionē.s.syphac.Exiccatio sup.qn̄ ruptura fit a relaxatione ab aquositate.
¶ Et signū eius que est ex intestinis penetrātibus icisurā est reditio eius cū velocitate cū resupinat̄ ⁊ sensibilitas rugitus ⁊ ꝓprie cū premit̄.Illā vō que fit ex zirbo ⁊ syphac significat aduētus ei⁹ paulatiꝫ:⁊ est ad ꝓfundū cū eq̄litate in situ.Et nō sentit̄ in illa ramice rugitus ⁊ ſm plurimū est quātitas parue in quātitate ꝓfunditatis.Et qn̄qꝫ egredit̄ totaliter ⁊ hꝫ quātitatem magnam ⁊ est difficilis sanationis sicut hernia intestini:verū eius tactus nō est diuersus a tactu hernie intestini ⁊ ventositatis:⁊ reditio eius que est ex intestino ⁊ zirbo difficilior est q̄ꝫ ventose.
¶ Ponit signū rupture itestinalis ⁊ zirbalis.Cum equalitate sua in situ.i.nō ita inflat sicut inflat qn̄ igrediunt̄ itestina.Alr.i.descēdūt plura itestina quādo est intestinalis ⁊ qn̄ est zirbalis nō descendit nisi zirbus.In quātitate ꝓfunditatis.i.ſm ꝓfundum.
¶ Et ramex quidem aque cognoscitur per tactuꝫ ⁊ tēsionem ossei ⁊ per splendorem ⁊ leuitatem:⁊ ipsa iterū non redit ⁊ non reingreditur.
¶ Ponit signa rupture aquose per tactuꝫ:qꝛ apparet vter plenus aqua.Lenitatē.i.mollitiē.Reingredit̄.s.qn̄ stat supinus.
¶ Et hernie ventose cognitio est:qm̄ inflatio ventosa manifesta est.Et ventosa quideꝫ redit absqꝫ compressione plurima ⁊ dolore.Et qn̄qꝫ redit in dispōne ⁊ resupinatio nō facit eā velocioris reditus q̄ꝫ hora alia.Iudiciū nāqꝫ eius in resupinatiōe ⁊ nō resupinatione simile est cū nō sit grauitas ei neqꝫ lubricitas:ſꝫ in ea q̄ est ex itestinis est diuersum qm̄ est apud resupinationē facilior parū.Et qn̄qꝫ accidūt ex ea dolores vehementes ꝓpterea ꝙ extēdit osseū.Et qn̄qꝫ cōprimit testiculū.Et carnose signū est ꝙ est in ipso osseo nō intra ipꝫ ⁊ est cū duritie ⁊ grossitie ⁊ diuersitate vie.Et qn̄qꝫ est ex lapideitate ꝯpatis duri ⁊ noīatur buris.
¶ Ponit signa ventose ⁊ pꝫ.In dispōne.i.statim vel subito.Sic est qꝛ reuertitur.Ex ea.s.hernia ventosa ⁊ carnosa ⁊ pꝫ.
¶ Hernia vō varicosa cognoscitur ex venis repletis ⁊ ex corrosiōe vrinali ⁊ ex ꝯtorsiōe vueali.In ea cū mollificatiōe testiculoꝝ ⁊ ꝓhibitiōe a cursib⁹ ⁊ motib⁹.Et illā que est in arterijs tactus cū digitis comprehēdit.Et illa que nō est in eis:īmo in venis nutrientibus illa membra non comprehendit tactus.
¶ Ponit signa varicose.Vueali.i.eminentia sicut granum vue.Nō cōprehendit.i.nō distinguit ⁊c̄.

¶ De cura. Cap.4m.

Regimē qdē vl'e hn̄tib⁹ rupturā ē dimittē repletionē ⁊ dimittere motū plīm ⁊ saltus ⁊ icessum subitū ⁊ coitū.Et deterior illaꝝ dispōnū est illa q̄ est sup repletionē.Et opꝫ vt dimittat cibos inflatiuos ⁊ nō multū vtat̄ potu aq̄ ⁊ dimittat oēs res mollificātes ita ꝙ ēt balnea.Et cū comederit resupinet̄ ⁊ sit cū sedet ꝯstrict⁹ circa rupturā ⁊ apud coitū ꝓprie:⁊ sit coitus eius apud lenitatē vētris ei⁹.
¶ In p̄cedētibus Auicen.posuit.spēs ⁊ cās ⁊ signa rupture:hic ponit curā.Primo in generali.Scđo in speciali.ibi(Si est amboꝝ.) Primo ponit regimen vl'e:⁊ ostēdit a qbus debet sibi cauere patiēs rupturā.Scđo ponit itētiones vniuersales.ibi(Et scias.)Tertio ponit medicinas in vniuersali.ibi(Amplius consolidatio.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ hn̄s rupturam dꝫ dimittere repletiones ⁊c̄.dꝫ dimittere illa que faciūt ad rupturā syphac:⁊ iō dꝫ sibi ab eis cauere cibos inflatiuos vt legumina olera ⁊ hmōi.Nō vtatur aqua ne fiat ruptura aquosa pp multiplicatiōem aque supinus:qꝛ nō sic cadūt supfluitates.Cōstrictus.i.cum coxis strictis.
¶ Et scias ꝙ intētio in curatione rupture est cōsolidatio scissure si possibilis est:aut ꝯseruatio eius ne addatur:⁊ exiccatio eius qđ mollificatū est ⁊ dilatatū:⁊ reductio eius qđ descendit in ipsa si est zirbum aut intestinum:⁊ resolutio eius quod aggregatum est in ea si est aqua aut ventositas ⁊ ꝓhibitio materiei que extendit eā:⁊ si nō resoluit̄ p̄paratio fiat in eius extractiōe.
¶ Ponit intentiones generales curatiuas rupture ⁊ pꝫ:qꝛ sunt septem intentiones in cura rupture.
¶ Amplius consolidatio scissure aut conseruatio eius vt non addatur fit cum medicinis glutinationē faciētibus

tibus

tibus confortantibus in quibus est stipticitas: ⁊ q̄to magis est scissura minor est consolidatio facilior. Et quandoqꝫ fit iuuamentum in ea cum cauterio ⁊ eius exiccatio fit cū medicinis resolutiuis. Et reductio eiꝰ qd descendit fit cum strictura ⁊ ligatura. Uerum resolutio eius qd aggregatum est fit cū emplastris facientibus ad hydropisim ⁊ que sunt eis similia. Et prohibitio materiei fit cum euacuatione ⁊ equatione cibi: ⁊ eius extractio fit cum medicinis adurentibus cū fortitudine ⁊ operatione ferri.

¶ *Ponit medicinas in vniuersali: ⁊ patet. Cauterium est factū ad modum. Ista cauteria nō bene possunt intelligi nisi oculis videantur. Qd aggregatum est. s. de aqua. Ad hydropisim. i. ad curā hydropisis maxime asclitis. Equatione cibi. i. debita quātitate cibi ⁊ operatione forti al's ferri. s. manuali cum ferro.*

¶ De curatione rupturarū intestini ⁊ zirbi. Cap. 5m.

SI est amborum descensio ad osseum possibilis est eorum reductio. Uerū fit difficilis s'm comparationē reductionis: amborum in ruptura que est desuper. illud enim fit facile cū resupinatione ⁊ qualibet compressione cum manu. Cū si addatur ruptura incipiatur in desiccando illud qd dilatatum est propter humiditatem ⁊ adunando qd scissum est ⁊ ingenietur in consolidatione eius. Et cū fit inobediēs ad redeundū fiat vt eger sedeat in aqua calida ⁊ emplastretur ruptura cum lenitiuis aut vaporetur cum pāno calido tandiu donec redeat. Deinde stringatur superpositis medicinis aggregationem facientibus ⁊ dimittatur tribus diebus ⁊ fit resupinatus. Et fit strictura cum inuolutionibus quadratis ⁊ inuolutionibus preparatis ad aggregandum labia scissure. Et quandoqꝫ cauterizatur s'm hanc stricturam et ꝓparationem: ⁊ non administrent' inuolutiones sphérice: quoniam ipse dilatant maxime: aut necessaria est consolidatio: ⁊ non oportet vt approximent huic rupture ferrum omnino.

¶ *Ponit curam in speciali vt dictū est. Species rupture sunt quinque. ⁊ s'm hoc ponit curā in speciali. Primo rupture intestinalis ⁊ zirbine. Secundo aquose. ibi (Quandoqꝫ euacuatur.) Tertio vētose. ibi (Regimē.) Quarto carnose ⁊ verrucose. ibi (Curatio.) In curatione istius primo ponit modum ad reducendum talia membra intra syphac. Secundo ponit medicinas. ibi (Et medicine.) ¶ Dicit p'mo q' quando descendunt intestina ⁊c. In ruptura que est desuper. i. in ruptura que est supra versus vmbilicum ⁊ nō est lateraliter in inguinibus. Stringat. s. cū ligatura. Inuolutiones. i. ligationes in forma spherica. Ferrum omnino. s. si est possibile curare cum alio.*

¶ Et medicine que bibunt' quibus iuuantur habentes rupturā sunt sagzenea ⁊ decoctio nucis cupressi ⁊ ꝓprie in q̄bus dissoluta sunt sagzenea ⁊ diacyminū.

¶ *Ponit medicinas. Primo que bibuntur. Secūdo emplastra. ibi (Et oportet.) ¶ Dicit primo ⁊c.*

¶ Et oportet vt administrent' in ea emplastra que super scissuram administrant' postq̄ aggregata sunt labia scissure ⁊ tracta sunt duo oua ad superiora ⁊ expleta est reductio eius qd descēdit. Et de istis emplastris est illud qd fit ex sauina ⁊ nuce cupressi ⁊ cupressi folijs. Ipsa enim sunt radices emplastrorū super plurimum iuuamenti: quorū est conuenientia.

¶ *Ponit medicinas que ponuntur exterius. Primo ponit necessitatem istorum emplastrorum. Secundo ponit emplastra. ibi (Et de emplastris.) Prima patet. Oua. i. testiculi.*

¶ Et de emplastris ꝯuenientie est illud qd fit ex bdellio ⁊ draganganto gummi arabico ⁊ glutino piscium ⁊ glutino coriorū ⁊ tuberibus siccis ⁊ carnibꝰ cancrorū ⁊ rosis cum capitibus suis ⁊ omnibus stipticis ⁊ mastice ⁊ myrto sicca ⁊ mes excorticatis ⁊ alteid ⁊ folijs altee de mecha et alumine iameni ⁊ sumach et fructu thamarisci ⁊ magra ⁊ centaurea ⁊ aloe senegenio.

¶ *Ponit emplastra ⁊ tot facit quot emplastra ponit. Partes patent. ¶ Dicit primo ⁊c. Tubera. i. turtufule sunt species fungorū. Mes. i. robilie. Alzarit est herba similis plantagini. De mecha. i. de illa contrata. Et magra. i. terra rubea.*

¶ Descriptio alia emplastri. ℞. ammoniaci ⁊ thuris ⁊ aloes senegenij ⁊ dabac: omniū ana. ʒ. iij. bdellij pondus. ʒ. ij. achacie ⁊ sarcocolle: amborum ana. ʒ. j. terantur in mortario ⁊ madefiant in principio noctis cum aceto: deinde terantur in mane cum aliquātulo sanine ⁊ imbibatur ex eis cottum ⁊ ponatur super locum ⁊ stringatur ligando.

¶ *Ponit aliud emplastrum aloe senegenij ⁊ naba vel dabac. i. de illis contratis.*

¶ Emplastrum lene. ℞. masticis ⁊ sarcocolle ⁊ thuris partes equales ⁊ aggregentur in vino ⁊ passis ⁊ liniatur super pergamenum de pāno ⁊ stringatur.

¶ *Ponit aliud emplastrum.*

¶ Et simile illi est illud qd fit ex aloe ⁊ glutine ⁊ thure.

¶ *Ponit aliud.*

¶ Et iterum sumant' nux cupressi ⁊ thus ⁊ achacia ⁊ balaustie ⁊ sarcocolla ⁊ sang. draconis ⁊ lycium ⁊ myrra ⁊ galle ⁊ sauina equali mensura ⁊ terant' bene ⁊ conficiantur cū gūmi ⁊ fiat vt adhereant ouo aut in quocūqꝫ loco fiat ruptura donec cadant.

¶ *Ponit aliud. Ouo. i. testiculo.*

¶ Emplastrum bonum qd quādoqꝫ consolidat rupturam infantium. ℞. corticū granatorū pondus. ʒ. x. gallarum imaturarum. v. decoquant' cū vini stiptici. ʒ. v. decoctione vehementi ⁊ reducātur intestina ad superiora ⁊ embrocetur locus cum aqua frigida ⁊ inuiscet' hoc emplastrum ⁊ non soluatur nisi transacta hebdomoda aut in omnibus. x. diebus semel.

¶ *Ponit aliud.*

¶ Emplastrū mirabile sumant' masticis corticis thuris nucis cupressi ⁊ myrre ⁊ glutinū pisciū ⁊ sarcocolle: oiū p'tes equales: dissoluant' gluten cū aceto vini ⁊ aggregent' cū eo medicine ⁊ fiat ex eis emplastrū.

¶ *Ponit aliud.*

¶ Et fortasse sufficit infantibus emplastrum qd fit ex balaustijs ⁊ psilio ⁊ radice lilij syluestris. Et fortasse sufficit tibi vt facias emplastrum cum lenticula aque que est de genere herbarum nascentium in aqua. Et fortasse sufficit vt liniantur eorum rupture cum bdellio dissoluto in vino ⁊ oleo sambacino aut cum castoreo ⁊ proprie quando est aquosa. Et iterum fortasse sufficit cum sauich de ordeo.

¶ *Ponit aliud. Cum sauic. i. succo.*

¶ De ruptura aque. Cap. 6m.

QUandoqꝫ euacuatur aquositas eius cum hezel gradato. Quandoqꝫ euacuatur cum emplastris extrahentibus aquositatem. Et post illud quandoqꝫ fit cum ferro ⁊ medicinis acutis calefacientibus illud qd sequit' rupturā ex syphac: quare ꝯstringitur ⁊ nō descendit aquositas.

¶ *Ponit curam rupture aquose. Primo ostendit modos opera-*

tionis. Secundo ponit operationes. ibi (In operatione.) Prima patet. Bezel. i. instrumento gradato ⁊ debet esse gradatum: quia primo debet euacuari modicum ⁊ postea plus ⁊ sic successiue.

¶ In operatione v̄o que fit cum bezel ⁊ flobothomo oportet vt eleuentur testiculi ad superiora ⁊ elongentur valde ab osseo postq̄ obliquatus est pectē ⁊ pars eius vt elōgetur ab infirmo ⁊ vt resupinetur super lectum aut super locum in quo sedent homines. Et fiat vt sedeat ancilla a dextra eius extendens virgaz eius ad superiora. Deinde flobothometur cum flobothomo lato. Et caue ne flobothomes aliquid de commissura: sed de dextra parte aut sinistra: deinde scinde fugiendo commissuram ⁊ stude tandiu donec descendat tota aquositas ⁊ euacues eam: deinde tibi inest electio si timueris reuersionem et repletionem eius post tempus vt reiteres euacuationem si volueris cum bezel.

¶ Declarat operationes. Primo istam que fit cum ferro. Secūdo ponit emplastra. ibi (Emplastra.) Prima patet. De commissura. i. de loco medio ossei. Cum bezel. i. cum instrumento.

¶ Et si volueris cauterizabis ⁊ cauterium fit hoc modo. Sume ferruz subtile in quo sunt vncini ⁊ igniatur sicut ignitur cauteriuz ⁊ liga testiculos quāto longius possibile est a locis: ⁊ reuolue cauterium ab osseo ita vt non inueniat testiculum ⁊ inueniat osseum ⁊ alberiteron ⁊ constringat ⁊ calefaciat ipsuz: quare non ingrediatur ipsum aqua post illud. Et q̄ dilatet meatū est enim melius: deinde cura crustas et consolida: et fortasse incidis ex beriteron aliquid: deinde cauteriza ipsum ⁊ pone super scissuras stiptica ⁊ prohibe egruz potare aquam.

¶ Ponit modum cauterizationis a locis cauterizationis. Alberiteron. i. dydymum. Qui fit ex alberiteron. i. generatur a syphac.

¶ Emplastra v̄o ad ramicem aque sunt ex genere emplastrorum hydropisis ⁊ splenis. Et sicut si sumantur staphisagria ⁊ cyminum ⁊ aggregentur cum passis rubeis enucleatis aggregatione facta cum contritione ⁊ fiant sicut vnguentum ⁊ emplastretur cum eis.

¶ Ponit emplastra ⁊ tot facit quot emplastra pōit. Prima patet. ¶ Ad radicem aque. i. ad herniam aquosam.

¶ Et iterum sumantur piper ⁊ grana lauri ⁊ baurach ⁊ cera ⁊ oleum antiquum ⁊ fiat ex eis vnguentum ⁊ emplastretur cum eo. Et iterum sumat cinis quercus ⁊ conficiatur cum oleo confortato cum decoctione ⁊ emplastretur cum eo. est enim iuuatiuum valde.

¶ Ponit aliud emplastrum. Confortato i. facto forti.

¶ Et sumantur nitri. ʒ. xxx. cere. ʒ. vij. olei. ʒ. vj. ⁊ piperis quoniam bonum est ⁊ granorum lauri grana. lxxx. fiat ex eis emplastrum adherens. Et bdellium arabicum sanat testiculos: ⁊ quandoq̄ resoluit ramicem aque puerorum.

¶ Ponit aliud. Sanat testiculos. i. habētes aquam in osseo.

¶ De cura rupture ventositatis. Cap. 7m.

Regimē in hoc est vt deuitet inflatiua ex oleribus ⁊ granis ⁊ repletionem superfluā perducentem ad rugitum ⁊ ad malitiam digestionis ⁊ potum vini misti ⁊ vinum crudum inflatiuum. Et sumat in potu medicinas resoluentes ventositatem sicut diacyminum ⁊ sagzenea ⁊ trifera magna ⁊ totum illud cum decoctione galange.

¶ Ponit curam rupture ventose. Primo ponit quibus debet vti ⁊ a quibus debet cauere. Secundo ponit medicinas. ibi (Confectio.) Prima patet.

¶ Confectio ad eos bona. ℞. foliorum ruthe sicce ⁊ hyssopi ⁊ cymini ⁊ ameos ⁊ semen agnicasti ⁊ baurach ⁊ calamenti: omnium partes equales: ⁊ epithimi quantum omnia: conficiantur cum melle: ⁊ fiat emplastruz cum rutha ⁊ cymino ⁊ calamēto ⁊ agnocasto ⁊ acoro ⁊ bac. lauri ⁊ sansuco ⁊ cera ⁊ storace.

¶ Ponit medicinas. Partes patēt. Prima est clara. Ista sunt emplastra conferentia ad ventositatem: quia sunt carminatiua ⁊ resolutiua ventositatis.

¶ Et sint olea quibus fit inunctio sicut oleuz de costo ⁊ sambacinum ⁊ oleum nardinum proprie.

¶ Ponit aliam medicinam.

¶ Et fiat euaporatio cum resoluentibus ventositatez predictis multotiens.

¶ Ponit aliam.

¶ Et quando fortior fit dolor administrentur colyria pacta ex melle ⁊ nitro ⁊ serapino ⁊ opoponaco ⁊ cymino ⁊ semi. ruthe ⁊ folijs ruthe ⁊ casto. s. omnibus aut quibusdam eorum s̄m necessitatem.

¶ Ponit aliam maxime quando dolor magis augetur.

¶ De cura ramicis carnis ⁊ varicose. Cap. 8m.

Curatio eorum est curatio apostematū durorum. Et multotiens quidem sufficit in ramice varicosa inunctio cum vnguento basilicon ⁊ adipibus lenibus ⁊ medullis.

¶ Ponit curā rupture carnose ⁊ verrucose. Et cura dicta fuit heri. Duorum sup. ⁊ cura carnis superflue addite.

¶ De augmento vmbilici. Cap. 9m.

Quandoq̄ accidit in vmbilico augmentum quod est s̄m semitam rupture note. Et quādoq̄ est s̄m semitā hydropisis: ita vt aggregetur in illo loco solo humiditas aut ventositas. Et quādoq̄ fit causa vene aut arterie facientis currere ad ipsum sang. Et quandoq̄ fit causa apostematis duri aut additione carnis sub cute.

¶ Determinat de augmento vmbilici. Primo ponit causas. Secūdo signa. ibi (In eo.) Tertio curam. ibi (Ad illud.) ¶ In prima parte ponit quatuor causas propter quas fit augmentum vmbilici ⁊ patet. ¶ Rupture note quia intestinalis vel zirbalis. Nota q̄ aliquando frangitur syphac versus vmbilicum ⁊ intestina gracilia intrant illam carnositatem facta ruptura syphac ⁊ fit augmentum vmbilici.

¶ De signis. Cap. 9m.

In eo qui est causa egressionis zirbi aut intestini signum est q̄ color corporis est color ipsius ⁊ fit locus diuersus ⁊ ꝓprie in ruptura ex intestinis ⁊ associatur rupture ex intestinis dolor quidam ⁊ occultatur cū premitur vt occultetur. Et quandoq̄ occultatur cum rugitu ⁊ addit ei administratio mollificantium. s. ex balneis ⁊ inunctione ⁊ motus magnitudine.

¶ Ponit signa. Primo quando fit ex ruptura. Secundo quando ruptura est ex humiditate ⁊ ventositate. ibi (Et illud quod.) Tertio quando est a sanguine. ibi (Et quod est ex sanguine.) Quarto quando est propter generationez carnis sub cute. ibi (Et qd̄ est.) Prima patet. ¶ Color corporis ipsius. i. loci infirmi. Diuersus. i. tumidus. aliter diuersus. s. ad tactum: quia ibi est mollities magis q̄ in alijs partibus vbi non est fractum syphac. Occultetur. i. vt ingrediatur syphac. Et addit ei magnitudinem. i. augmentat vmbilicus. Ei. s. vmbilico.

¶ Et illud quod est ex humiditate non reducit com-

pressio ⁊ est lene: cuius quantitatem non alterat compressio facta causa occultatiōis ⁊ est color eius color corporis: ⁊ qḋ est ex ventositate est leuius ⁊ nō minus expellens q̄ȝ illud quod est ab humiditate ⁊ est ei sonus tympani ⁊ vox.

¶ Ponit signa quādo augmentū vmbilici est ab hūiditate resudante ad alias partes. Ex humiditate. s. resudāte vt ↄtingit in hydropisi. Non alterat. i. nō permutat. Cā occultationis. i. vt occultet.

¶ Et qḋ est ex san. est sanguinei coloris ⁊ nigri. Et qḋ est ex natiuitate carnis aut duritie est graue durū cuius occultatio nō est sicut occultatio aliorum.

¶ Ponit aliud signū qñ tumor est ex sang. ⁊ qñ est ꝑpter carnē ibi generatā vel ꝑpter duritiē. Aliorum. s. augmentorum vmbilici.

¶ De cura. Cap. 11m.



Ad illud qḋ est ex apertione vene pulsatilis ⁊ nō pulsatilis aut ventositate curādū nō opȝ te laborare. Qr̄ si laboraueris ad illud consequet te vt labores ad incidendū ⁊ suendū.

¶ Ponit curā. Primo ostēdit q̄ȝ alique spēs nō curant nisi per incisionē. Scḋo ponit curā aliarū spērū que curant. ibi (Reliquorum.) Prima pȝ. ¶ Ad illud. s. augmentū vmbilici. Aut ventositatem. s. que pōt resolui cum medicinis. Non opȝ te laborare. s. cū incisione qr̄ cura est possibilis cum medicinis.

¶ Reliquorum autem curatio est vt facias egruȝ surgere ⁊ precipias ei vt ostendat ventrem suum ⁊ retineat anhelitū suum tandiu donec appareat augmentum. Cum ergo apparuerit fac in circuitu eius circulum vt sit distinctum: deinde resupina eum non super circulum post separationē eius cuȝ vncino: ⁊ fac operationem super myrach solum ita vt non accipias qḋ sub ipso est: ⁊ intromitte in eo acum cū filo taliter vt nō obuiet corpori sub ipso: deinde perfora tali perforatione vt discooperiatur ab eo qḋ est sub myrach solum. Si ergo est sub eo intestinum expelle intestinum ad inferiora: ⁊ si est zirbum extende ipsum ⁊ incide lacertum: deinde sue locum disruptum cum filis oppositis duris extensis adinuicē ⁊ stringe ipsum super alchatin ⁊ sue eum ⁊ dimitte fil. iiij. capita considerando vt cadat ad lacertum: ⁊ consolida residuum: ⁊ stude vt consolides: ita vt profunde remaneat ⁊ non excedens ad exteriora: ita vt sit non fedum. Ventosi aūt regimen iterum est albezel ⁊ incisio ⁊ consutio post illud ſm modum qui dictus est.

¶ Ponit curam aliarum specierum ⁊ ponit curam cuȝ ferro: ⁊ pȝ. Non super circulum supple: sed super dorsuȝ. Sub ipso. i. syphac. Lacertum. i. iuxta lacertum. Albezel est prefocatio ⁊c̄.

¶ De gibbositate ⁊ vētositate gibbositatis. Cap. 12m.



Gibbositas est remotio spondiliū: aut ad interiora dorsi aut ad anteriorem partem. Et est gibbositas anterioris quam quidam nominant arcuationem: ⁊ quando accidit cum cōmunitate ossium cassi nominatur concauatio ⁊ arcuatio: aut ad exteriora dorsi ⁊ est gibbositas posterioris: aut ad latus ⁊ dicitur contorsio.

¶ In precedentibus Auicē. determinauit de ruptura: hic determinat de gibbositate. Primo ponit causas. Scḋo signa. ibi (Signa.) Tertio curam. ibi (Humide quidem.) Primo notificat gibbositatem. Scḋo ponit causas. ibi (Et cause.) Tertio diuersitateȝ. ibi (Et totū illud.) ¶ Dicit primo q̄ȝ gibbositatis est causa quando spondiles dorsi remouentur a loco suo ⁊c̄. Aut pro. i. ad anteriorē. Anterioris. i. ad anterius. Cassi. i. pectoris.

¶ Et cause eius aut sunt primitiue sicut percussio: aut casus ⁊ que currunt cursu eorum: aut corporee ex humiditate aquosa salsa lubricatiua mollificans ligamenta aut humiditate limosa. Et que plurimuȝ fit ab humiditate salsa est torsio nō ad anteriora aut posteriora. Et quādoq̄ȝ fit gibbositas ꝑpter ventositatē aliquaȝ percutientem faciētem gibbositatē aut apostema aut exituraȝ extendentem tunicas in parte sua. Et multotiens declarat apostema per san. egredientem cuȝ solutione ventris significantē maturationeȝ apostematis ⁊ eius eruptionem. Et multotiens est illud apostema durum. Et quādoq̄ȝ fit propter spasmum ligamētorum ⁊ est pauci casus velocis interfectionis.

¶ Ponit causas que sunt q̄tuor. Una est ꝑmitiua vt casus ⁊ percussio. Secunda est humiditas. Tertia est vētositas. Quarta est apostema. Limosa. i. grossa. Cōtorsio est gibbositas facta a dextro vel sinistro. Propter spatiū. i. elongationē. Ligamētorum. s. ex siccitate. Pauci casus. i. euētus. Interfectionis: qr̄ fit a febribus adurētibus.

¶ Et totum illud aut est causa cōmunitatis spondiliū plurium numero ⁊ ſm gradationē aut nō est ita.

¶ Ponit diuersitatem. Primo hoc. Secundo ponit nocumēta cōtingentia ex gibbositate. ibi (Gibbositas.) ¶ Dicit primo q̄ȝ totuȝ illud qḋ dictum est de causis ⁊c̄. Totum illud. s. totum qḋ dictum est de causis gibbositatis. Aut nō est ita sup. sed est in vno spōdili.

¶ Et gibbositas quideȝ ⁊ proprie illa que est ad anteriora constringit locum super pulmonem: quare facit accidere malitiam anhelitus.

¶ Ponit nocumenta. Primo vnum. Secundo aliud. ibi (Et quādo accidit.) Tertio concludit effectū nocumentorum. ibi (Et cū ita sit.) Quarto ponit quādam gibbositatem contingentem in determinata etate. ibi (Et infantibus.) Prima pȝ. ¶ Nota q̄ȝ si fit gibbositas supra diaphragma locus membrorum spiritualium coangustat: ⁊ ideo pulmo nō pōt bene dilatari: ⁊ ideo fit malitia anhelitus.

¶ Et quando accidit in infante prohibet pectus incedere in dilatatione ⁊ amplificatione sui: quare diuersificant membra anhelitus nocumenta constringētia super ea anhelitum. Et propter illud dicit Hippo. cui aduenit gibbositas ex asmate aut tussi anteq̄ȝ expuat ipse moritur: ⁊ illud ideo: quoniā significat permutationeȝ materiei facientis eas ambas ad spondiles. Et facit accidere in eis exituram fortem apparenteȝ euenientem a materia grossa. Et si nō esset eius grossitudo non accideret ab ea gibbositas.

¶ Ponit aliud nocumentuȝ. In infante. s. talis remotio spondilis. Hippo. s. 6a parti. afor. illo afor. 46. s. Quicunq̄ȝ gibbi fiunt ⁊c̄. Et ibi verificat Cōmētator. Ambos. i. tussim ⁊ asma. Non accideret gibbositas: qr̄ resolueretur.

¶ Et cum ita sit nō fit preparatio pectori vt dilatetur pulmo: quare retinetur anhelitus: imo opȝ vt malus fiat anhelitus ⁊ perducat ad perditionem.

¶ Concludit effectum istorum nocumentorum: ⁊ pȝ.

¶ Et infantibus quidem accidit gibbositas ⁊ ventositas gibbositatis quando cibantur ante horā q̄ȝobrē ingrossantur humores ⁊ declināt ad spondiles: ⁊ subtiliantur crura habentis gibbositatem propter illud quod facit gibbositas de oppilatione quorūdā meatuum ⁊ vie in qua penetrat cibus.

¶ Ponit quandam gibbositatem maxime contingentem in etate infantie: ⁊ pȝ. Quando cibantur ante horā. i. nimis cito dimittunt lac. Quorūdam meatuum. i. quarūdam venarum.



¶ De signis. Cap. 13m.

Signa facte a causis primitiuis sunt casus earum.

¶ Ponit signa. Primo facte a causis extrinsecis. Secundo ab humiditate. Tertio ab apostemate. Quarto a siccitate. ibi. (Signa facte.)

¶ Et signum facte ab humiditate est signũ forme ⁊ tactus ⁊ ꝙ locus parum exiccat oleum cũ quo inungitur. Et tarditas eius in exiccando ipsum ⁊ antecessio etiam regiminis humectantis.
¶ Ponit signa facte ab hũiditate. Forme.i.q̄litatꝭ.al's forte.i.latũ.
¶ Et signũ facte ab apãte est tactus loci ⁊ dolor eius pungitiuus ꝓprie ⁊ fe. habẽti eam accidentes.
¶ Ponit signa facte ab apostemate.
¶ Et signum facte a siccitate est significatio siccitatis corporis ⁊ tolerãtia feb. acutarũ ⁊ eũonũ ⁊ velocitas exiccationis olei ⁊ vehemẽtia ipsius siccitatis.
¶ Ponit signum gibbositatis facte a siccitate ipsius siccitatis sup.
¶ Et signũ a vẽtositate est signũ vẽtositatꝭ ⁊ ꝓcessio rerũ gñantiũ.
¶ De cura gibbositatis ⁊ ventositatis faciẽtis ventositatem. Cap. 14m.


Humide qdẽ ⁊ sicce curatio est cura paralysis ⁊ spasmi humidi ⁊ spasmi sicci in necessitate eũonis ⁊ dimissionis eius: al's diuisionis eius: ⁊ qualitate administrandi emplastra ⁊ embrocas ⁊ que sunt ei similia.
¶ Ponit curã. Primo excusat se a cura quarũdã spẽrũ. Scḋo ponit curã aliaꝝ spẽrũ. ibi (Et canon.) ¶ Dicit ṗmo ꝙ humida ⁊ sicca ⁊c. Per alias.s. q̃tũ ad humidũ. Diuisionis.i. digestionis.
¶ Et canon medicinarũ eius que nõ est cũ siccitate est vt sint stiptice vt stringant ligamenta que mollificata sunt q̃obrẽ inclinate sunt spõdiles. Et calefactiue vt ꝯfortent ea. Et resolutiue vt ꝯstringant humiditates mollificantes aut adiuuantes ad mollificandũ. Nam cum cadit sufficientia super stiptica possibile est vt cõfortent ligamenta. Verũ cũ nõ resoluit materia pertransit vt permutet ad membrũ aliud. Et plurimum quidem permutat ad pedes ⁊ facit in eis accidere paralysim ⁊ similia ƒm materiã in subtillitate ⁊ grossitudine sua ⁊ ƒm permistionem eiꝰ ex imbibitione aut infusione paulatim facta. Et cum antecedit mundificatio nõ est malum vti stipticis.
¶ Ponit curã aliarũ spẽrũ. Primo ponit regimẽ. Scḋo medicias. ibi (Et qñq̃.) ¶ Dicit ṗº ꝙ regula in administrãdo medicinas ⁊c. Stiptice.s. medicine. Stringat.i. siccent. Quãobrẽ.i. ꝓpter quam mollificationẽ. Spondiles.s. a loco suo nãli. Et calefactiue.i. medicine. Stringant humiditates.i. ꝓhibeant a fluxu. Aliter.i. abstergant. Nã qñ cadit sufficiẽtia ⁊c.i. qñ sola stiptica sufficiunt.
¶ Et qñq̃ aggregant stipticitas ⁊ calefactio ⁊ resol'o in re vna sicut aggregant in nuce cuꝑssi ⁊ foliꝭs eius ⁊ foliꝭs lauri ⁊ calamo aromatico ⁊ alusniati ⁊ enula.
¶ Ponit medicinas. Primo ponit quasdã stipticas ⁊ fridas. Scḋo ponit quãdã curã ad apostemosam. ibi (Apostemose.) Tertio ponit curã ad humidam. ibi (Rememoratus.) Prima in tot quot medicinas ponit. Partes patent. ¶ Dicit ṗmo ⁊c.
¶ Et quandoq̃ componitur medicina ex stipticis frigidis sicut rosa ⁊ acbacia ⁊ balaustiꝭs cum calidis calefacientibus resoluentibus sicut bacca lauri ⁊ castoreo ⁊ foliꝭs oleandri ⁊ acoro.
¶ Ponit aliam medicinam.
¶ Olea võ conferentia ei que est humida sunt olea rerum calidarum stipticarum sicut oleũ cupressi ⁊ oleũ rutbe. Et indigent emplastris habentibus medicinas resolutiuas fortis resolutionis sicut sunt folia oleãdri ⁊ acorus ⁊ castoreum ⁊ rutba.
¶ Ponit aliam.
¶ Et ex oleis oleum de rutba ⁊ oleum de castoreo et oleum de pyretro ⁊ euforbio factum ƒm hunc modũ. Disrumpantur piper ⁊ castoreum ⁊ pyretrũ ⁊ pulpa colloquintide ⁊ euforbium ⁊ assa in oleo rutbino: ita vt pro ℥.j. medicinarũ sumatur lib.j. olei: deinde moretur sub sole ⁊ coletur post duas hebdomodas ⁊ remouentur super ipsum medicine ⁊ fiat illud multotiẽs ad minus octies ⁊ administretur.
¶ Ponit aliam. Nota hic receptam olei de euforbio.
¶ Medicamen forte ad illam que est ex humiditate ⁊ ad ventosam. ℞. sauinam ⁊ scebam ⁊ ãmoniacũ ⁊ nucem cupressi ⁊ pyretrũ ⁊ sansucũ ⁊ cordumeni ⁊ squinantum ⁊ cassiam decoquantur cũ aqua decoctione optima ⁊ fundatur desuper de oleo quãtum est aque medietas ⁊ decoquantur ⁊ iterent aliquotiens ⁊ ꝓiciantur in eo castoreum ⁊ euforbium ⁊ sauina contrita ⁊ administretur. Et in ipso quidem est confortatio membri ⁊ carminatio vẽtositatis ⁊ resolutio humiditatum extranearum grossarum.
¶ Ponit aliam. Ad illam.s. que est cum ventositate.
¶ Emplastrũ ad gibbositatẽ ex ventositate. ℞. storacis liquide ⁊ costi ⁊ calami aromatici ⁊ sauine: omniũ añ. ℥.j. euforbiꝭ. ʒ.j. olei nardini quãtũ necesse est.
¶ Ponit aliam.
¶ Apostemose autem cura: cura est apostematis difficilis maturationis ⁊ eruptionis ⁊ resolutiõis propria apostematibus duris.
¶ Ponit curã gibbositatis apostemose: ⁊ pꝫ.
¶ Rememoratio emplastroꝝ ad gibbositatẽ humidã emplastrũ bonũ. Sumant acorus ⁊ enula ⁊ decoquãtur in aqua cupressi ⁊ emplastret ex eis locus. Emplastrum conferens humide ⁊ ventose ex eis simul. Sumant enula ⁊ sauina ⁊ acorus ⁊ coquant in vino donec in decoctione dissoluant: ⁊ dissoluat cũ eis bdellium donec fiat sicut vnguentum ⁊ administretur. Et quãdo nõ valent curationes cũ eis que bibunt ⁊ emplastris aut similibus administretur cauterium vt remoueat mollificatio ⁊ induretur locus.
¶ Ponit emplastra ad gibbositatem humidã.
¶ De varicibus. Cap. 15m.

Est dilatatio venarum in crure ⁊ pede ꝓpter multitudinem eius quod descẽdit ad eas ex sang. Et plurimum sang. est melancholicũ: ⁊ quandoq̃ est sang. mundus non melãcholicus: ⁊ quandoq̃ sang. grossus flegmaticus. Et quocunq̃ modo sit est sanguis in quo nõ est putrefactio: ⁊ si non non saluabitur cum eis pes ab vlceratione ⁊ apostematibus malignis.
¶ Hic determinat de varicibꝰ. Primo notificat. Scḋo oñdit corpora quibꝰ maxime accidit ista egritudo. ibi (Et plurimũ qdem.) Tertio ostẽdit tẽpus. ibi (Et multotiẽs.) Quarto cañ. ibi (Cũ aũt.) Prima pꝫ. ¶ Et si nõ.s. fit putrefactio.
¶ Et plurimũ qdẽ accidunt cursoribus ⁊ viatoribꝰ ⁊ onera portantibꝰ ⁊ coram regibus astantibus.
¶ Ostendit corpora quibꝰ accidat maxime illa egritudo: ⁊ pꝫ.
in casu isto: ꝛ correctiones nocumētoꝝ eoꝝ. Et ibi posuit vnaȝ sin-
gularē cautelā obseruandā in euōne materierū ex iūcturis cū me-
dicis fortibus: ꝛ fuit q tunc factis his euōnibus fortibus debem⁹
epithimare iuncturas cū aliqbus humectātibus vel aliter embro
care vel inūgere vt mā remanēs nō induret: qm̄ verisimiliter ta-
les medicine fortes euacuantes a iūcturis euacuāt semp de mate
ria illa que est magis subtilis ꝛc̄. Ideo addidit. ꝛ icipe iteꝝ ꝛ epithi
ma ꝛc̄. Postea posuit illū textū difficilē. Et caue ne in potu des in
p̄mis nisi medicinā debilē ꝛc̄. vbi dixi nisi corrigaꝛ littera q textus
nō posset tolerari: sed fuit error scriptoris qui vbi dixit nisi: debe-
bat dici vti: vel aliter vt exponaꝛ b̄m q supra exponebatur in alio
textu cū dixit. Et icipe in p̄mis a re forti ꝛc̄. s. q non des in potu in
p̄mis medicinā nisi fortē. s. solutiuā a ꝓprietate debilē: tñ in soluē-
do ꝓꝓ paruitatē in dosi: qm̄ medicia alio mō debilis. s. lenitiua mo
uet mām ꝛ nō facit currē. i. nō euacuat aliqd de quo sit curādū ꝛc̄.
sed corrigendo lrām videꝛ sensus littere clarior. Postea posuit in
alia p̄te p̄ncipali cañ. respicientes illū qui dȝ sumere medicinam ex
p̄te triū circūstantiarū. Primo. s. q sumat sūmo mane ꝛ q tardet
cibū sumpta medicia ꝛ q sumat post tres horas. xx. aureos panis
cū aqua. Dixit secūdo q post sex horas igrediaꝛ balneū. Tertio q
post cibeꝛ cū eo qđ est ꝯueniēs: vbi videbaꝛ dub. qūo tardaꝛ cibus
si post tres horas sumiꝛ panis. xx. aureoꝝ ꝛc̄. Dicebaꝛ breuiter q
ibi erat sermo de medicis debētibus eradicare mām post ipsaꝝ di
gestionē: talia igiꝛ corpora ꝛ ex doloribus precedētibus ꝛ acuitate
medicine multū post tres horas a p̄n° opationis remanēt relaxa-
ta: vt igiꝛ ipsoꝝ virtus aliqualr̄ refocilleꝛ tūc paꝝ dieteꝛ ꝛ. xx. au
rei panis sunt modica quātitas tpe. d. A. vel q aureus sumiꝛ ꝓpro
prie: postea post sex horas ab assumpta opatiōe medicine iposito
p̄us parūper corpore in balneo dȝ dietari cū cibo ꝯueniēti ꝛc̄. Po-
stea posuit qđ est faciendū factis euōnibus cū solutiuis: docēs tūc
exhibitionē in genere ꝓuocatiuoꝝ. Et ibi dictū est qūo in diuersis
mēbris diuersa ꝓuocatiua b̄m magis ꝛ minus ꝯueniūt: qm̄ corpo-
ra extenuata nō tolerāt ꝓuocatiua fortia ꝛc̄. Et ibi est dubitatū in
quo corpe magis cōpetūt ꝓuocatiua: ꝛ dictū est q quantuȝ est ex
p̄te nocumēti apti iferri ex ꝓuocatiuis nō cōueniūt siccis: sȝ ex vti
litate ipsoꝝ magis cōueniunt in corporibus cholericis ꝛc̄. Postea
singulariter ꝓ vno ꝓuocatiuo laudauit tyriacā: qm̄ preter hoc q
mūdificat reliqas materieꝝ cuȝ facilitate confortat ēt oīa mēbra.
Postea posuit circa applicationē cañ. medicinaꝝ localiū earū. s. q̄
in p̄n° debēt administrari ꝛ in fine. Dixit p̄ qūo repcussio est verēda
mā existēte fortis effusionis. i. in corpe multū repleto ꝓꝓ duo: tum
qꝛ facit mām inobediētē resolōni: tū qꝛ repcutiēdo ab ignobilib⁹
mēbris forte ille māe ꝯuertunꝛ ad mēbra p̄ncipalia. Postea addi-
dit q existēte mā multa tūc in p̄n° nō est malū repellere nisi in scia
tica. Nā repcussio in ea multū nocet mām in iūctura ꝓfundando:
quare opȝ in ea aut dimittaꝛ aut paulatim fiat. Postea ponit cañ.
qđ faciēdū est in declinatione euāta magna p̄te māe: qm̄ opȝ tunc
occupari cū eis que soluūt ꝛ subtiliāt ꝛ extrahūt mām ex profun-
do ꝛc̄. ēt cū rubificātib⁹ si expedit ꝛ vesicādo: tñ circa h̄ posuit cañ.
vt talia nō absoluanꝛ ab humectatiuis: al's petrificareꝛ mā. Nam
vesicatio est sicut resolutio quedā ꝛc̄. Postea ipse posuit qđ fiēdū
est in cura coacta qñ fortes fiūt dolores ꝛ canonice facta nō suffi-
cerēt que cām doloris p̄ncipalr̄ respiciunt: ꝛ ibi posuit duo igenia
in sedādo dolorē: vnū est applicare ea q̄ sedāt cū subtilitate resolu-
tiōis vt sunt medicine anodine vt ibi fuit declaratū: scđm est cum
eis q̄ stupefaciūt. Et ibidē addidit nō debere approximari stupefa-
ciētia nisi apud necitatē: ꝛ qñ reliqua oīa nō ꝯtulerint. Et ibidem
sunt adducta quedā vtiliter de itētiōe Mesue circa illā mām. Po
stea posuit cañ. in p̄mutatiōe medicinaꝝ in talibus doloribus: qm̄
aliqñ ꝯfert vna medicina vni mēbro ꝛ nō alteri: ꝛ aliqñ vna hora
ꝛ nō alia: imo tūc nocet. Et ibi habuistis cās hui⁹: ꝛ qūo fiēda est ta
lis p̄mutatio qꝛ nō dȝ fieri p̄mutatio ad medicinas diuerse vel cō-
trarie q̄litatis ꝛ diuersi gradus: sed solū diuersas b̄m spēm manen
te semp eadē dispōne morbi ꝛc̄. Postea posuit regimē in dieta: ꝛ
p̄° in vino qꝛ opȝ vt dimittaꝛ vinū oīno vsquequo saneꝛ ex eo do-
lere patiēs sanatione integra ꝛc̄. Et circa hoc est mota qđ ꝛ soluta
qꝛ via nutrimēti nunq̃ ꝯuenit: loco medicine aliqñ regulr̄ in decli
natione ꝯuenit: aliqñ coacte in alijs tp̄ibus. Postea visum est quid
dȝ dari sanis ꝛ egris loco vini: vt syrupus de melle cū diureticis. i.
cū virtute alicui⁹ diuretici: ita q aliqñ aqua sola zucchari appella-
tur potus cōueniēs loco vini ꝛc̄. Postea posuit quēdam cañ. cir-
ca corpa melica si eis accidat dolor iūcturaꝝ: vt q splen ipsoꝝ re-
rectificeꝛ ꝛ corpora humecteꝛ ꝓꝓ dubiū ne mā petrificeꝛ ꝛc̄. Po
stea posuit cañ. circa carnes vt q viteꝛ caro in eo qđ factuȝ est de
egritudie. i. dū ifestat egritudo vel in eo qđ frigidū est: quasi iuuat
q in omni egritudine artetica ēt a cā frigida nocēt carnes. Sed si
pur ꝓꝓ necessitatē debeāt exhiberi sint sicut carnes auiū mōtana-
rū ꝛ leporꝫ ꝛ generalr̄ sint carnes leuis digōnis modicaꝝ sup̄fluita-
tū. Postea posuit vltimatū cañ. circa flōmiam fiēdam grā euōnis
tm̄: dicēs q si dolor euenerit in dorso postea fit p̄mutatio ad ma-
nus tūc si mā est flegmatica educibilis dȝ educi per eandē p̄teȝ ad
quā declinauit mā vt sanguis ꝛ humor. s. secū mistus egrediaꝛ. s. to
taliter ꝛ sufficiēter: ꝛ ibi adduxi bonū tex. H. in suo d̄ flōmia in ista
mā: ꝛ hec sint summatim collecta. Si aliqd spālius intelligere vo-
lueris recurre ad loca ꝓpria supra. Al's forte ordinabo moduȝ cu-
re in tali mā faciēdo de his cōsiliū generale in fine.

De solutione eorum. Cap. 8m.



Portet vt in eis non educatur solutione fle-
gma solum: imo cum cholera. Nam cum in
eis solum flegma solutione educitur iuuan-
tur statim ꝛ redit cholera ꝛ facit currere mem
brum flegma vice alia.

Postq̃. d. A. supra in ca. ꝓprime lecto posuit curā doloꝝ iunctu-
raꝝ generalē p̄ canones: iā icipit specialius ꝓsequi de cura ipsorū
doloꝝ cōnumerādo medicinas spāles cōferētes. Et duo facit. Qm̄
p̄mo facit qđ dictū est. Scđo ipse ponit curā accidētiū cōsequen-
tiū ad dictos dolores iuncturaꝝ. Pars secunda icipit ibi (Isti sunt
habētes cōplexiones calidas ꝛc̄. Pria ēt in tres. Qm̄ p̄mo ponit
medicinas magis valētes in dictis doloribus a mā frigida flegma
tica. Scđo ponit medicinas p̄cipue valētes in dolore vētoso. Ter
tio ponit eas que magis valēt in dolore a cā calida. Scđa ibi (Hec
currit cursu gibbositatis.) Tertia ibi (Oportet vt cureꝛ cuȝ eis q̄
ifrigidāt ꝛc̄.) Prima pars ēt in duas diuidiꝛ. Qm̄ p̄mo ponit di-
uersas medicinas valentes in cā frigida ex p̄te medicinaꝝ sumen
daꝝ per iterius. Scđo ponit medicinas in illa itētiōe exterius ap
plicādas vt p̄ empl'a vnctiones embrocas ꝛ h̄mōi. Scđa ibi (Em-
plastrū bonū ꝛc̄.) Pria ēt in duas. Qm̄ p̄mo ipse ponit quosdam
cañ. respiciētes medicinas exhibēdas enumerādo cū hoc aliquas
medicinas secessiuas ꝛ vomitiuas. Scđo ꝓseqꝛ magis ad medi
cinas spāles precipue secessiuas. Scđa ibi (Et de illis q̄ cōferūt ꝛc̄.
Presens caplm ēt p̄ma diuisione diuiditur in tres partes. Qm̄
p̄mo ipse ponit dictos cañ. Scđo ipse ponit iuuamēta quarūdam
spāliuȝ medicinarū in cā valentiū. Tertio discurrit ad medicinas
cōpositas. Scđa ibi (Et in hermodactylis.) Tertia ibi (Et de cogni
tis ꝛc̄.) Prima ēt in duas b̄m q duos ponit cañ. Scđa ibi (Et non
opȝ vt sit ꝛc̄.) Primo igiꝛ ponit cañ. obseruādum in euōne māe
flegmatice in casu nostro q est talis. Opȝ vt in eis. s. doloribus iun
cturaꝝ a mā flegmatica p̄cipue pēdētib⁹ vt plerūq̧ euenit nō edu
caꝛ solōne. i. cū medicina solutiua flegma solū: ꝛ adducēs rōneȝ di-
xit. Nā cū in eis solū flegma solōne educiꝛ: iuuanꝛ statim. s. egroti:
sed sup. postea faciliter ꝛ post modicū tēpus redit dolor: ꝛ. i. qꝛ re-
dit cholera ꝛ facit currere ad mēbrum. s. dolores flegmaticos vice
alia: tota pars est clara: qm̄ euāto flegmate siue cholera corpus p̄
accidens calefit: ꝛ humores calidi reddunꝛ acutiores vt dicebatur
in p̄ncipio. c. generalis cure. ꝛ sic sup̄calefacta ꝯñter mobilis facta
p̄ corpus moueꝛ: ꝛ ita ad flegma qđ remansit attingens subtiliat
ip̄m: ꝛ ꝯñter facit ip̄m fluere ad mēbrū iā debilitatum: ꝛ exinde fit
recidiua: vt dicit tex. noster: lege eum tu.

Et non opȝ vt sit eoꝝ catarticū vehemētis calītatis
fortis valde: q̄re liquefiāt humores ꝛ redeat ad mēbꝝ
quātū est illud qđ acceptū est multiplicitér.

Et nō opȝ vt catarticū eoꝝ sit vehemētis caliditatis fortꝭ valde. i.
nō sit medicina solutiua ēt flegmatis fortis caliditatis valde. ꝛ ad-
ducit rōnem quare. i. ꝓpter quā liquefiāt humores. s. q sunt in to-
to p̄ter eos q educunꝛ a caliditate excessiua medicine. Et redeant
s. dicti humores liquefacti ad mēbrū quātū est illud qđ acceptum
est. s. ex mēbro multipliciter. i. ne illi liquefacti humores sint plu-
res multipliciter. i. multo plures q redeunt ad mēbrū ꝓꝓ liquefa-
ctionē eoꝝ q̃ sint humores accepti ex mēbris. i. euacuati ex mēbro
ꝓꝓ pharmacū ꝛc̄. Nota q iste cañ. maxie obseruādus est in dolo-
rib⁹ iūcturaꝝ qñ in dictis doloribus facta cūone per pharmacum
educta materia de mēbro vie remanēt aperte: iūcture de se ēt re-
manēt apte receptioni sup̄fluitatū ꝓpter ipsaꝝ vacuitatē: ꝛ ꝓ tā-
to cauēdū est ne medicine soluētes sint humoꝝ liquefactiue: imo
sint in qbus post solōnē mēbris acquiriꝛ virtus sigillans vt in my
rabolanis repiꝛ ꝛ hermodactylis vt statim videbiꝛ. Et ꝓpterea p̄-
stātes medici cū est idigētia fortiū medicaminū ꝓꝓ mām grossam
peccare ꝛ esse situatā in locis multū longinqs semp̄ ponunt ad re-
missionē inflāmationis medicinaꝝ ꝛ ad acquirendā aliquā ꝯforta
tionē in membris ne recipiant rosas in compositiōe: ꝛ ita dicit ro-

sa anglicana semper facere. Isti cañ. sunt in materia nostra ꝓcelosi: ⁊ eos semper in euacuando debemus habere ante oculos ne cõtingat error. Lege litteram: q̄ꝛ clara est.

¶ Et in hermodactylis quidem creditur esse plurimum iuuamenti propterea ꝙ ipsi soluunt statim humorem frigidum: ⁊ in ipsis est res alia: qm̄ faciũt succedere solutioni stipticitatẽ ⁊ ꝯfortant: quare nõ est possibile cũ eis vt redeãt supfluitates liquefacte ꝑ medicinã q̄bus nõ accidit vt euacuarent ⁊ ꝓhibẽt iteꝝ illud qd̄ subtiliatũ est per virtutẽ medicine solutiue currere in meatũ: ⁊ hoc ex opatione hermodactyloꝝ ꝯ̄triuz est reliq̄s solutiuis ⁊ euacuatiuis calidis: ⁊ plura eoꝝ sũt que dilatant meatus ⁊ dimittunt eos dilatatos.

¶ Positis istis duobus cañ. nunc ꝯ̄nter ipse laudat duas ꝓcipuas medicinas in casu isto valẽtes ad soluẽdũ: ⁊ ſm hoc põt diuidi ista pars in duas. Scd̄a pars ĩcipit ibi (Et dixerũt quidã ꝙ pedi coruino ⁊c̄.) Prima ẽt in duas. Qm̄ ꝑ ponit vtilitatẽ hermodactyloꝝ in soluẽdo in casu. Scd̄o ponit ipsoꝝ nocumẽta nisi corrigantur. Scd̄a ibi (Uerũ.) ¶ De ꝑma parte dixit. Et in hermodactylis quidẽ credit̄ esse plurimũ iuuamẽti. s. ad casum: ⁊ adducit rõnem dicẽs ꝓpterea ꝙ ipsi soluũt statim. i. ꝑ ꝓpriam virtutẽ humorem frigiduꝫ: ⁊ hoc est quod ĩtendimus. Et addit. Et in ipsis est res alia qm̄ faciũt succedere solõni. s. quã faciũt stipticitateꝫ ⁊ ꝯfortãt: q̄re idest ꝓpter hoc ꝙ ĩducũt stipticitatẽ: nõ est possibile cũ eis. s. stipticitate ⁊ ꝯfortatione vt redeãt supfluitates liquefacte per medicinã sua. s. caliditate. q̄bus. i. superfluitatibus nõ accidit vt euacuentur: imo. s. in corpore remanẽt. Et cõtinuãs ipsoꝝ vtilitateꝫ ꝓpter confortationẽ ⁊ stipticitatẽ dixit. Et ꝓhibet̄ iteꝝ illud qd̄ subtiliatũ est ꝑ virtutẽ medicine solutiue currere in meatus. s. dilatatos. Addidit appropriãdo istã vtilitatẽ hermodactylis: q̄ꝛ non est cõis alijs solutiuis oĩbus dicens. Et hoc qd̄ sup. ex opatione hermodactyloꝝ. s. peruenit de stipticãdo ⁊ ꝓhibendo ⁊c̄. ꝯ̄trium est reliquis solutiuis ⁊ euacuatiuis calidis: dixit signanter calidis: nã in myrabolanis hoc bñ repit̄. nã ꝑ ħ qd̄ relinquũt friditatẽ faciũt succedere stipticitatẽ vt. 16. tertij de cura vlcerationis. in medicis aũt calidis nõ est sic repire. Ueruꝫ plura eoꝝ. s. solutiuoꝝ calidoꝝ sunt q̄ dilatant meatus: ⁊ dimittũt eos dilatatos: ⁊ sic eoꝝ vsus nisi reprimant̄ est nociuus: qm̄ vt supra dicebat̄ forte liquefactis ⁊ subtiliatis humoribus q̄ remãserũt redirent ad mẽbrũ in maiori quãtitate q̄ꝫ sit illud qd̄ acceptũ est ⁊ euacuatũ ex mẽbro.

¶ Uerum hermodactyli sunt nociui stomacho: quare opꝫ vt misceant̄ cũ eis que sunt sicut piper ⁊. 33. ⁊ cyminũ. Et quandoq̄ꝫ admiscent̄ ei ea que sunt sicut aloes ⁊ scamonea vt confortetur eoꝝ solutio.

¶ Ponit ipsoꝝ nocumẽta nisi rectificent̄: ponit ẽt cum q̄bus debẽt rectificari. dixit igit̄: verũ hermodactyli sũt nociui stomacho: qm̄ ꝓpter plurimã humiditatẽ ĩducunt nauseã: ẽt qm̄ sunt tarde solutionis humores ad stomachũ attractos ꝓpter longã morã in euacuãdo in vẽtositatẽ ꝯuertũt vt idẽ scd̄o cañ. ⁊ Sera. ⁊ generaliter oẽs in hoc ꝯueniũt vt ẽt supra dicebat̄: ad correctionẽ igit̄ exigũt mistionẽ quorũdã que humiditatẽ accidẽtalẽ exiccẽt: que ẽt vẽtositatẽ dissoluãt: que ẽt operationẽ eoꝝ accelerent: hmõi autẽ sunt 33. ⁊ piper ⁊ cyminũ exiccãdo ⁊ resoluẽdo: ẽt in accelerãdo solõnẽ: que si nõ sufficiãt in accelerãdo aliquãdo additur aloes: ⁊ aliquando scamonea. ⁊ hoc est qd̄ dicebat textus cũ dixit cõtinuãdo. Quare opꝫ vt misceant̄ cũ eis. s. hermodactylis: q̄ꝛ nocent stomacho q̄ sũt sicut piper ⁊. 33. ⁊ cyminũ: ⁊ qñq̄ꝫ admiscent̄ eis. s. solutiuis hermodactyloꝝ cuꝫ alijs correctiuis quãdo. s. nõ sufficiũt in celeriter soluẽdo ea que sunt sicut aloes ⁊ scamonea vt ꝯfortetur eoꝝ solutio. i. celeretur. Rasis tamẽ in suo de iuncturis semꝑ cuꝫ buzeiden ⁊ sunt hermodactyli addit ad ꝓhibendũ nocumẽtum stomachi. s. anisum. 33. ⁊ masticẽ: ⁊ qm̄ vt dixit ipsoꝝ magnus vsus exiccat iuncturas: ipse laudat cũ vtimur eis vnctionẽ iũcturaꝝ ex oleis ⁊ pinguedinibus ⁊c̄. Ista tota ꝑs est clara si legat̄ ſm moduꝫ expositum intelligẽdo de hermodactylis albis ⁊ electis: si exponat̄ vna particula: qm̄ dixit in textu ꝙ ipsi hermodactyli soluũt statim humoreꝫ frigiduꝫ: ⁊ tamẽ dictum est ꝙ oportet corrigere ipsos in soluẽdo: quoniam sunt tarde solutionis: breuiter dicatur ꝙ nõ intellexit ꝙ soluant statim. i. ꝙ solutio ipsorum sit velox: imo est de se tarda. Ideo intellexit vt in littera exponebatur soluunt statim. i. electiue ⁊ appropriate educunt humorem frigidum ⁊ grossuꝫ ex iuncturis vt omnes testantur auctores ⁊ sic in soluendo multum iuuant in casu isto maxime propter id quod confortant ⁊c̄. Lege litteram continuam quia clara est.

¶ Et dixerũt q̄dam ꝙ pedi coruino inest operatio hermodactyloꝝ ⁊ nõ est eius nocere stomacho. Et lapis armenus confert doloribus iuncturarum.

¶ Hec est scd̄a pars huius partis in qua laudat etiam duas alias simplices medicinas. vnam de mẽte quorũdam. aliã videt̄ laudare de ĩtentione propria dixit. Et dixerũt q̄dam fuit Paulus ꝙ pedi coruino inest operatio hermodactyloꝝ quantuꝫ ad iuuamẽta: ⁊ nõ est eius. s. pedis coruini nocere stomacho sicut hermodactylorũ. Addit. Et lapis armenus cõfert doloribus iuncturaꝝ. s. in soluẽdo ⁊c̄. Intellige ꝙ cuꝫ auctores vtunt̄ pede coruino in casu ẽt isto semꝑ vtunt̄ radice eius ⁊ nõ folijs: ita ẽt. d. Aui. scd̄o cañ. ponit iuuamẽta radicis eius. scd̄o ẽt cañ. de lapide armeno nõ ponit ipm̄ iuuare in talibus doloribus: sed bene dixit ꝙ nocet stomacho: forte iuuaret euacuãdo humorẽ melicũ quẽ a ꝓprietate respicit si ex eo dolor pẽderet. Idẽ dixit Mes. in ca. ꝓprio nõ attribuẽs ei proprietatẽ soluẽdi ex iũcturis. Ego vt al's dixi in tractatu de varicibꝰ nõ vterer eo qm̄ re vera nescit̄ q̄d sit vt ẽt dixit Rabbi moyses ꝙ de eo intulit dubietatẽ nobilior medicoꝝ. s. Auenzoar nunq̄d sit illud quod tali nomine nuncupat̄ ⁊c̄. Lege litteram.

¶ Et de cognitis sunt pillule iuuamẽti ⁊ pillule fetide ⁊ hiera ruffi est magni iuua. ad podagrã ⁊ sciaticã: ⁊ grana nil iuuatiua sũt iteꝝ: ⁊ grana regis ⁊ buzeidẽ ⁊ almezabaragi ⁊ raba. calamũ ⁊ cẽtaurea ⁊ colloq̄n. ⁊ aloes ⁊ scamonea ⁊ vitis alba ⁊ albarmel ponãt̄ cũ eis ãmoniacũ ⁊ sarcocol. ⁊ bdelliũ ⁊ turbith ⁊ pyretrum.

¶ Hec est tertia pars principalis cap̄. in qua ipse discurrit ad medicinas cõpositas in casu valẽtes. Et ꝑmo ponit diuersas medicinas per secessum eductiuas. Scd̄o ipse ponit medicinã vnã vomitiuã. Scd̄a ibi apud finẽ ca. (Uomitiuũ forte ⁊c̄.) Prĩo ẽt ipe ponit quasdã medicinas notas in casu valẽtes compositas ⁊ simplices. Scd̄o ponit cõpositioneꝫ aliaꝝ diuersarum medicinaꝝ. Scd̄a ibi (Descriptio solutiui cũ facilitate.) ¶ Dixit ꝑmo. Et de cognitis ⁊. s. in cõmuni vsu habitis sũt pillule iuuamẽti ⁊ pillule fetide: ⁊ hiera ruffi est magni iuuamẽti ad sciaticã ⁊ podagrã. de pillulis iuuamẽti: lꝫ. d. Aui. sepe ponat eas ꝯferre in casu: ĩmo infra in cura sciatice in solutiuis dixit. Nõ sunt alique sicut pillule iuuamenti. s. tm̄ in casu vtiles. ẽt in fine q̄nti cañ. eas in casu maxime laudat. Ego tñ per plura discurrens antidotaria nõ ĩuenio haruꝫ pillularũ descriptioneꝫ: vidi Haly. ⁊ in cura ⁊ in. 10. practice Serap. ⁊. 4. ⁊. 7. bre. Azara. in antidotario: antidotarium ẽt vniuersaliter. d. A. spãliter discurrẽdo: ⁊ in hac fen: ⁊ quinto cañ. alios ẽt plures: verum est ꝙ apud. d. Auic. 5° cañ. ponunt̄ pillule proficui que ẽt spãliter in casu isto cõueniunt ⁊ sunt multũ fortes: ⁊ ibi do. Aui. videt̄ multũ timidus in approximãdo. nã dixit ꝙ de ipsis dent̄ vsq̄ꝫ ad. ʒ. j. tertiã ꝑtem ⁊ si plus ad. ʒ. s. ⁊ si vis plus multiplicare vsq̄ꝫ ad duas tertias ʒ. sed ille nõ denominant̄ pillule iuuamẽti que in casu ita laudant̄: sed ꝓficui. Si aliquis descriptionẽ ipsaꝝ auctenticã mõstrauit habebo multũ gratam. De pillulis fetidis nõ est dubiũ ꝙ tales pillule do. Auic. ⁊ Mes. maiores ⁊ ab alijs posite in casu nostro maxime ꝯueniũt ꝓpter genera gũmoꝝ ⁊ hermodactyloꝝ ⁊ pulpe colloq̄ntide ⁊ reliquoꝝ ĩtrantiũ in cõpositione vt ĩfra videbit̄ discurrẽdo per simplicia. Hiera ẽt ruffi ꝓpter colloquin. ⁊ multa reliqua intrantia in eius cõpositione vt patet. 5. cañ. trac. 2. est cõueniẽs. Nã colloquintida ꝓprie educit flegma ex neruis ⁊ mẽbris neruosis vt Serap. 7. breuiarij cũ de solutiuis determinat. etiã dicit in suo de simpli. ꝙ educit flegma grossum ꝓprie ex iuncturis. idẽ Mesue. c. proprio. Hiera aũt ruffi addit supra cõem vltra aloem agaricuꝫ ⁊ colloquintidã: ⁊ est cõmunissima ita vt antiq̄tus nõ cadebat nomẽ hiere nisi supra hierã ruffi 5° cañ. vt supra. Addit. Et grana nil iteꝝ iuuatiua sũt ⁊ grana reḡ ⁊ buzeidẽ ⁊ almehezabaragi. De nil nihil scribit. d. Aui. cap̄. proprio quantũ ad ĩtentionem nostrã: sed est calidum in ꝑmo ⁊ siccũ in secundo: sed dicit Simon ꝙ est herba sil'is volubili ⁊ eius granum ĩter solutiua ponit̄. Serap. vo. de eo facit capitulũ qd̄ ẽ capl'ꝫ de grano ĩdico ⁊ dr̄ habel: ⁊ ibi dr̄ ꝙ educit fl'a viscosum: sed ꝓpter tardã nimis solõnem dixit ꝙ facit tortiones in ore stomachi: vñ addit ꝙ nunq̄ꝫ vidit ipsum dari solũ nisi admisceat̄ ei scamonea: ⁊ sic cõueniẽter operatur ⁊c̄. In hoc textu potestis colligere ꝙ educit illud flegma ex iũcturis granũ regis credo ꝙ sit granuꝫ solis: lꝫ nõ reperiam alibi in casu nostro valere: q̄ꝛ tñ precipue valet in fricatione lapidis ⁊ ꝓuocatiõe vrine que operationes non cõplent̄ nisi a calido ⁊ sicco: probabile est etiã ꝙ soluat flegma ⁊c̄. Buzeiden ponitur species satyrionis dixit Simon: ſm alios expresse ponitur testiculus vulpis: vel palma christi. Et lꝫ ẽt

nõ reperiã

nõ reperiã expressum quomodo in casu valeat: tamẽ quoniam est
plurime caliditatis vt quinto colliget: nõ est longinquũ quin in ca-
su conueniat: tñ vt ibidem dixit Auerrois: quidam sapiẽtes iura-
uerũt in eoꝝ animalibus ꝙ curat spasmum postreme partis quã-
do bibitur cum vino ⁊c. Idem sentit. d. A. secundo cañ. de testicu-
lo vulpis ꝓprio ca. Serapio tñ facit cap̃. ꝓpriũ de buzeiden: ⁊ di-
cit ꝙ valet sicut hermodactyli: ⁊ cũ propter caliditatez nõ debeat
iuuare spasmum siccũ apparet ꝯsequenter ꝙ valet in passionibus
neruosis ⁊ sicut iuncturarũ a materia grossa ⁊c. Almezabaragi ex
qbusdam probabilibus existimo ꝙ sit cartamus: lz non reperiam
expresse positum: qui etiaz singulariter in casu valet vt omnes tra
dunt euacuando flegma: ⁊ specialiter dixit Auerrois ꝙ est eius no
bilitas quasi supra nobilitatem omnium medicinaruz soluentium
flegma. Et rabaial hamẽ dicit glossa ordinaria Herardi est fumus
terre: qui lz ꝯm omnes auctores valeat in euacuãdo humorẽ adu-
stum ⁊ clarificando sanguinem: tamẽ dixit Mesue ꝙ etiã purgat
flegma cum cholera: ⁊ sic in hoc est eius conueniẽs vsus: maxime
qð est de medicinis que stipticitatẽ ⁊ confortationem habẽt: ⁊ sic
meatus post euacuationẽ constringũt sicut supra de hermodacty
lis dicebatur. Addit. Et centaurea ⁊ colloquintida ⁊ aloes ⁊ scamo
nea ⁊ vitis alba ⁊ albarmel: ponanꝰ cum eis armoniacum ⁊ sarco
colla ⁊ bdelliũ ⁊ turbith ⁊ pyretrũ: de cẽtaurea dictũ est supra que
in casu nostro precipue minor maxime laudaꝰ ⁊ potissimũ clyste-
rizata in sciatica est singularis medicina vt. d. Aui. scðo cañ. ca. ꝓ-
prio. ꝯm Mesue euacuat flegma proprie a iuncturis. De colloquin
tida ⁊ aloe manifestum est. Scamonea quoqz iuuat vt cuz flegma-
te fiat euacuatio cholere vt supra dictũ est. Vitis alba est brionia
⁊ apud do. Aui. secundo cañ. fessire dicitur est calida ⁊ sicca in ter-
tio qua vtunꝰ rustici ad soluẽdum est fortis multũ educit flegma ⁊
ex longinquis: vnde in casu valet. Armoniacuz valet soluendo fle-
gma: sed ꝓprie valet exterius applicatũ mollificando durities iũ-
cturarũ ⁊c. ⁊ clysterizatũ propter aptionẽ aperit orificia venarum
ita vt emanet sanguis: ⁊ sic in sciatica ꝑcipue conuenit. Harmel
est spẽs ruthe acrestis vel ei comparatur q̃ ꝯm Aui. ca. ꝓprio con-
fert sciatice ⁊ doloribus iuncturaꝝ: que si forte non soluit sensibilr
saltim isensibiliter hoc facit: ⁊ in hoc cũ alijs medicinis soluenti-
bus ꝯueniẽter misceri põt. Sarcocolla est spẽs gũmi nota: educit
solonem flegma crudum ⁊ grossuz ꝓprie ex iũcturis ⁊ ancha vt di
xit Mesue: sed qm̃ nocet stomacho vigoratur eius opatio cum. ʒʒ.
⁊ cordumeni. Bdellium itelligendo de arabico claro ⁊ electo etiaz
deponit flegma: ⁊ valet spasmo ⁊ sic membris neruosis vt 2° cañ.
De turbith nõ est dubitatio qð educit flegma grossuz ex longinquo
⁊ ꝑcipue ex iuncturis vt dixit Mesue cap̃. proprio maxime valet
doloribus iuncturaꝝ euacuãdo mãm grossam ⁊ viscosaz. De pyre-
tro nõ reperio ꝙ de propria virtute soluat: sed verũ est ꝙ sua acui
tate ⁊ mordicatione attrahit flegma. Ideo si nõ soluat saltez iuuat
alias medicinas ad soluendum: ⁊ forte ꝙ soluit vt hic ponitur: lz
ab alijs non sit expressuz quos ego viderim ⁊c. ⁊ sic pz clarificatio
istorum simplicium. Nota tamen ꝙ lz omnes dicte medicine sim
plices solutiue in casu nostro cõueniant: tamen ex eis alique sunt
electiores: vnde vt infra videbitur de cura doloris sciatici. Elemẽ-
ta quidem medicinarũ solutiuarũ. i. pro excellentia in casu nostro
sunt pulpa colloquintide ⁊ cẽtauree ⁊ gũme. s. sarcocolla armonia
cum serapinum opoponacum ⁊c. ⁊ fumus terre ⁊ tapsia ⁊ succus
cucumeris asinini vt infra videbitur ⁊c.

¶ Descriptio solutiui cuz facilitate. ʒʒ. ʒ. j. piper agarici
amborum añ. ʒ. ß. medulle cartami pondus. ʒ. ij. radi-
cis pedis coruini. ʒ. iij. cuius dosis sit. x. ⁊. viij. silique fa
ciẽs ascellare septies aut octies. Et iteꝝ cymini carme
ni. ʒʒ. hermodactyloꝝ: omniuz añ. ʒ. j. aloes pondus. ʒ.
ij. Sumantur de puluere. ʒ. ij. cum decoctione anbeti:
est. n. iuuatiua in hora. Et iterũ sumatur oleũ de nuci-
bus ⁊ oleũ de alkerua ⁊ sarcocolla vna die cum hiera
pigra ⁊ vna die sola. vij. diebus ⁊ nõ sumatur nisi cum
alseluzabaragi ⁊ anheto decoctis.

¶ Iam prosequitur ponendo descriptiones medicinarum cõposi-
tarũ: ⁊ posset diuidi pars in tot quot descriptiones ipse ponit: par
tes patebũt. Dicit igitur ponẽdo primam sic: descriptio solutiui cũ
facilitate. s. soluẽtis ⁊ appropriati. ℞. ʒʒ. ʒ. j. piperis: agarici. añ. ʒ. ß.
medulle cartami. ʒ. ij. radicis pedis coruini. ʒ. iij. hec est basis: ⁊ sup
ple fiant pillule si placet cum succo caulium: vel fiat puluis subti-
lis: ⁊ ponẽs dosim dixit cuius dosis est decem octo silique: siliqua
est pondus quatuor granoꝝ ordei boni: ⁊ dicitur etiam hirac sunt
circiter. ʒ. j. ℈. ß. est conueniens dosis ⁊ satis lenis ⁊ notanda, nam

ibi ponunꝰ correctiua vt. ʒʒ. ⁊ piper ⁊ reliqua lenitiue ⁊ appropria-
te soluũt. De agarico nõ est supra dictum sed est solutiuuz familie
vt dicebat Democritus: educit humiditatẽ omnem ⁊ flegma ⁊ hu
mores grossos precipue ⁊ a cerebro ⁊ iuncturis spãliter vt Mes.
cap̃. proprio. ⁊ dicebat Auer. de eo in secũdo canticoꝝ ꝙ agaricus
est medicina laudabilis ⁊ educit humores grossos: ⁊ in summa est
securior omnibus alijs medicis. s. laboriosis humores grossos sol-
uẽtibus: dicit ꝙ facit ascellare sexties aut septies: breuiter est le-
nis ⁊ bona. Et iteꝝ ponit aliã receptã. ℞. cinamomi carmeni. i. illi*
cõtrate. ʒʒ. ista sunt correctiua hermodactyloꝝ: hermodactyloruz
oĩum añ. ʒ. j. aloes. ʒ. ij. sumaꝰ de puluere. ʒ. ij. ß. cũ decoctione anhe
ti vt trahat ad longinqua: verum est ꝙ illa aqua est aliqualiter vo
mitiua: in dispositis ad vomendũ darẽ cuz aqua maiorane vel ru-
the: lz ista dosis videatur fortis nõ tamẽ in corpore robusto est ni-
mis fortis qm̃ maior solutiui pars est aloes: eius dosis in suba est
vsqz ad. ʒ. ij. cap̃. proprio. ponit aliam. Et iterũ sumatur oleũ de nu-
cibus vel oleũ de alcherua vel cherna idẽ est cataputia maior vel
pentadactylus a cuius granis exprimitur oleũ ⁊ dicitur oleum de
cherua ⁊ sarcocolla vna die cũ hiera ⁊ vna die sola nouez diebus.
Medici nostri tẽporis nõ vtuntur dare oleũ in potu: lz multi anti-
quoꝝ illud faciunt: si dicta olea exhiberenꝰ non est dubium ꝙ ali-
qualiter soluerẽt materiam frigidã ⁊ grossam maxime oleum de
cherua: qð oleũ exterius applicatum grossas ventositates dissol-
uit ⁊ flegma grossuz attenuat. Sarcocolla vt supra dictũ est in casu
conuenit: sed addit ꝙ exhibeatur vna die cũ hierapigra ad molli-
ficandũ materias etiã cões: ⁊ postea alia die sola. s. sarcocolla vt a
longinquo magis attrahat: ⁊ videtur ĩnuere ꝙ nouẽ diebus conti
nuetur eius exhibitio. Intelligatis ad bonum ĩtellectũ: ex hoc vi-
detur ĩnuere ꝙ est necessariuz in talibus passionibus frequentare
solutiua: q2 bis vel ter euacuãdo nõ fit cura perfecta: ĩmo aliquã-
do nouẽ diebus vel nouẽ vicibus oportet euacuare non dico conti
nuis neqz ipse dicit sed intelligatur interpolando. Et addit. Et non
sumaꝰ. s. hierapigra vel sarcocolla nisi cũ alfelizaragi: aliquãdo re-
peritur alesimati: ⁊ est potus factus cũ aqua decoctionis spẽrum
cõium vt zinzi. gariof. cinamomi: de quo etiam dixit ꝑma tertij de
cura apoplexie ad mediũ ca. ⁊ anheto decoctis. vult dicere ꝙ fiat
decoctio cũ spẽbus ⁊ anheto: ⁊ cũ illa decoctione debite quãtitatꝭ
sumatur qm̃ confortabitur operatio solutiui: ⁊ stomachus etiã ex
eo nõ ledetur ⁊c. Et nota hoc similiter ad multa similia: qm̃ quan-
do vis exhibere aliqð solutiuum in forma pulueris quod sit corri-
gendum: ⁊ si apponantur correctiua pulverizata cũ debita dosi so
lutiuum fiet nimia quantitas: ⁊ tediosa: tunc isto casu facias deco-
ctionem correctiuorum: ⁊ cum illa exhibeatur solutiuuz ⁊ nõ exhi-
beatur solutiuum solum: hoc est quod intendit.

¶ Et iterũ sumantur hermodactyli ⁊ buzeiden ⁊ meza-
baragi ⁊ piper ⁊. ʒʒ. ⁊ anisum ⁊ daucum conficianꝰ cuz
melle ⁊ bibatur ex eis omni die.

¶ Posuit aliquas descriptiones in forma pillularum ⁊ puluerum:
modo ponit aliquas alias in forma electuarij ⁊ decoctionis: ꝑmo
in forma electuarij sic. Et iterum sumantur hermodactyli ⁊ buzei-
den: ⁊ mezabaragi: de isto facit capituluz ipse secundo cañ. ⁊ dicit
ꝙ solutione educit humores grossos ⁊ flegma ⁊ ꝙ confert dolori
iuncturarum ⁊ scie ⁊ podagre ⁊c. Et sic apparet ꝙ ex illis mem-
bris euacuet: est species lacticinij ⁊ est sicut arbor scebram. ⁊ ibi di
xit pro vsu ꝙ qñ proijcitur in gurgite vbi sint pisces inebriat eos ⁊
eleuat eos ⁊c. hec tria soluunt mãm propriaz ex iuncturis: ⁊ piper
ʒʒ. ⁊ anisum ac dausum: ista sunt correctiua solutiuorum maxime
hermodactyloꝝ: conficiantur cum melle in forma electuarij ⁊ bi-
batur ex eis. s. reductis in cõpositione. s. cũ aliqua aqua appropria
ta vt aqua mellis vel iue omni die. nõ intelligatur ꝙ velit dare oĩ
die tale solutiuũ: qm̃ re vera non esset laudabile: sed bibatur omni
die fiende solutionis. s. si erit gratius q̃ sumere pillulas vel pulue-
res ⁊c. debebunt illa correctiua exhiberi ꝯm proportionem ad so-
lutiua ꝯm ꝙ est dictum supra. dosis erit proportionando quoniaz
in electuario ad libram mellis ponunꝰ tres vncie specieꝝ: si in pul
uere de speciebus darentur. ʒ. j. ß. vel circa posset dari vsqz ad. ʒ. vj.
vel ad minus. ℥. ß. in electuario.

¶ Et iteruz sumãtur ex hermodactylis pondus. ʒ. xxx.
⁊ pulpe colloquintide pondus. ʒ. x. decoquantur cum
xv. lib. aque donec remaneant. iij. lib. aque ⁊ sit dosis
eius omni die. ʒ. j. cum tribus vnc. zucchari: est enim
mirabile valde. Solutiuum lene iuuatiuum sacrcocolle
rubee. ʒ. iiij. zucchari rubei. ʒ. iij. teranꝰ ⁊ cõmisceanꝰ cũ
oleo centũ nucũ ⁊ proijcianꝰ super ea aqua anbeti: est

enim mirabile soluens absq3 labore. Et alleuiat.

¶ Ponit solutiua in forma potionis dicens. Et iterum sumantur ex hermodactylis pondus. ʒ. xxx. pulpe collogntide. ʒ. x. decoquātur cū quindeci3 libris aque donec remaneāt tres libre aque. i. decoctionis. Et sit dosis eius omni die ad modū expositu3 pauloante. media libra est vnus cyatus sex. ℥. cu3 tribus. ℥. zucchari ad dulcorandum: est enim mirabile valde. Ista medicina in corpore multum robusto credo ꝙ sit conueniens: sed in corpora mediocri ego eam non exhiberem: quia in ipsa non intrant solutiuorum propria correctiua: tamen quia pro qualibet dosi vt pro omni media libra decoctionis que est sexta pars totius intrāt in virtute plus ꝙ̄ sex ʒ. solutiui in decoctione que saltem reddūt tres. ʒ. solutiui veri precipue collogntide: possent dari. ℥. ij. dicte decoctionis sine magno timore: sed quedam sunt corpora ita robusta ꝙ conuenirēt. Ex modo huius decoctionis potestis colligere quanta decoctione debēt decoqui solutiua cum intendimus solutionem per decoctionem. Nam debet decoctio consumi ẜm proportionē que est quindecim ad tria vt patet: que est consumere plus ꝙ̄ duas partes ⁊c. imo de quinq3 partibus quatuor. Ex hac etia3 potes colligere quāta aqua debet poni pro decoctione solutiuoꝝ si volumus facere decoctionē solutiuā: q2 pro qualibet. ℥. solutiui tres libras aque ⁊ pro qualiber. ʒ. solutiui aque. ℥. iiij. ʒ. Et hoc est vt in pluribus cōe: si cōsiderabis in his est talis proportio sicut in ista. Aui. ponit alia3 que est etiam satis fortis: nō tamen sicut dicta etiam est correcta: dicit tamen ipse solutiuum leue iuuatiuu3. ℞. sarcocolle rubee. i. electe. ʒ. iij. zucchari rubei. ʒ. iij. teranť ⁊ misceantur cū oleo centum nucu3 ad vigorandū operationem sarcocolle: imo frequens vsus nucum educit vermes scđo cañ. Et proyciatur super ea aqua anheti ēt ad intentionē remotionis ventositatis quā sepe inducit pp tarditatē solutionis eius. i. bibatur cū aqua anheti. ēt vt dixi hoc est solutiuū nostro tpe forte. dosis sarcocolle est a. ʒ. j. vsq3 ad duas: dicit tamē ipse est eni3 mirabile soluens absq3 labore ⁊ alleuiat: forte ꝙ talis cōmestio facit eum domesticum solutiuum.

¶ Uomitiuum valde conferens habentibus humiditatē ⁊ melancholiam ex habentibus dolores iuncturarum ⁊ sciaticam. ℞. aloes ⁊ se. ellebori nigri ⁊ scamonee: omnium añ. vnc. j. euforbij ⁊ nitri: amborum añ. vnc. ʒ. ꝯficiantur cū succo caulis: ⁊ quādo fit vomitus cum eo eradicatur radix egritudinis.

¶ Hec est tertia pars principalis huius capituli in qua ponit solutiuum per vomitum postq3 posuit solutiua per secessum: ⁊ breuiter dixit. Uomitiuum forte valde cōferēs habentibus humiditatē ⁊ melancholiam ex habētibus dolores iuncturarum ⁊ sciaticam. ℞. aloes ⁊ seminis ellebori nigri ⁊ scamonee omniu3 añ. ℥. j. euforbij ⁊ nitri amborum añ. ℥. ʒ. ⁊ conficiantur cum succo caulium. Et addit. Et quando fit vomitus cum eo. s. vomitiuo eradicatur radix egritudinis: intelligatis hic non esse mentem do. Aui. ꝙ istud totū sumatur pro vno vomitiuo. quoniam re vera esset rudis ingenij q sic crederet: quoniā ẜm istu3 non tm̄ homo interficeretur sed tres boues simul interficerentur si recte considerabitur. Sed fuit mēs do. Auicen. ꝙ istis sic in pastam reductis si sumatur de ea circiter ʒ. ʒ. ⁊ dissoluatur cum aqua decoctionis anheti vel nucis vomice qđ est vomitiuum forte: ⁊ si continuetur eradicatur radix egritudinis. Nam omnia intrantia sunt satis fortia vt p3 singulariter elleborus euforbiū ⁊ scamonea que sunt fortissime medicinaru3: dosis quarum est per grana ⁊ non est per. ʒ. neq3 minus. ℥. verū ꝙ attrahunt a longissimis partibus ⁊ eradicant materias difficilis eradicationis: sed istorum omnium vsus ⁊ singularium ⁊ compositoru3 est maxime verendus. Nam elleborus albus propter acuitatem si excedatur interficit homines: ⁊ est venenu3 canibus ⁊ porcis: imo stercus bibentium ipsum propter acuitatem interficit gallinas vt d. Aui. ca. proprio: multo magis elleborus niger cū sit fortior vt volunt auctores: breuiter est medicina supra quā etiā in minori quātitate ꝙ̄ dixerim nō presumerē: verū est ꝙ per vomitu3 iuuaret in melancholicis ⁊ flegmaticis qui per aliū modū nō possent curari. Et sic ipse posuit vnā medicinā quodāmodo desperatā vt patebit discurrēdo per capitula simpliciū ẜm Meš. Serap. ⁊ A. ideo dixit vomitiuū forte valde ⁊c. lege lr̄am. Et sic est finis huius ca. ¶ Primo in ca. posuit duos cañ. attēdēdos in soluēdo in dolore iuncturarū. Primus fuit ꝙ nō euacueť flegma sine cholera: qm̄ l3 dolor a flegmate pēdēs remoueretť tñ p̄sto recidiuaret qm̄ cholera subtiliaret aliud fl'a ⁊ sic subtiliatū flueret ad iuncturas ⁊c. Scđs cañ. fuit ꝙ solutiuū in casu cōueniēs nō op3 vt sit vehementis cal'itatis ne liquefiant humores ex eo ⁊ plures ꝯñter fluant ꝙ̄ sint illi q sunt euacuati: ⁊ si solutiuū necessariū sit calidu3 remittať. Addidit post laudādo quasdā medicinas ponēdo ēt nocumēta vnius ipsaꝝ nisi corrigant: dixit laudādo hermodactylos ꝙ ipsi soluūt humorem frigidū statim. i. appropriate: ⁊ postea faciunt succedere stipticitatē ⁊ cōfortationē: vnde post ipsoꝝ sol'onem non possent fluere postea humores ad iuncturas vt cōiter fit in alijs medicinis calidis: q2 dimittunt vias dilatatas post sol'onem. Nocumentū v̓o ipsorū est ꝙ nocent stomacho ēt forti nisi corrigant cu3 cymino ⁊. ʒʒ. ⁊ dictū est ꝙ ēt aloes ⁊ scamonea ad sol'one3 vigorandā aliquādo sibi associatur. Laudat scđo aliam medicinam dicens ꝙ pedi coruino inest opatio hermodactyloꝝ ⁊ nō est ei nocē stōcho: ⁊ itelligebať de radice eius. Laudauit ēt alia diuersa simplicia soluētia vt lapidē armenum collogntidā centaureā grana nil ⁊ alia. Laudat inter composita pillulas iuuamenti: dixi ibi quomodo reperianť ⁊ quomodo nō: laudauit pillulas fetitas hierā ruffi. Posuit ꝯñter descriptionem quarūdā pillulaꝝ singulariu3: posuit ēt puluerē vnū elec. solut. ⁊ ipsoꝝ doses erāt satis moderate. Posuit ꝯñter electuariu3 etiam conueniens. Postea vnam decoctionē: vbi vidistis proportionem medicinaꝝ ad aquā: modum ēt decoctionis medicinaru3. Postea vltimo posuit vnum vomitiuum valde forte: de quo vidistis paulante ⁊ hec de ca. summati3. In soluēdo tñ mām frigidam grossam ex iuncturis: ego cōmemoro singulariter pillulas de sarcocolla quas ponit Meš. c. proprio de sarcocolla. Ualēt etia3 alie pillule quaꝝ descriptio est ista. ℞. turbith. ʒ. j. colloquintide. ʒ. j. ʒ. sarcocol. ʒ. iij. collogn. ⁊ sarcocol. cū oleo nucū linianť: salis gēme. ʒ. j. ex eis pillule ꝯficianť: dosis eius est. ʒ. ʒ. vsq3. ʒ. j. ʒ. Uel possunt fieri pillule sub hac forma. ℞. agarici: medulle cartami hermodactylorum3 a ñ. ℥. ʒ. radicis peonie: radicis pedis coruini añ. ℥. j. ʒ. piperis zinzib. añ. ʒ. ij. polypodij quercini. ʒ. j. ʒ. masticis. ʒ. j. turbith reubarbari añ. ʒ. j. roš. ʒ. ij. ʒ. cum succo caulium fiant pillule: dosis est vt supra: etiam sunt leuiores. Potest etiam fieri puluis domesticus ẜm istum modum. ℞. hermodactylorū zinzibe. añ. ℥. ʒ. aloes loti. ʒ. ij. fiat puluis addendo de zuccharo ad libitum: sed dosis pulueris sine zuccharo est. ʒ. j. ʒ. vsq3 ad duas communiter. Posset receptas multiplicare: sed iste sufficiant: quonia3. d. A. sufficientissimus fuit ⁊ alibi a doctoribus multas inuenire potestis: iste tamen in materia iudicio meo sunt egregie ⁊ debite correcte.

¶ De potionibus ad solutionem faciendam ⁊ de illis q̄ conferunt eis. Cap. 9m.

ET de illis que conferunt eis est medicamen albesed ẜm hunc modum. ℞. albesed de quo dixit quidam ꝙ est alkeiri rubea auř. j. ⁊ ʒ. gariofilorum. ʒ. vj. ⁊ myrre ⁊ peonie ⁊ semi. anheti: omnium añ. vnc. vnam ⁊ polij venti. xij. ⁊ vtriusq3 aristologie añ. vncias duas: de quo in potu detur vētum. j. cu3 aqua mellis ⁊ non comedat. ix. horis ⁊ fiat illud. x. diebus. Et iteru3 medicamen quod administratur omni hora ⁊ sanat cum prouocatione ex camepitheos camedreos gentiane: omniu3 añ. vnc. vij. foliorum3 ruthe sicce. ix. vnc. teranť ⁊ cribellentur: ⁊ sit dosis eius omni die coclearium vnum in ieiunio post digestione3 cibi preteriti in tribus vnc. aque frigide. Et iterum medicamen albesed ẜm sermonem qui existimauit ꝙ sit alkeiri rubei floris ⁊ est proximū descriptioni primi. ℞. cinamomi philonij: omniu3 añ. vnc. ij. folij indi vnc. j. gariofili. grana. xv. albesed quod est alkeiri predicta vnc. ʒ. aristol'. vtriusq3 vnc. iiij. cui9 dosis sit omni die kirat. iij. quod incipiat bibere apud equalitatē vernalem: ⁊ vtatur eo. l. diebus ⁊ dimittat ipsum. xv. diebus deinde iteretur ẜm hoc anno toto nisi cū ortu alsahara vsq3 ad mensem ⁊. ʒ. ⁊ ẜm regiones. Si autem nō non potest bibere ipsum anno toto bibat ipsu3 in medietate frigida. Cumq3 pertransierunt ducenti dies nō erit malum vt bibatur vno die ⁊ duobus diebus non. Et oportet vt elongetur ab eo comestio quantum possibile est ei: ⁊ si non plus saltem vsq3 ad nona3 ⁊ rectificetur regimen reliquum. Et oportet vt deuitet ea que nocent habentibus dolorem iuncturarum.

¶ Sequiť

¶ Sequit capitulū cuius rubrica est potiones ad solutionē faciendam. Pro cuius intelligentia nota ꝙ ex ista rubrica nō debemus intelligere de mente. d. Auic. esse ꝙ descriptiones posite in caplo sint ꝑncipaliter solutionē facientes. s. per secessum vel vomitum educentes: qm̄ vt patebit ꝯsideranti tales nō sunt ꝑncipaliter solutiue: sed ideo dicunt potiones ad solutionē faciendam: qm̄ sunt ꝑparantes ad solutionē faciendā: q2 vel mām digerentes: q2 subtiliantes vt multe earū: vel aperientes vt etiā alique ex eis ꝑncipaliter que dicunt ꝓuocatiue: vel ꝯfortantes virtutē membrorū neruosoꝝ: ⁊ sic etiā iuuant in expellendo materias ex iuncturis: ⁊ sic debet suppleri rubrica: potiones ad solutionē faciendā. s. iuuātes: ⁊ nō potiones solutiue vel soluentes: quoniā de eis dixit in capitulo antecedenti. Et q2 vt habitū est supra in capitulo generali si materia est grossa nō est malū: imo est ꝯueniens premittere qđ eam subtiliet ⁊ maturet ⁊ preparet eā ad hoc vt expellat ad partem euacuationis. Ideo positis solutiuis ne quis arbitretur vt in tali materia grossa debeat fieri euacuatio sine digōne. ponit post capitulū soluentiū appropriatoꝝ capitulū de digestiuis: ⁊ sic sunt iuuantes ad solutionē faciendā. Possumus etiā dicere ꝙ per hoc qđ dixit potiones ad solutionē faciendaȝ intelligebat ponere descriptiones ad solutionem. s. minus sensibilē ꝙ̄ per secessum. s. faciendam ad ꝓuocationeȝ per vrinā vel ad exiccationem ⁊ resolutionem insensibileȝ: ⁊ iste sunt que conueniunt post purgationes vt supra dicebatur in caꝑ. generali. ⁊ iste sensus est bonus valde. Uerum est tamen ꝙ in istis digerentibus vel ꝓuocantibus aliqn̄ etiam īmiscentur aliqua a proprietate soluentia. ⁊ hoc facit quoniam vt supra dictum est aliquādo cōuenit digerendo euacuare. Ponendo igitur descriptiones iuuantes ad solutionē ꝫm alteruȝ istoꝝ modoꝝ tria facit. Quoniā ꝑmo facit hoc absolute ⁊ indifferenter. Scd̄o appropriate cum dolores sunt remoti. Tertio etiaȝ specialius trahit ad dolores anche. Secūda ibi (Et cum chronica sunt apostemata.) Tertia ibi (Et ad dolorem anche.) Prima pōt diuidi in tot partes quot descriptiones ponit: partes patebunt.

¶ De primo dixit. ⁊ de illis. s. medicinis compositis que conferūt eis. s. corporibus ꝫm aliquem dictoꝝ modoꝝ est medicamē albesced ꝫm hunc modum. ℞. albesced de quo quidam dixit ꝙ est alcheiri rubeum: ⁊ ita creditur neq3 aliter reperio. M. j. s. alcheiri ꝫm Auer. quinto colliget est viola de romania: est calida in secundo: facit aborsum: ⁊ aperit oppilationē cerebri: vnde suspensa ad colla epilepticoꝝ ab ea liberant: debet ergo in casu valere cerebrum cōfortando ⁊ calefaciendo neruos ⁊ materiaȝ subtiliando: aureus vt est sepe dictuȝ est pōdus. ʒ. j. s. gariofi. ʒ. vj. calefaciunt ⁊ neruos cōfortant: myrra calida ⁊ sicca cerebrum cōfortat: peonia etiam vt fama est cōmunis de mente Gal. cerebrū confortat ꝙ a paroxismo epilepticum liberat ⁊c. ⁊ seminis anisi: omnium aā. ℥. j. poly venti. xij. polium. s. montanum est calidum ⁊ siccum vltra scd̄m: sunt eius due species: sed quelibet earum multum aperit ⁊ ꝓuocat. ventum est pondus: nō reperio expressam quātitateȝ sic vidi in multis synonymis: arbitror ꝙ sit pondus. ʒ. iij. vel circa: erit igit poly. ʒ. xxxvj. ⁊ vtriusq3 aristologie ana. ℥. ij. vtreq3 ⁊ longa ⁊ rotūda sunt calide ⁊ sicce in secūdo ꝫm Auer. multū aperientes: ⁊ dixit. d. Aui. ꝙ quādo bibunt habentes podagram iuuantur ab ea. s. exiccando ⁊ prouocando: ⁊ ꝙ est conueniens epithimata super podagram ⁊ maxime rotūda: fiat ex eis. s. puluis de quo in potu detur ventum. j. i. ʒ. iij. ꝓyce cuȝ aqua mellis: ecce quomodo est ꝯueniens digestiuuȝ ⁊ preparatiuū in materia nostra ⁊ resolutiuum ⁊ exiccatiuū ⁊ ꝓuocatiuū. Addit nō comedat nouem horis scȝ post ipsum: vt nō impediat eius operatio: ⁊ faciat illud decem dieb⁹. Et notate hoc ꝙ ex isto verbo īnuit ꝙ digestiua materierum grossarū debent cōtinuari multis diebus ⁊ nō debetis esse cōtenti exhibitione triuȝ syrupoꝝ ⁊c. vt cōmuniter fit ⁊ male: vel cū intendimus prouocare ⁊ reliquias materierū per vrinā vel alios meatus insensibiliter educere nō debemus per multos dies regimen mutare. Continuando ponit aliā descriptionē dixit. Et iteruȝ medicamen qđ administrat omni hora. i. administrari pōt ꝫm diuersas circūstantias omni tēpore morbi vt supra dictū est: vt cuȝ esset modica valde materia ⁊c. tamē conuenientius administrari debet in declinatione: facta eni pro maiori parte euacuatione materie: tunc ꝯuenit ꝓuocare ⁊ exiccare: ⁊ sanat cū ꝓuocatione. ℞. camepitheos camedreos gentiane: oiuȝ aā. ʒ. vj. folioꝝ ruthe sicce. ℥. ix. terant ⁊ cribellent: ⁊ fit dosis ei⁹. s. puluis omni die cocleariūm vnum in ieiunio post digestionē cibi preteriti in trib⁹ vncijs aque frigide. Nota ex hoc textu artific. Auic. q2 iste puluis est notabiliter: imo maxime calidus: exhibet ipsum cū aqua frigida ad ꝓhibitionē inflāmationis ⁊ adustionis vel exiccationis nimie de qua est timor in iuncturis: exhibeat ergo cū aqua ordei vel aqua endiuie vel zucchari tm̄: q2 etiā talis puluis est maxime ꝓuocatiuus ꝓpter timorē ne occurrens cibo in stomacho faceret ꝑcipitare ipsum ante cōpletā digestionē ad membra ⁊ esset cā oppilationū. Dixit signāter ꝙ offerat in ieiunio post digestionē cibi preteriti. Camedreos calidus ⁊ sicc⁹ est in tertio: camepitheos calidus in scd̄o ⁊ siccus in tertio: in virtute sunt fere pares: ideo auctores fere semper eos ponunt associatos: maxime ꝓuocāt ⁊ exiccant ⁊ a ꝓprietate respiciūt membra neruosa. de camedreos dicit ꝙ cōfert attractioni lacertoꝝ: ⁊ eius syrup⁹ ꝯferret spasmo. de camepitheos dicit ꝙ ꝯfert sciatice: ⁊ qn̄ bibit cū aqua mellis quatuor diebus sanat sciaticā ⁊ resoluit duritiē podagre in scd̄o cañ. de gētiana ⁊ dicit etiā in scd̄o cañ. ꝙ eius radix est vltima in apertione ⁊ subtiliatione ⁊ abstersione: nam calida est in tertio sicca in scd̄o ⁊ aspectū hȝ ad membra neruosa. Sed ibidē colligit ꝙ ex ea assumit succus eius ⁊c. ⁊ ponit modū: vide tu ibi. De rutha dictum est supra etiam hic dicit ꝙ rutha sicca domestica est calida ⁊ sicca in tertio: sed syluestris est calida ⁊ sicca in quarto: est subtiliatiua ⁊ resolutiua valde: ꝯfert paralysi ⁊ sciatice bibita ⁊ dolorib⁹ iuncturarū: ⁊ more emplastri superposita cū melle etiam scd̄o cañ. Ecce quomodouis ista simplicia singulariter in casu ꝯueniunt ꝓuocando ⁊ materiam que remansit pro parte resoluendo vel exiccādo ⁊ appropriate a iuncturis: hoc igit est forte multū in declinatione ꝯueniens ⁊c. Rutha auteȝ agrestis ita est acuta ꝓpter caliditatē: vt eius vsus hominem interficiat: quoniam est calida in quarto. Ponit ꝯsequenter aliam descriptioneȝ similem prime ⁊ dixit. Et iterum medicamen albesced ꝫm sermonem supple illius qui existimauit ꝙ sit alkeiri rubei coloris: q2 est viola rubea vt dictū est: ⁊ est ꝓximū descriptioni ꝑme. ℞. cinamomi philonij: omniū aā. ℥. ij. folij indi. ℥. j. gariofi. gra. xv. quoniā ex gariofi. multe quātitatis timeret stipticitas prohibitiua ꝓuocationis: quoniā ventrem constipant quinto colliget. Albesced qđ est alkeiri predicta. ecce affirmat iudiciū illoꝝ de albesced. Aristologie vtriusq3. ℥. iij. cuius dosis est omni die kirat. iij. i. xij. grana est satis parua dosis: forte ꝓpter tedium philonij posuit paruaȝ dosim. Ista tota descriptio satis nota est quomodo vtiliter seruiat ad intentionem nostram si declaratur quid sit folium indum: est foliū quoddaȝ aromaticū simile spice in virtute: sed est calidius quoniā est calidū in scd̄o: ⁊ magis confortat stomachū ⁊ epar ꝙ̄ spica: ⁊ magis ꝓuocat caꝑ. proprio. propter tamen caliditatem medicaminis ipse ponit quo tēpore est vsus eius magis ꝯueniens: ⁊ dixit qđ. s. medicamen incipiat bibere apud equalitatem vernalem: ⁊ vtatur eo. s. euacuatis. 50. diebus ⁊ dimittat ipsuȝ. xv. diebus ne acquiratur ad medicamē assuetudo: deinde reiteretur ꝫm hoc āno toto. s. sumēdo. 50. diebus: ⁊ postea interpone. xv. dies nisi cuȝ ortu alsabara vsq3 ad mēsem ⁊ medium. i. dimittatur per totum tempus caniculare incipiendo a decimo Julij vsq3 per totuȝ mensem Augusti propter inflāmationem: ⁊ ꝫm regiones etiaȝ fiat maior vel breuior in hoc obseruantia: quoniā in calidioribus regionibus pluri tempore est abstinendum ⁊ in minus calidis vti possumus pluri tempore. Addit. Si autem non potest bibere ipsum toto āno scilicet: quoniaȝ corpus inflammatur etiam ꝫm modum dictum bibat ipsum in medietate frigida. s. a secunda parte autūni vsq3 per primam veris: secundum tamen modum dictum interponendo dies. Addit. Et cum pertransierint ducenti dies. s. in eo qui eo potest vti toto anno preterq3 in diebus canicularibus cum postea volumus dimittere medicinam: quoniam fecerit notabilem impressionem iam in corpore dixit: ꝙ non erit malum vt bibatur de illo vna die ⁊ duobus non: ⁊ postea vna die sic et tribus non: et ita paulatine discedere ⁊ non subito. Addit. Et oportet vt elongetur ab eo comestio quantum possibile est ei ne virtus medicine impediatur: et si non plus saltem vsq3 ad nonam tardetur. s. addit. Et rectificetur reliquum regimen. s. in cibo ⁊ potu ⁊ reliquis scȝ vt deuitet ea que nocent habentibus dolorem iuncturarum. s. de nimia comestione de potu vini ⁊ aceti ⁊ coit⁹ ⁊c. Ex isto textu debetis notare multa. primo ꝙ quando corpus solituȝ pati dolores iuncturarum fuit purgatum sufficienter ad euacuandum reliquias materierum ⁊ confortandum membra neruosa ne amplius fiat reditus ad similes dolores oportet corpori exhiberi medicamen tale ad has perficiendum intentiones. Et secundo debemus continuare multo ⁊ multo tempore etiam vltra annuȝ: q2 tamen talia medicamina sunt de genere calidorum ⁊ inflāmantium docet ꝙ non debemus vti eis in tempore multuȝ calido. Idem intellige si corpus esset de se multum inflāmabile debemus tunc parce ⁊ in tempore ⁊ dosi istis vti. Colligitur etiam ꝙ quomodocūq3 in longo vsu debemus interponere vices. Etiam colligitur ꝙ quando est facta longa medicaminis impressio: tunc cum volumus dimittere medicamen debemus etiaȝ gradatim dimittere ⁊ nō subito. Colligitur etiam ꝙ in vsu talium medicaminum prouocantium ⁊ exiccantium debemus multuȝ tardare cibum. Colligit etiā ⁊ est radix preseruationis ꝙ cum intendimus preseruare preter vsum

talium medicaminum: opꝫ rectificare regimen ⁊ cõſeruare regimen rectificatum cauendo ab omnibus alijs que nocent patientibus dolores iuncturarũ. Et nota ꝙ lꝫ poſuerit iſtas conditiones in iſto medicamine: iſte tamẽ ſunt cõmunes ad ſuperiores medicinas de qbus dictũ eſt etiaꝫ ad oẽs ſimiles que exhiberi poſſent. Et credo ego re vera ꝙ qm̃ medici noſtri tẽporis non obſeruant iſtos cañ. hic poſitos neqꝫ iubent vt obſeruent ꝙ hec eſt cã reditꝰ paroxiſmoꝝ doloꝝ iuncturaruꝫ: vbi ſi iſti cañ. obſeruarent multi vere curarent ⁊ nõ recidiuarẽt: ſed medici cuꝫ purgauerũt corpꝰ: ⁊ corpus eſt cũ aliq̃li ꝯualeſcentia nõ amplius eis iniungunt regimen neqꝫ medicinas ꝯſeruatiuas: ideo in tẽpore redeunt ⁊c. hoc igit eſt magis aſcribendũ iperitie vel negligẽtie medicoꝝ q̃ fragilitati nãe vt fieri ſolet. Notate egregie iſtos canones vtiles.

¶ Et exiſtimauerunt quidam ꝙ de expertis que nõ diuerſificantur omnino eſt vt in potu dẽtur oſſa hominis aduſta. Et iam quidem vſi fuerunt eis quidam de preſumptuoſis ⁊ ſanati ſunt cuꝫ eis ex podagra ⁊ doloribus iuncturarum omnino. Et hiera quidem hermetis maximi eſt iuuamenti ei qui bibit eam in vere diebus aliquot cõfortando iuncturas eius: ⁊ ipſa extrahit ſuperfluitates cuius plurimuꝫ efficit per ſudorem ⁊ prouocationem ⁊ confert ſciatice.

¶ In hac scḋa parte huius partis ipse ponit curaꝫ doloris sciatici a causa frigida materiali: ⁊ duo principaliter facit. Quoniaꝫ p̄mo facit hoc. Scḋo ipse declarat quomodo diuerse intentiones etiaꝫ quodāmō ꝯtradicentes cōcurrunt in applicatione emplastrorum fortiū in casu isto. Scḋa ibi (Emplastroꝝ qdē administratoꝝ ⁊c̄.) Prima in duas sicut duo facit principaliter. Quoniā p̄mo in cura huius ipse nos remittit ad ea que supra dicta sunt in cura apostematū grossoꝝ. Scḋo ipse ponit vnā descriptionē confectionis hermetis quaꝫ supra ⁊ hic in casu isto multū laudat. Scḋa ibi (Et administrentꝛ post euacuationē ⁊c̄.) ¶ Dicit igitꝛ p̄mo. Illi aūt qui sunt flegmatici ex eis currunt cursu apostematū grossoꝝ.i. curantur cura apostematum grossoꝝ. Et verificatione curationis.i. per equales verificatur rōnes vtriusq3 cura: hoc est si vnū medicamē cōuenit in certo tēpore in cura apostematū grossoꝝ: idem etiā cōuenit in ꝓportionali tēpore in dolore sciatico causato a mā frigida. nā vtriusq3 ratio est vna vt patet cōsideranti. Ideo addit inferendo. Et ꝓpter hoc nō opꝫ vt sit presumptio ad ministranduꝫ resolutiua fortia ante euacuationē.s. in dolore sciatico: sicut etiā nō conuenit in principio apostematis a materia grossa fortia resolutiua applicare ꝓpter id qḋ sciuisti cū eis.s. remedijs que diximꝰ.s. supra: qm̄ fortia resolutiua in p̄ncipio facerent ebullitionē in mā ⁊ attraherent ad locū mām ⁊ apostema ꝯñter augeretꝛ: similiter si apponeretꝛ in dolore sciatico a tali mā esset similis timor: ⁊ sic de augmēto doloris ⁊c̄. hoc est qḋ dixit: lege lr̄am. Cōsequēter etiam repetit quedā de vomitu ⁊ solutione ventris in casu ⁊ dixit. Et iaꝫ diximus.s. cap̄. generali supra etiā hic pauloante ꝙ vomitꝰ iuuantior est q̄ꝫ ventris solutio ꝓpter motus mãei.s. per solutionem ad partē doloris: q2 per solutionē mā mouetꝛ deorsum ⁊ sic quodammodo mouetꝛ ad locū doloris: ⁊ vomitꝰ mouet eā.s. mām ab eo.s. loco doloris ꝯuertendo in sursum. Et similiter Rasis voluit in ca. sciatice vbi dixit: ⁊ sis memor vt nō vtaris medicina laxatiua āte vomitū. Postea ponēdo vomitiuū in casu ꝯueniens dixit: ⁊ de eis que bona sunt in eo.s. faciendo vomitū est vt fiat cum baurach ⁊ aceto. vtrūq3 est solutiuū vt dictū est supra. dando cū aqua tepida est cōe ⁊ nō multū forte. postea supple intendit ꝙ fiat cū fortioribꝰ ⁊ cū nuce vomica ⁊ elleboro vel virtute eius ⁊ similibus: de q̄bus habuistis supra descriptiones. Ideo addit. Et cū euomuerint cuꝫ vomitiuis fortibus q̄bus indigetꝛ in humoribꝰ eoꝝ frigidis grossis: tunc opꝫ vt occuperis vel ꝯsequaris id.s. talia fortia vomitiua cū subtiliatiuis calefaciētibꝰ.s. localibꝰ ipsa in forma emploꝝ vel vnguētoꝝ supra āchā apponēdo. Et ex ista lr̄a colligitꝛ ꝙ nunq̄ꝫ talia localia debēt apponi nisi p̄us factis talibus vomitiuis: ⁊ hoc bene notate ꝑꝑ dubiū tractꝰ mãe ad locū: sed si ꝓpter dolorē sint necessaria aliq̄ localia ante dictas eũones ⁊ ne appareat defectꝰ in operante tunc apponamus de illis que dolorē remittunt ꝯfortando ⁊ leniter resoluēdo vt supra dictū est: lege lr̄am qm̄ est clara. Addit vltimo circa hāc partē ad remotionē cōis errorꝭ. Et est necessaria

in flegmaticis de istis.s.passionibus:iterum qn̄q3 imo multotiens flōmia. Patet cañ.ex his que dicta sunt supra:qm̄ l3 habita intentione ad mām ꝯiunctā vel etiā ꝓprie antecedētē in flegmatica nō ꝯueniat flōmia:tñ habita intentione ad cām antecedentē antecedentis:vt in corpore sanguineo:vel aliter calido dubitādo ne per caliditatem sanguinis vel cholere cū sanguine misto aliud flegma subtiliaret:⁊ sic ad iuncturā plueret isto casu ad infrigidandū ⁊ ꝓhibendū fluxū ad illam partē lesam ꝯueniēs est flōmia:⁊ hoc sepe accidit:ideo signāter dixit imo multotiens:⁊ sic est clara tota ista pars. Lege eam totam ꝯtinuā si placet.

⁋ Et administretur post euacuationē cum eis que diximus ex diureticis ⁊ ebibitis iuuantibus ad dolorez iuncturarū medicamen hermetis proprie.nā hoc medicamen est mirabile valde camedreos gentiane:amborum añ.ʒ.ix.aristol.ro.ʒ.ij.se.ruthe sicce lib.j.terant ⁊ cribellent cribello subtili cuius dosis sit coclear.j.⁊ administrentur iterum vaporationes ⁊ embroce resolutiue ⁊ aqua thermarū.Qz si nō excusat:tunc clysteriza:deinde administrentur ventose super ancha3 cum incisione ⁊ sine incisione ⁊ pone rubificantia vesicantia ⁊ nō cōsolident donec sanetur.

⁋ In ista parte ꝯñter postq3 dedit modū circa euacuationes fiendas post quas conuenienter in casu isto applicari pñt ⁊ interius ⁊ exterius ea que subtiliant ꝓuocāt ⁊ resoluūt:ꝑncipaliter intēdit ponere descriptionē ꝯfectionis hermetis quā supra hierā hermetis appellauit:qm̄ ipsa est in hoc casu mirabilis iuuamēti:⁊ dixit. Et administrent post euacuationē cu3 eis que diximus.s.flōmijs vel vomitu de medicaminibꝰ.s.ex diureticis ⁊ ebibitis.s.ad intētionē dictā iuuantibus ad dolorē iuncturarū ⁊ ponit medicamē hermetis:dixit medicamē hermetis ꝓprie.s.ꝯuenientissimū est. Nā hoc medicamē est mirabile valde. ℞.camedreos:gētiane:amboꝝ añ.ʒ.ix.aristol.rotun.ʒ.ij.seminis ruthe sicce lib.j.terant ⁊ cribellentur cribello subtili:cuius dosis.s.in puluere sit cocleariū vnū cum modico.s.hydromellis. Manifestū est ex simplicibꝰ supra declaratis q̄ño istud medicamē est multū ꝓuocatiuū ⁊ exiccatiuū ⁊ iūcturarū ꝯfortatiuū ⁊ educit per sudorez vt supra dicebat:⁊ est timor vsus eius in estate:ideo supra laudabatur in vere. Addit ⁊ administrent etiā vaporationes ⁊ embroce solutiue ⁊ aque thermarū:de quibus oībus dictū est supra q̄ño in hac intentione valeāt. Addit ꝙ si nō excusat.s.qđ dictu3 est de vaporationibus ⁊ embrocis ⁊c̄. tunc clysteriza.s.cu3 clysteri forti excoriatiuo vt dicebat supra de mente Rasis:dixit sic repeto:qm̄ vtile post purgationē maior cura sunt clysteria que attrahunt mām tali attractione ꝙ vulnerātur intestina ⁊ exire faciūt sanguinē:⁊ tunc cessat dolor eade3 die:qđ ego vidi dixit ipse:plus q̄3 in mille hoībus. Et addit. Et nunquā vidi aliquē qui vteret istis medicinis qn ex toto sanaret vel alleuiaret nisi sit ita fortis.s.cā ꝙ idigeret vstione.h ipse. Et ego dico pro vero dū essem iuuenis doctor triū ānoꝝ ꝙ visitaui vnū armigerū patientē sciaticā qui fuerat eger multis mēsibꝰ ⁊ cū feci sibi tale clystere ⁊ excoriatis intestinis fuit subito curatus:habui inde magnū honorē:verū est ꝙ aliq vituperāt. Sed re vera in hoīe robusto habēte intestina fortia:qñ reliq nō sufficiunt de factis vt dixit.d.Aui.laudarē ego fieri aliqđ tale:ꝓpter cuiꝰ vtilitatē hic ponam duas descriptiones in casu valētes. Prima est Rasis loco al leg.sub hac forma. ℞.corticū radicis capparis:corticis collogntide centauree minoris cucumeris asinini corticis agarici añ.ʒ.v.⁊ coque in.iij.lib.aque donec remaneāt due tertie lib.vnius:deinde cola ⁊ pone mel ⁊ oleū ⁊ fac clystere:⁊ sustineat q̄3to magis poterit. Pono nunc aliud qđ est forte:nō tñ sicut ꝑcedēs h3 cū hoc virtutē mitigādi dolorē oēm arteticū vel sciaticū fit vt ifra. ℞.bletis mercurialis añ.M.j.furfuris fenug.ameos carui cētauree minoris floꝝ camomille añ.M.j.coquant in aqua ⁊ colent:⁊ in colatura ponat benedicte.ʒ.j.serapini.ʒ.j.salis gēme.ʒ.5.mellis.ʒ.ij.olei camomille.ʒ.ij.misce. Nota tñ ꝙ anteq3 ponant dicta clysteria ⁊ maxime ꝑmū ꝑus d3 apponi clystere lenitiuū fecū eductiuu3:hoc notate. Addit deinde administrent ventose super ancham cū incisione ⁊ sine incisione.nā tales attrahūt mā3 ad supficiē.⁊ si fuerit mā sanguinea educit per scarificationē:⁊ si nō fuerit sanguiea saltem extrahit ita vt postea relique medicine melius eā resoluere possint. Rasis tñ in tracta.vt supra posuit eā ad vesicandum:dixit accipiat vētosam cuius orificiū sit magnū ad quātitatē palme manus ⁊ ingrediat:⁊ orificiū superius optime claudat ⁊ ponat super ancham ⁊ immediate adherebit:⁊ sic stet per duas horas:postea amoueat ⁊ iterato ponat vsq3 du3 vesicet ⁊c̄. postea obserua circa hoc que dicta sunt supra. Addit vltra ventosam ⁊ si non sufficit pone rubificantia ⁊ vesicantia de quibus dictū est supra:⁊ non cōsolident.s.vlcera facta donec sanet.s.patiens ex dolore apponendo semper aliqua attractiua ⁊c̄.

⁋ Et emplastroꝝ quidem administratoru3 in eis diligitur acuitas propter duas intentiones:quarum vna est resolutio ⁊ altera attractio ad exteriora.

⁋ In scđa parte principali huius partis ipse ponit intentiones cōtrarias ꝯiungi in applicatione emplastroꝝ fortium in casu. Et primo ponit cañ.quare cōponunt acuta in casu. Scđo timorē q euenit ex acutoꝝ appositione. Scđa ibi(Et abhorret.) ⁋ Dicit igitur emplastroꝝ quidē administratoꝝ in eis.s.conuenienter diligitur acuitas propter duas intentiones.i.curant medici ⁊ intendunt vt sint acuta ꝓpter duas intentiones. Quarum vna est resolutio.s.fienda de materia difficulter resolubili. Et altera est attractio ad exteriora.s.ex profundo. Ista duo faciunt vt medicus intendat in casu acuitatem emplastrorum.

⁋ Et abhorretur acuitas ꝓpter quādā intentionem ⁊ est ꝙ ipsa exiccat materiā ⁊ in lapideitatē ꝯuertit ⁊ dimittit eā nō recipientē medicinā q̄3obrē op3 vt nō dimittatur lenificatio. Et qn̄q3 necessarie sunt ventose ⁊ earum positio ꝓpter attractionem.

⁋ Ponit cōtrarias intentiones que ad vnā reducunt propter quā abhorrentur acuta:⁊ est ꝙ ista.s.acuitas emplastroꝝ exiccat materiam ⁊ in lapideitatē cōuertit.s.ꝓpter fortē resolutionē que fit in subtili prius materie ⁊ dimittit eā.s.materiā nō recipientē medicinā.i.nō recipit cū est lapideata vtilitatem ex medicina. Ideo addit correlarie. Quāobrē op3 vt nō dimittatur lenificatio.s.quin misceat cū resolutione aut salte3 ei succedat sicut est supra dictū. Addit vltimo ⁊ qn̄q3 sunt necessarie ventose ⁊ earū appositio propter attractionem dictū est:⁊ sic sit finis capituli. In capitulo breuiter habuistis primo quomodo cura sciatice est sibi ꝓpria:ita ꝙ est diuersa a cura aliarū iūcturarū precipue in hoc ꝙ in principio alioꝝ doloꝝ licet repcutere mā3:in sciatica aūt nō:l3 dictū est nisi materia sua acuitate tātū dolorē iprimeret ꝙ esset timor de morte quādo tunc auderemus. Habuistis ꝯsequēter causa3 huius ne materia ꝓfundet in ipsa sciatica:idē dicebatur de genu ⁊ spatula. Et vbi sit aliqualis dolor debemus ipsum mitigare cum lenitiuis resoluentibꝰ ⁊c̄. Habuistis postea ꝙ in causa sanguinea flobothomia est de rebus magis conferentibus facta primo flobothomia de brachio postea de pede:⁊ ibi addebat ꝙ nunq3 in tali casu fiat flobothomia ex pede nisi post flobothomiā ex manu. Postea dicebatur quomodo in vomitu est magnum iuuamentū in casu etiā aliquando ex solutione:sed ipsa interdu3 postponitur vsq3 ad declinatione3:⁊ fit sufficientia in vomitu. Postea habuistis quomodo flobothomia sciatice vene est magis iuuatiua q̄3 saphene nisi manifestaret ꝙ materia deriuaret magis ad saphenam:quia.s.esset maior dolor in parte domestica cruris:⁊ color rubidus ibi alteratus. Postea habuistis quomodo vena curuature poplitis iuuantior est in casu q̄3 vena sciatica vel saphena.idem etiam dicebatur de vena posita inter minimum ⁊ scđm pedis:sicut etiam dicebatur de flobothomia saluatelle que magis iuuat in passionibꝰ epatis ⁊ splenis q̄3 flobo.basilice:totum istud intelligebatur quādo est intentio diuertēdi vt est in prin.sed vbi est intentio euacuādi secus est dicendum. Habuistis consequenter ꝙ illi qui patiuntur dolorem a materia flegmatica curantur cursu.i.sicut curātur apostemata grossa:vnde non debent applicari resolutiua fortia ante euacuationem materie:⁊ ibi etiam repetit de vomitu quomodo iuuantior est q̄3 ventris solutio:⁊ ibi dictum est de mente Rasis ꝙ nunquā debet medicus in sciatica soluere nisi prius vomitum prouocauerit:⁊ ipse posuit vomitiuum in casu conueniēs ex baurach ⁊ aceto ⁊.s.hydromelle. Postea dixit post euacuationem competere subtiliatiua ⁊ prouocatiua iterius ⁊ exterius:interius sumere laudauit medicamen hermetis:⁊ ibi posuit descriptionem eius:exterius laudauit embrocas fomentationes ⁊ huiusmodi. Habuistis consequenter ꝙ illa quādo non sufficiunt:tūc clysteria fortia conueniunt. Et ibi habuistis dictum egregiū Rasis quomodo non vidit aliquem qui vteretur eis post mundificationem qui nō sanaret ⁊c̄. Et postea habuistis si ista nō sufficiūt tunc ventose ⁊ medicine vesicatorie sunt necessarie. Postea habuistis quomodo in approximatione emplastrorum acutorum sunt contrarie intentiones:in casu quidem conueniunt pro quanto attrahunt ex profundo ⁊ resoluunt:⁊ nocent pro quanto indurant materiam. Et ibi habuistis correlarie quomodo misceantur vel sunt miscenda secum mollificatiua.

¶ De embrocis ⁊ tinis. Cap. 25m.

SUmant olei de alcãna lib. j. ⁊ aceti lib. ß. ⁊ ni
tri quarta lib. j. ⁊ cardamomi. ℥. j. ⁊. ß. ⁊ hysso
pi. ℥. j. ⁊. ß. sũmergat in eo lana ⁊ vaporet cuz
ea loc⁹: ⁊ administrent tine ex aquis medici
narũ singulariũ resoluentiũ predictaꝝ in hoc cap. Ea
vo ex quibus fiunt inunctiones sunt sicut oleum costi
num ⁊ oleum de eufor. ⁊ oleũ. de pyretro ⁊ oleũ de ca
storeo que administrent post mundificationẽ ⁊ cera
taria cũ opoponaco ⁊ euforbio ⁊ oleis predictis.

¶ Sequit de embrocis rubrica ⁊ ꝯtinuat ad ꝑcedẽtia sic: qm̃ supra
in cap. posuit curã gñalẽ ipsius sciatice per cañ. ⁊ medicinas gene
rales: nunc ipse enumerãs medicinas magis spãles: ⁊ ꝑmo loca
les: scdo soluentes: ⁊ numerãdo locales numerat eas que maxi
me faciunt vtilitatẽ factis purgationibus. Et ꝑmo numerat em
brocas ⁊ vnctiones. Scdo emplastra ⁊ epithimata. Et hoc est qd
dicũt tres rubrice futuroꝝ capituloꝝ. De ꝑma parte embrocaruz
dicit ꝑmo sumant olei de alkãna lib. j. ⁊ aceti lib. ß. ⁊ nitri quartaz
lib. vni⁹. i. ℥. iij. ⁊ cardamomi. ℥. j. ß. ⁊ hyssopi. s. humide. ℥. j. ß. sum
mergat in eo lana ⁊ vaporet cũ eo locus. In casu isto multũ valet
oleũ de alkãna: qm̃ ꝯfortat mẽbra neruosa ⁊ calefacit dissoluẽdo.
nã alkãna idẽ est qd cyperus de quo dictũ est supra qño valet. ni
trũ ⁊ cardamomũ manifestũ est qño valeant in casu exiccando ⁊
attrahẽdo ⁊ dissoluẽdo: acetũ ponit ad penetrationem: hyssopus
humida ad mollificationẽ ꝓhibẽdo lapideitatẽ: etiã mitigat dolo
rem. Addit. Et administrent tine ex aquis medicinarũ singulariuz
resoluentiũ predictarũ in hoc cap. sicut sunt gentiana camedreos
aristologia centaurea rosmarinus berhonica iua ⁊ similia. Et ista
est cõmunis practica ꝙ facta purgatione fiunt tales tine in qbus
infundit eger ſm anchas: ⁊ aliqñ cũ vapore ab illis decoctionib⁹
resoluto fiunt stuffe: ⁊ multũ valent in casu. Addit. ea vo ex qbus
fiunt vnctiones sunt sicut oleũ costinũ ⁊ oleũ de euforbio ⁊ oleum
de pyretro ⁊ oleũ de castoreo que administrantur post mũdifica
tionẽ. i. talia administrant ⁊ administrari solũ debẽt post mũdifi
cationẽ. totũ est claruz. Addit. Et cerataria cum opo. ⁊ euforbio ⁊
oleis ꝑdictis. s. cõponi pñt: ⁊ in casu multum valebunt.

¶ De epithimatibus ⁊ emplastris. Cap. 26m.

EMplastrũ resoluẽs mãm ad illud qd appa
ret ex ꝓfundo. ℞. se. ruthe syluestris: baccaꝝ
lauri aniudẽ nitri sceba armeni cordumeni ⁊
pulpe collognti. ameos: oium añ. auī. iiij. ru
the recẽtis picis cere ãmoniaci: oium añ. octauã: be
zard auī. v. opopo. sulphuris qd nõ tetigit ignis: am
boꝝ añ. auī. iiij. fiat ex eis emplm̃: ⁊ si liniat sciatica ex
stercore caprino ⁊ aceto forti erit sicut medicamẽ de
synapi ⁊ melius eo ⁊ magis iuuatiuũ eo. Et emplm̃ ru
bificantia ⁊ vesicãtia bona sunt valde. Et opz vt ꝓfo
rent vesice: deinde puluerizet super eas medicamen
exiccatiuũ: deinde iteret vesicatio vsquequo eueniat
sanitas. Et iteꝝ sumant lib. j. baurach: lib. j. olei ⁊ fiat
ex eis epithima. Et iterũ emplastrũ iuuatiuũ staphisa
grie lib. j. fecis aduste lib. ij. pyretri lib. ß. nasturtij lib.
j. ⁊. ß. bezard. ß. sulphuris lib. j. baurach tãtũdẽ: olei co
tilas. iij. gũmi pini qd sit equale cũ bezard: fiat ex om
nibus emplastrũ ⁊ administret. Et iteruz sumat picis
pars. j. sulphuris pars. j. cõtriti sicut alcohol ⁊ liniatur
super ancham ⁊ ponat desuper charta de pãno ⁊ di
mittat vsquequo cadat per se. Et ex eis que experta
sunt est vt colligat planta tapsie in estate dum est viri
dis. Et eius ꝯtritio optima fiat: qm̃ est difficilis ad cõ
terendũ: deinde aggrega ipsum cũ cera ⁊ inuisca eam
ãche ⁊ loco doloris ⁊ liget desuper ⁊ dimittat q̃tuor
horis vsq ad sex: deinde ingrediat balneũ. Cũq pa
ruz rorari incipit ingrediat tinã ⁊ tollat ab eo empla
strum ⁊ ponat super locũ lana cũ dragaganto hebdo
mada vna aut. x. diebus. Et iteret qm̃ excusat a synapi
⁊ gũma ruthe agrestis. Et iterũ staphisagria ⁊ gũma
pini ⁊ gũma iterũ ruthe agrestis ⁊ cera ⁊ oleuz de ru
tha. Et iterũ pyretrũ ⁊ dabk ⁊ flos lapidis suis ⁊ bau
rach ⁊ staphisagria ⁊ sumat ex eis emplastrũ. Et quã
doq addit in eo nasturtiuz. Et ex eis que ꝯferunt ad
hoc ⁊ ad dolores genuũ est ceratũ de euforbio. Et ite
rum olei de alcãna. ℥. viij. ⁊ aceti. ℥. iiij. nitri. ℥. ij. pyretri
℥. j. ĩfundat pyretrũ cũ oleo de alcãna postq triueris
ipsum ⁊ pone ipsum in oleo tribus dieb⁹ ⁊ bulliat bul
litione leui: deinde proijciant desuper acetũ ⁊ nitrum
postea imbibat in ipso lana sordida: deinde ponatur
super locum dolorosum anche. Et aliud simile illi de
epithimatib⁹. ℞. cere colate auī. c. ⁊ glutinis alimbat
auī. xxv. ⁊ floris eris auī. vij. lilij ⁊ albezard ⁊ myrre:
oium añ. auī. vj. ⁊ alkitran auī. v. aggrega ista ⁊ con
quassa ea sicut pars. j. ⁊ fac ex eis emplastrũ. j. ⁊ lini cũ
eo locum dolorosum pyxidis precipue si fuerit mate
ria faciens dolorẽ sang. fluxus in iunctura ipsa aut fle
gma grossuz vitreũ qd iam bibit pyxis iuncture. Em
plastrũ sedãs sciaticã. ℞. olei antiqui. ℥. xviij. limature
plumbi ⁊ salis masse glutinis alimbat: oium añ. auī. c.
limature eris rubei. ℥. iij. floris eris abrasi ⁊ condisi ⁊
radicis almezerion nigri aristol. synapis: oiuz añ. ℥. ij.
ꝓijciat in eo quãdoq pyretri. ℥. j. Aliud. ℞. aniuden
se. ruthe syluestris baccarũ lauri ⁊ baurach ⁊ collogn
tide sceba ameos cordumeni: omnium añ. auī. iiij. ru
the hortulane humide ⁊ picis sicce glutinis alimbat
gũme pini ãmoniaci adipis vituloꝝ: omnium añ. auī.
xv. opopona. auī. vj. sulphuris non adusti auī. iiij. olei
de alcanna. ℥. xviij. Aliud. ℞. picis humide. ℥. xviij. ari
stol. ℥. x. ⁊. ß. cere lib. j. gũme pini auī. iiij. sulphuris non
adusti lib. j. baurach lib. j. ⁊. ß. staphisagrie kist. j. ⁊ est
cotile. ij. pyretri lib. ß. cordumeni kist. j. bezard lib. ß. li
quefiẽda liquefac ⁊ tere sicca ⁊ permisce oia ⁊ frica ea
ſm modũ ꝑdictũ in eo cuius rememoratio ꝑterijt.

¶ Prosequitur cõsequenter circa emplastra ⁊ epithimata: ⁊ pos
set diuidi capituluz in tot partes quot ponit descriptiones. Par
tes patebunt. ¶ Dicit primo cõnumerando vnam descriptionem
in forma emplastri. Emplastrũ resoluens. i. primo attrahens ma
teriam ad id quod apparet. i. ad cutez ex profundo ⁊ supple post
ea vltimo resoluens ⁊c. ℞. seminis ruthe syluestris baccarũ lau
ri aniuden nitri sceba: omnia ista sunt clara. Armeni potest intel
ligi sceba illius contrate. nam sceba est species absinthij dicitur
herba lumbricorum. vel aliter vt ly armeni sit aliud simplex: quo
niam reperitur apud auctores armentrias ⁊ est kli in casu cõue
niens: vnde fit sal kli ⁊ est attractiuum forte ⁊ vesicatiuum: vnde
forte dicitur armeni: sed primus sensus est probabilior: sumitur
ibi herba lumbricorum illius contrate que fortior est. Cordumeni
⁊ pulpe colloquintide ameos. cordumeni est carui agreste valet
precipue secundo cañ. omnium ana auī. iiij. omnia sunt clara. Ru
the recentis non sicca ne sit nimis acuta. picis cere armo. omniuz
ana octauam. s. partem de auī. iiij. s. auī. mediũ. bezard auī. v. No
tate dicit Simon ⁊ egregie ꝙ auctores per bezard generaliter in
telligunt omnem medicinam liberantem a veneno: aliquando in
telligunt tyriacam: aliquando intelligunt galbanum propter ex
cellentem virtutem eius contra venenum: de quo mirabilia dixit
do. Aui. secundo cañ. capi. proprio. quomodo sit tyriaca omnibus
venenis vide tu ibi. aliquando intelligunt lapidem quendam qui
dicitur lapis bezarde generatur in oculis ceruorum orientalium
vt etiaz vidi ab Rabbimoise in quodam suo tractatu: sed Simon
ponit modum generationis eius: vide tu. breuiter hic. d. Aui. per
bezard intellexit galbanum quod in casu isto valet vt cap. ꝓprijs.

Oppo.sulphuris qđ non tetigerit ignis:quoniam ignis debilitat virtutē eius vt etiā pȝ scđo cañ.est medicina fortis multum:imo vsqꝫ in quarto exiccat:amboꝝ añ.auř.iiij.fiat ex eis emplastruȝ.s. dissoluendo gūmas in vino ⁊ postea pulueres superaspergendo: ⁊ cum cera fiat emplastrū vel cerotū:est forte multū vt pȝ ꝯside-ranti. Addit ꝯtinuando in emplastris. Et si leniat sciatica cū stercore caprino ⁊ aceto forti.s.infuso stercore in aceto vt al's dictum est erit sicut medicamē de synapi.s.quātū ad attrahendū ⁊ dolorē mitigandū ⁊ melius eo ⁊ magis iuuatiuū ipso:qm̄ in stercore cum hoc ꝙ est virtus fortis in attrahēdo etiam est virtus ꝯfortatiua. Addit. Et emplastra rubificantia ⁊ vesicantia bona sunt valde in casu:qm̄ mām attrahunt forti attractione:de eis dictū est supra. Iter cetera laudabaꝛ mel anacardi ⁊c. ⁊ posui vobis modū extra-ctionis eius. Addit ponēdo modū vsus vesicantiū post operatio-nem eoꝝ ⁊ dicit. Et opȝ vt perforenꝛ vesice.s.ipsis factis per tales medicinas: ⁊ deinde puluerizeꝛ super eas medicamē exiccatiuuȝ: deinde itereꝛ vesicatio vsquequo currat sanies. Nō intelligas ꝙ īmediate facta vesicatione ⁊ ipsis ruptis ꝙ debeāt apponi exiccātia cicatrizantia ⁊ ꝯsolidantia: ⁊ postea apponaꝛ alia vesicatoria: sed facta pͥma vesicatione ⁊ ipsis perforatis per tp̄s ex eis educatur mā cū attractiuis lenibus vel cū melle vel cū ficubus vel cum caulibꝰ acutis vt fieri ꝯsueuit: ⁊ hoc per notabile tp̄s: ⁊ cuȝ existi-mamus euacuatā sufficienter mām tunc apponamus medicamē exiccatiuū ad intentionē ꝯsolidandi vt myrrā aloeȝ thus gallas ⁊ hmōi: ⁊ si nō adhuc apparebit facta vera cura neqꝫ mā sit ex toto euacuata:tūc de nouo applica vesicatoria ⁊ fac vt pͥus vsquequo currat sanies.lege lr̄am ⁊c. Addit. Et iterū sumaꝛ lib.j.baurach ⁊ lib.j.olei ⁊ fiat ex eis epithima:si erit oleū antiquū erit magis cō-ueniens:pȝ qūo valeat. Aliud. Et iterū emplastrum iuuatiuuȝ. ℞. staphisagrie lib.j.fecis aduste lib.ij.pyretri lib.ß.nasturtij lib.j.ß. bezard.i.galbani lib.ß.sulphuris lib.j.baurach tātūdē:olei cotilos tres.s.antiqui:gūmi pini qđ sit equale cū bezard.s.in quātitate.j. lib.ß.fiat ex eis empl'm ⁊ administreꝛ:omnia ista sunt supra declarata:recurre supra pro verificatione. Ponit aliud. Et iterū sumaꝛ picis pars vna ⁊ sulphuris pars vna ⁊ contriti sint vt alcohol.s. subtilissime ⁊ leniaꝛ super anchā:erit in forma vnguēti vt pȝ. ⁊ ponaꝛ desuper charta.s.vel pecia grossa vel coriū ⁊ dimittaꝛ vsque-quo cadat per se. Ponit ꝯñter vnū modū singularē cure excusan-teȝ a fortiter vesicātibus ⁊ dicit. Et ex eis que experta sunt est vt colligaꝛ planta capsie in estate duȝ est viridis ⁊ eius ꝯtritio opti-ma fiat.i.lōga fiat qm̄ est difficilis ad ꝯterendum:deinde aggrega ipsam.s.sic pistatā ⁊ humidā cū cera ⁊ inuisca eā ancha ⁊ loco doloris ⁊ ligeꝛ desuper ⁊ dimittaꝛ q̄tuor horis vsqꝫ ad sex. De capsia nō habetis capitulū neqꝫ a.d. Auic̄.neqꝫ a Serapione sed a Sera-pione habetis singulare capl'm in q̄ dicit ab eo capsia ⁊ bene dicit Simon ꝙ corrupte scribiꝛ dȝ scribi per c vt hic ⁊ scribitur per t: breuiter est planta:eius succus ⁊ radix eius est fortis multū in at-trahendo:ita ꝙ qñ volumus ex ꝓfundo attrahere ista est singu-laris medicina: ⁊ ibi dicit Serapio ꝙ pp eius acuitatē opȝ ꝙ qui colligit leniaꝛ quodā lenimento ne membra nuda ⁊ facies a vapore eius forti noceanꝛ:dicit etiaȝ ꝙ eius operatio est tarda ꝓpter humiditatē ꝯiunctā. Ideo signanter dixit.d.A.dimittaꝛ quatuor horis vsqꝫ ad sex. Addit.deinde ingrediaꝛ balneū.i.stuffam etiam ad magis attrahendū. Cūqꝫ parū rorare incepit.s.corpus incipiat sudare igrediaꝛ tinā.s.balneū humidū: ⁊ si esset factū cū decoctio-ne rerū appropriatarū esset ꝯuenientius: ⁊ tollaꝛ.s.postea empla-strum:qm̄ debuit iam multū attraxisse ⁊ vesicasse ⁊ loco eius ap-ponaꝛ super locū lana cuȝ draganto.i.vitriolo prius.s.infusa lana in aliquo succo de appropriatis: ⁊ postea super aspergaꝛ vitreolū ad exiccādū hebdomada vna aut decē diebꝰ: ⁊ itereꝛ qm̄ excusat a synapi ⁊ gūma ruthe agrestis qua sua acuitate fortius mordent ⁊ cū quadā violentia magis attrahunt: ⁊ sic maiorē causant dolo-reȝ. Addit. Et iterū staphisagria ⁊ gūma pini ⁊ iterū gūma ruthe agrestis ⁊ cera ⁊ oleū de rutha.s.si ex eis fiat cerotū erit ꝯueniēs: totū pȝ ex supra declaratꝭ. Addit. Et iterū pyretrū ⁊ dabk ⁊ flos lapidiȝ suis ⁊ baurach ⁊ staphisagria ⁊ sumaꝛ ex eis empl'm: ⁊ qñqꝫ addiꝛ in eo nasturtiū:oīa ista sunt clara preter duo.ly dabk est viscus:pȝ qūo attrahat.flos lapidis nō reperio qd sit:sed etiā si eēt lapis molaris:pȝ qūo notabiliter exiccat. Addit. Et ex eis que ꝯferunt ad hoc.s.sciaticā ⁊ ad dolores genuuȝ est cerotū ex euforbio pȝ. Et iterū olei de alchāna.ʒ.viij. ⁊ aceti.ʒ.iiij. ⁊ nitri.ʒ.ij. ⁊ pyre-tri.ʒ.j.infundaꝛ pyretrū in oleo de alchāna postqꝫ triueris ip̄m: ⁊ pone ip̄m in oleo.s.eodē tribus diebus ⁊ bulliat.s.post bullitione leni:deide ꝓyciant desuper acetū ⁊ nitrū postea imbibaꝛ in ipso lana sordida.i.succida deinde ponaꝛ super locū dolorosuȝ anche: vt pȝ hec descriptio est notabilis in casu ⁊ artificiosa. Ponit ꝯse-quenter quatuor alias descriptiones ad eandē vtilitateȝ: ⁊ qm̄ in eis nō ponunꝛ aliqua que nō sint supra sepe declarata fugiens ꝓlixitatem ne alijs tedio fiam ipsas specialiter hic non declarabo: sed vos ipsi discurratis: ⁊ facile ex dictis intelligetis.

¶ Et fm̄ ꝙ dicit post solutiua bona ⁊ vtilia sunt pillule de hermodactylis ⁊ pillule fetide ⁊ pillule đ tapsia ⁊ pillule de storace ⁊ nō sunt aliqua sicut pillule iuuamēti neqꝫ sicut hiera hermetis que bibatur in vere: ⁊ illius qui bibit eam incipiunt iuncture dolorose roreȝ emittere ⁊ sudare: ⁊ nō est in ea solutio ventris plurima:imo mundificat cum subtiliatione. Et electuaria quidem medicinarum solutiuarum sunt pulpa colloquintide ⁊ centaurea ⁊ gummi ⁊ fumus terre ⁊ tapsia ⁊ succus cucu.asinini.

¶ Sequiꝛ capl'm de solutiuis in casu ꝯferentibus:in quo duo facit. Primo ipse ponit medicinas soluentes. Scđo in fine ca.ipse etiā redit ad aliqua localia. Scđa ibi(Et emplastreꝛ ancha cuȝ fece.) ⁊ Prima adhuc in duas. Qm̄ pͥmo ponit medicinas sumēdas per superius. Scđo per inferius vt suppositoria ⁊ clysteria. Scđa ibi (Et cū accidit mundificatio ⁊c.) ⁊ Prima etiā in duas. Qm̄ pͥmo ipse enumerat quasdā singulares medicinas p̄ncipalissime in ca-su valentes ⁊ compositas ⁊ simplices. Scđo ponit descriptiones duas. Scđa ibi(Sumanꝛ due collogntide.) Primo etiā ponit cō-positas valentes. Scđo simplices. Dicit igitur pͥmo bona ⁊ vtilia quidā sūt pillule de hermodactylis.s.maiores dominātē flegma-te: ⁊ pillule fetide.s.maiores ⁊ pillule de capsia. Mesue nō ponit: sed.d.A.ponit tres descriptiones:pͥma ⁊ tertia in casu magis va-lent qꝫ scđa ⁊ pͥma precipue: ⁊ pillule de storace:istas nō reperio: sed debēt esse in virtute storacis de qua est supra dictū qūo in ca-su valeat. Addit. Et nō sunt alique.s.tm̄ vtiles sicut pillule iuuamēti:de istis feci multa verba superius:singulariter est dictū ꝙ sub hoc titulo nō reperiunꝛ:sed bene reperiunꝛ pillule proficui:inde supra:neqꝫ sicut hiera hermetis:etiā de hac sufficiēter est dictuȝ. recipiaꝛ vna cōfectio quā ipse ponit ante hieras facit duas: ⁊ sumaꝛ prima:addit ꝙ bibaꝛ in vere: ⁊ ponens modū iuuamentoruȝ eius dixit. Et illius.s.hoīs qui bibit eā incipiunt eoꝝ iuncture dolorose rorē emittere ⁊ sudare: ⁊ hoc est ꝓpter fortē ipsius apertionē: ⁊ nō est in ea solutio vētris plurima:qm̄ nō soluit nisi per agaricū soluentē:ideo addit īmo mūdificat cū subtiliatione. Cōsequēter enumerat medicinas simplices hic p̄cipuas dicens. Elemēta qdē medicinarū solutiuarū.i.fundamēta sunt pulpa collogntide ⁊ centaurea ⁊ gūme.s.opo.serapinuȝ ⁊ hmōi: ⁊ fumusterre ⁊ capsia ⁊ succus cucumeris asinini: ⁊ de istis oībus dictū est supra.

¶ Sumantur due colloquintide ⁊ perforentur ⁊ educaꝛ qđ in ꝯcauitatibꝰ ambarū est ex pulpa ⁊ seminibꝰ ⁊ carne: ⁊ ipleanꝛ oleo sisamino ⁊ cooperianꝛ ambaꝝ foramina ⁊ dimittanꝛ nocte vna:deinde ꝓyciant ambe colloquintide in mane illius noctis cū oleo qđ est in eis ambabus in ollam ⁊ fundatur super eas ambas quātū est olei mensura.j. ⁊ ß.de aqua ⁊ coquanꝛ simul vsquequo discocte sunt ambe colloquintide. Cū ergo discocte sunt ambe extrahanꝛ ⁊ proijciantur ambe ⁊ coquanꝛ aqua ⁊ oleū tempore sufficienti:deinde ꝓijciatur desuper elleborus contritus puluerizatus cribellatus fm̄ quātitatē qua cōgelatur aqua ⁊ fiat sicut panis de quo fiant magdaleones fm̄ quātitatē auellane ⁊ sumantur de illis auellanis.xviij.numero ⁊ sumat infirmus post balneationem. Et modus alius est vt decoquanꝛ oleum cum succo.

¶ Nunc ꝯñter ponit duas descriptiones solutiuoꝝ. Et dicit primo sumanꝛ due collogntide ⁊ perforenꝛ ⁊ educaꝛ qđ in ꝯcauitatibus earū est ex pulpa ⁊ seminibꝰ ⁊ carne ita.s.ꝙ nihil intrinsecū remaneat:sed solus cortex exterior ⁊ impleanꝛ oleo sisamino ⁊ cooperianꝛ ambarū foramina.s.vbi sunt perforate ⁊ dimittantur nocte vna.s.sic:deinde ꝓyciant ambe colloquintide in mane illius noctis hoc est mane succedēti cū oleo qđ est in eis ambabꝰ in ollā.s. coopertis ipsis vt prius: ⁊ fundaꝛ sup̱ eas ambas quātū est mēsura olei vna ⁊ media.s.mēsura de aqua.v̇.g.si oleū eēt due libre ponanꝛ in olla aque libre tres ⁊ coq̄nꝛ simul vsquequo discocte sint ambe collogntide:q̇.s.dissoluanꝛ in decoctione. Cum ergo disco-

cte fuerint ambe extrahant ⁊ ꝓiciant ambe ⁊ coquat aq̄ ⁊ oleuz tēpore sufficienti: ita. s. ꝙ aqua ↄsumat: deinde proijciat desuper elleborus albus. s. ↄtritus cribellatus ſm quātitatez qua ↄgelet. i. inspisset aqua vel oleū ex ipso puluere ⁊ fiat sicut panis. i. ita spissus sicut pasta de quo fiant magdaliūculi. s. forme rotūde ſm quātitatē auellane: ⁊ sumant de illis auellanis. 18. numero: nō intelligatis pro vna dosi: qm̄ dictū esset erroneū: sed intelligat ꝙ ex decem ⁊ octo ad plus fiet vera cura antequā oīa sint expedita. s. sumendo qñ expedit vnū pro vice: credo etiam ꝙ erit fortis dosis. Addit ⁊ sumat infirmus post balneationē ad mollificandā ⁊ subtiliandez mām vt. s. melius per pharmacū possit educi. Ponit etiā alium modū sic. Et modus alius est vt decoquat oleū cuz succo. s. colloquintide recētis superaddendo aquā ad mensurā datā: deinde fiat bullitio ad ↄsumptionē aque: postea superaspergat puluis ellebori tante quātitatis vt fiat pasta ⁊ sequere sicut est dictuz in ꝓcedenti ⁊c. Hoꝛ istas descriptiones ego non ponerē in practica: ⁊ ꝓpter fortitudinē ⁊ incōsuetudinē olei: lege lr̄am.

Et cū accidit mundificatio per solutionez ventris ⁊ vomitū ⁊ ꝓlongat egritudo: tunc tibi ↄuenit vti suppositoꝛijs ex medicinis facientibus excoꝛiationē ⁊ solutione educentibus san. sicut est decoctio cucu. asinini ⁊ colloquintide ⁊ fel vaccinū ⁊ pyretrū ⁊ centaurea ⁊ nastur. ⁊ tapsia ⁊ elixatura piscinz omnia illa iuuatiua sunt eis in hac hoꝛa ⁊ forte sanāt. Et quādoqꝫ ponitur in clysteribus euforbiū ⁊ dicitur ꝙ illud est nociuū valde prohibens a reliquis ↄuersionibus: in fine vo eis est iuuatiuum: ⁊ proprie quando sequitur vesicatio. Et multotiens quidez accidit excoꝛiatio per se ⁊ euenit cum ea sanitas. Clystere bonū excoꝛiationez faciens decoquantur colloquintida ⁊ nasturtiuz ⁊ radix capparis ⁊ centau. ⁊ cucumer asininus ⁊ tapsia et rubea ⁊ fiat clystere cuz aqua ⁊ emplastret ancha cū fece ⁊ est ex clysteribus iuuatiuis. Et iterū emplastretur cū aceto ⁊ furfure calefactis. Si aūt fuerit illic san. q moriat in ea cauterizet cū auro rubeo loc⁹ san. cauterizatione vehemēti vt currat san. ex ea.

Hec est scđa pars prime partis in qua ipse ponit medicamina per inferius sumēda foꝛtia qñ exbibita per superius nō sufficiūt. Dicit ꝑmo. Et cū accidit mundificatio. s. vt facta sit per solutionez ventris ⁊ vomitū ⁊ ꝓlongat egritudo: ita. s. ꝙ nō remoueatur per predicta: tunc tibi ↄuenit vti suppositoꝛijs ⁊ medicinis facientib⁹ excoꝛiationē ⁊ solutione educentib⁹ sanguinē. s. de clysterijs sicut est decoctio cucumeris asinini ⁊ collogntide ⁊ fel vaccinū ⁊ pyretrum ⁊ centaurea ⁊ nasturtiū ⁊ tapsia ⁊ elixatura pisciū. s. salitoꝝ oīa illa iuuatiua sunt in eis in hac hoꝛa: ⁊ foꝛtasse sanant: oīa ista sunt clara: ⁊ de hoc vidistis supra sniam Rasis. Addit. Et qñqꝫ ponitur in clysterib⁹ euforbiū: ⁊ dicit ꝙ. i. nocitiuū valde. s. si exbibeatur in ꝑncipio ante alias mundificationes ꝓhibens a reliqs ↄuersionibus: hoc est qꝛ ꝓpter eius grande nocumētū in ꝑncipio perducit eger ad moꝛtē: vnde nō pōt amplius curari neqꝫ recidiuare ſm ꝙ multi post curationē recidiuant vel ↄuertunt ad similē dispositionē: ꝓhibet ergo moꝛtē inferendo a reliquis ↄuersionibus. Ideo addit. In fine vo eius est iuuatiuū: ⁊ ꝓprie qñ sequit vesicatio: qm̄ tunc manifestat iuuamētū eius per vesicationē subsequētem: qm̄ per eā in tēpoꝛe debito factā sit cōpleta cura: lege lr̄am. Addit. Et multotiens qdem accidit excoꝛiatio per se. i. nō manifesta cā vt qꝛ non ex clysteri vel suppositoꝛijs excoꝛiatiuis ⁊ fit vel euenit in ea sanitas: ⁊ hoc est qꝛ ita diuertit ⁊ euacuat mā dolorē causans siue arte illo mō īducat excoꝛiatio siue a nā tm̄. Ponit cōsequēter clystere in casu ↄueniens dixit. Clystere bonum excoꝛiationē faciens: decoquant collogntida ⁊ nasturtiū ⁊ radix capparis ⁊ centaurea ⁊ cucumer asininus ⁊ cassia ⁊ rubea. s. tinctoꝛum ⁊ fiat clystere cū aqua. i. cū decoctione istoꝝ colata addendo modicum mellis ⁊ olei si placet. Et emplastres anchā cū fece. i. cum eo qđ remanet post colaturaz de rebus decoctis: pꝫ ꝙ valent attrahendo ⁊ dissoluēdo: supra sunt ista oīa declarata. Addit. Et est ex clysteribus iuuatiuis. s. qđ dictū est nūc vel qđ id īmediate sequit etiā qđ dicit apponendū esse exterius ⁊ melius fit. Ideo ↄtinuando dixit ⁊ est ex clysterib⁹ iuuatiuis: ⁊ iterū emplastret cuz aceto ⁊ furfure hoc est ex his pōt fieri clystere ⁊ emplastrū ad intentionem nostrā. Dixit vltimo. Si autē fuerit illic sanguis. i. in scia qui moꝛiat in ea. s. scia: qꝛ si induret ⁊ fiat melancholia sanguinea: ita vt sanguis perdat ꝓpriā formā cauterizet cū auro rubeo. i. electo vel rubeo. i. rubificato per ignem locus sanguinis cauterizatione vehementi vt currat sanguis ex ea. Nō intelligat ꝙ post cauterizationez currat sanguis: imo vna ꝑcipua vtilitas cauterizationis est ꝓhibere fluxū sanguinis vt supra est declaratuz: sed intellexit ꝓfundet cauterizatio vt currat sanguis. i. tātū ꝓfundet vt ↄueniatur ad illū sanguinē: ita ꝙ si nō esset ingrossatus ⁊ nō esset in membro cauterizatio: tunc ille sanguis flueret ⁊c. hoc est qđ intendit. Utrū aūt fieri debeat cauteriū cū auro vel ferro fuit supra declaratū in ꝑmo tracta. Et de mō cauterizandi in sciatica dictuz est in cap̄. ꝓprio de cura cū cauterio. lege totā lr̄am: qm̄ clara est. Et sic est finis huius cap̄. ⁊ ↄñter totius tractatus de doloꝛibus.

De bothoꝛ iuncturarū. Cap̄. 27m.

Hē bothoꝛ apparent in crure nigre. q. ipse sit fructus thamarisci aut grana viridia. Et mā earū est mā varicū. Et cura earū ex ꝑte mūdificatiōis est cura varicū ⁊ vlcerū melācholicoꝝ quoꝝ canonē dicemus in libro quarto.

Expeditis istis ↄñter ipse pro cōplemento istius fen. 22. ⁊ ↄñter totius tertij cañ. d. A. vt cōpleat sermo oīum egritudinū que euenire possunt a vertice capitis vsqꝫ ad extremitates pedū ⁊ vnguiū ponit curā quarūdam specialiū passionū quarū alique crurib⁹ eueniunt ⁊ sunt quedā bothoꝛ: alique pedib⁹ ⁊ calcaneis: ⁊ vltimo vnguibus: ⁊ sic facit nouū quēdaz spālem tractatū: qui in tot partes diuidi pōt quot parua ponit capitula ⁊ sunt in sūma gnqꝫ. Partes patebunt. Dixit igit ꝑmo in rubꝛica de bothoꝛ noīatis bothim: ⁊ ex hoc ↄtrahit determinationē apostematū bothoꝛ ad certa bothoꝛ illa. s. que dicunt bothim. Nā bothoꝛ absolute est apostema paruū ⁊ maxime sanguineum: de istis erit determinatio in tertia quarti vbi de apatib⁹ determinat absolute. Sꝫ de bothoꝛ bothim que sunt apata tm̄ cruriū hic ↄueniēter determinat. Dicit igit primo. Hē bothoꝛ. s. spāles de qbus est rubꝛica apparēt in crure nigre quasi ipse sint fructus thamarisci ⁊ grana viridia magna. grana thamarisci sunt nota assimilant gallis granū viride dicit granum qđ est fructus arboꝛis terbētini. vnde colligit terbētina ⁊ vocatur a. d. A. bothim inde glutē albothim. i. terbentina. nō igit illa apata sunt viridia: imo ad nigrū declināt sed assimilant granis viridibus: in quātitate ⁊ figura sunt sicut galle. Addit ꝙ mā earū. s. pustularū est mā varicū. i. mā melācholica vtplurimū ex sanguine facta vt supra est dictū. Et ↄñter addit ⁊ cura earū ex parte mundificat. s. ex flobo. ⁊ pharmacia ⁊c. est cura varicū ⁊ vlcerū melancholicoꝝ quātū. s. ad curationē ipsarū si vlcerent: ideo ad mundificationē recurras supra de varicib⁹: sed ad curam vlcerum dixit quoꝝ cañ. dicemus in libro quarto: ideo supple quātū ad curā vlcerum ad illū locū recurre. Lege totā lr̄am: qꝛ clara est.

De doloꝛe calcanei. Cap̄. 28m.

Quandoqꝫ accidit ex obuiatiōe ↄterēte: aut casu: aut coartatōe calciamēti ⁊ alijs ⁊ sanat ipm̄ embꝛocatio plurima cū aqua frida ⁊ epithima de memithe ⁊ bolo armeno resolnto.

Ponit ↄñter aliud cap̄. de doloꝛe calcanei vt dicit rubꝛica. Prio ponit ei⁹ cās vtplurimū ↄtingētes. Scđo curā. ibi (Et sanat ipm̄.) Dicit ꝑmo qñqꝫ accidit ex obuiatione ↄterente. s. ad lapidem ⁊ bancā vel aliqđ hmōi aut casu. i. ꝓp casum alicuius rei super calcaneū: aut coartatione. i. strictura calciamenti sicut sepe euenit iuuenibus pollitis philocaptis precipue pedemontanis ⁊ gallicis: ⁊ alijs supple similibus causis solet euenire doloꝛ calcanei ⁊ apostema calidū in eo. Addit ponēdo curaz. Et sanat ipsum embꝛocatio plurima cū aqua frigida ⁊ epithima de memithe: ⁊ boloarmeno resoluto. i. dissoluto cum memithe. Memithe est herba frigida ⁊ humida vt est dictum supra ex succo eius fiunt trocisci memithe multū laudati in opthalmia. Nota hic ꝙ talis doloꝛ aut iniungitur apostemati non facta eius solutione manifesta aut est solutio apparens ⁊ aliquādo cū apostemate ⁊ aliquādo sine: si sit apostema tm̄ sic embꝛoca aque frigide est sufficiens repercutere mām ⁊ malā cōplexionē calidā remouere: si vo ↄiungat solutio manifesta sic bolus armenus cū succo memithe est magis cōueniens: vt pꝫ. Ad ꝑmā etiā intentionē voluit Azarauius precipue valere succum coꝛiandri ⁊ aquā rosatā. Ad secūdam intentionem maxime fluente aliqua virulētia dixit ipse ꝙ si fiat cinis de sola sotulariū maxime valet: idē dixit de gallis ⁊ pulmone vulpis puluerizato. Nota etiā ꝙ nullo mō ponat calcaneū in terra ⁊ stent in qete ⁊c. etiā aliqñ est necessaria flobo. stante coꝛpoꝛe plectoꝛico ⁊c.

¶ De debilitate pedis. Cap̄. 29m.

Fit quādoq; in creatione: ⁊ fit quādoq; debilitas ex labore plurimo ⁊ ex mollificatione antecedente ⁊ ex oppilatione vie nutrimenti ad ip̄m sicut accidit castratis.

¶ Ponit cōsequenter cap̄. de debilitate pedis. vt dicit rubrica: ita vt ab omni fere causa leduntur in incessu. Et ponit causas eius: de quibus tamen dictū est in cap̄. causarum dolor̄ iuncturarum: dixit. Fit quandoq; in creatione. s. talis debilitas propter parentes al's in pedibus debiles: vel propter specialem influxum: ⁊ fit quādoq; debilitas ex labore plurimo vt. s. ex multa itineratione vel multa statione pedis coram principibus vt supra dictum est: ⁊ ex mollificatione antecedente: vt quando steterit multum in aqua vel balneo aque dulcis: ⁊ ex oppilatione vie nutrimenti ad ip̄m. s. pedem sicut accidit castratis: quoniam est in ipsis propter dominium frigiditatis in eis: quoniam vt dixit Aristo. 19. de animalib' omnia animalia castrata alterantur in naturam feminaruz inde oppilantur vie transitus nutrimēti maxime in extremis: ⁊ sic p̄hibito nutrimento pes debilitatur. Non ponit hic curaz: sed pro cura recurras ad curam specialium causarum locis proprijs: ⁊ satis dictum est supra de confortatione iuncturarum. in cap̄. de cautela a doloribus iuncturarum: lege l'am.

¶ De bothor vnguium ⁊ attritione earū. Cap̄. 30m.

Appropinquat cura eor̄ cure suppurationis. Et ex illis que conferunt illis est emplastruz cū folijs nitri ⁊ cū folijs cupressi. Et emplastrū de adipib' cum fimo caprino ⁊ stercore vaccino. Et cōferunt eis nux cupressi ⁊ sauina emplastrate: ⁊ conferunt eis phistici decocti emplastrati. Et de eis que liquefaciunt san. mortuuz sub attritione est farina confecta cum oleo ⁊ super ipsum posita.

¶ Ponit cōsequenter cap̄. de doloribus vnguiū: ⁊ attritione. i. propter attritionez earum: ⁊ ponit quedam que magis valent in p̄ncipio: ⁊ quedam magis in processu: ⁊ quedam ad liquefactionem sanguinis coagulati infra vnguē. Dicit primo. Appropinquat cura eorum cure suppurationis. i. apostematis in via ad saniationē: ⁊ innuit in via repercussiua nō cōuenire propter attritionem factam vt est cōmunis doctrina chirugicorum: imo semper cū cōfortatione apponantur aliqua que resoluant. Ideo addit. Et ex illis que conferunt illis est emplastrum cum folijs myrti ⁊ cum folijs cupressi: ⁊ hoc magis in principio. Et emplastrum de adipibus cum fimo caprino ⁊ stercore vaccino ad maiorem resolutionem ⁊ mitigationem doloris: ⁊ hoc magis in processu. Addit ⁊ conferunt eis nux cupressi ⁊ sauina emplastrata confortant exiccant ⁊ resoluunt: ⁊ sic etiam in processu vt in augmento conueniunt. Et cōferunt eis phistici decocti empl'ati. s. magis in statu: hoc est magis solum ad resoluendum. Postea addit de eis que liquefaciunt sanguinem mortuum. i. coagulatuz sub attritione est farina. s. furmenti confecta cum oleo. s. cōmuni oliuarum maturaruz ⁊ super ip̄m posita: ista omnia hic posita ad dictas intentiones sunt nota ex eis que dicta sunt supra sepe: lege tu l'am.

¶ De inflatione vnguis ⁊ pruritu in ea. Cap̄. 31m.

Curatur cum aqua maris abluendo cum ea semper: quare remouet: aut cuz decoctione lentiū ⁊ herbi: aut cū decoctione cucumeris. Et ex emplastris eius sunt nenufar ⁊ oleuz ⁊ ficus decocte coniunctim ⁊ singulariter.

¶ Ponit vltimum cap̄. de inflatione vnguis ⁊ pruritus in ea vt dixit rubrica. Ista inflatio cum pruritu pendet potissime ex extensione a vaporibus acutis facta: est etiam igitur intentio resolutio ⁊ exiccatio: dicit igitur. Curatur cum aqua maris abluendo cum ea semper. i. sepe: quare remouetur. s. si sic fiat: patet causa: aut cū decoctione lentiū ⁊ orobi. s. abluantur: patet quomodo valet propter aliqualem in eis virtutem calidam resolutiuam: aut cuz decoctione cucumeris nō domestici: sed asinini: ista est fortior quādo relique nō sufficerent. Addit. Ex emplastris est nenufar: habet littera exterior est bulbus ⁊ magis verisimile: quoniam bulb' hic manifeste valet vt supra dictū est. nenufar autem si multuz valet hoc est magis per proprietatem: ⁊ oleum ⁊ ficus decocte coniunctim ⁊ singulariter: omnia ista sunt intelligenti clara: neq; est hic multum laborandum ad verificationem cum ista non sint de principali intentione: ⁊ de eis apud chirugicos est sermo precipuus: ⁊ ad eos conuenienter est recurrendum: maxime ad Lafranchum Mediolanensis: ⁊ Guilelmum Placentinum ⁊c. Et sic finis cum laude altissimi.

¶ Expliciunt preclarissima cōmentaria in Fen 22am Tertij can̄. Principis Auic. excellētissimi medici dn̄i Joānis Matthei de Gradi ex Ferrarijs: necn on eximij speculatoris dn̄i Gentilis Fulginatis in totuz residuum eiusdem Tertij. Venetijs omni cum diligentia nouissime emendatissima impressa: ere ⁊ cur a Heredu nobilis viri. q. Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis: sociorūq;. Anno a Christi natiuitate 1522. Die. 22. Januarij.

Registrum

✠✠ aa bb cc dd ee ff gg hh ij kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz ⁊⁊ ?? ꝶꝶ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

✠§ Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSs TTt VVv XXx YYy ZZz EtEt⁊.

✠§ Ternus. Gg Hh Xx. Quinterni: Ceteri alij Quaterni.



